INDEX INITIORVM CONSIL. SECVNDAE PARTIS PAVL. DE CAST.

Viso puncto supraſcripto, acetiam toto proceſſu agitato. consi. 435
Viso puncto ſupraſcripto vna cum proceſſu agitato. con. 436
Viso puncto & allegg. ſupraſcrip. con. 437
Videtur dicendum quod dicti libri. con. 438
Videtur dicendum quod dicti Zandanielis. con. 439
Videtur quod non ponit ſequi. con. 443
Viso & examinato ſupraſcrip. puncto ſatis confuſo. con. 444
Viſa ſupraſcrip. allegg. & teſtibus. con. 446
Viſis & ponderatis omnibus de quibus ſupra quod dictus dominus Thadeus. con. 448
Viſo puncto ſupraſcripto acetiam proceſſu & atteſtationibus confil. 250 con. 451
Viſo quodam inſtrumento dotis. con. 454
Videtur dicendum dictam ſententiam non valere. con. 456
Viſo puncto ſupraſcripto & allegationibus factis ſuper eo. con. 458
Videtur manifeſte poſſe probare. con. 461
Viſis & conſiſis his quæ in facto ponuntur. con. 464
Videtur dicendum pro matre quia verum. con. 469
Viſo puncto ſupraſcripto & etiam multis allega. con. 469
Viſo proceſſu agita. inter Arginum. con. 469
Viſa petitione ſupraſcripto & etiam arbitris. con. 470
Viſo quodam tali quali proceſſu facto. con. 479
Videtur quod dicta ſententia fuerit bene lata. con. 474
Viſa ſupraſcripta facti narratione. con. 486
Viſa inquiſitione ſupraſcrip. acetiam teſtibus. consi. 299
Viſo quodam proceſſu agitato coram arbitris. con. 300
Videtur quod non retineant ciuilitatem. consi. 307
Viſa petitione ſupraſcripto & etiam Mar. consi. 308
Viſo quodam tali quali proceſſu facto. consi. 319
Viſa & examinatis omnibus de quibus ſupra pro veriori. consi. 320
Viſo proceſſu agitato coram potestate Ciſoni. consi. 321
Viſis & ponderatis his quæ ſuperius plene ſcripta ſunt. consi. 323
Viſa ſupraſcripta facti narratione ſatis prolixa. con. 332
Viſa ſupraſcripta facti narratione & etiam proceſſu agitato. consi. 335
Viſa & ponderatis ſupraſcrip. accuſatione. con. 345
Viſo puncto ſupraſcrip. & etiam quodam alio conſi.

Viſo caſu & allegationibus ſuperius ſcriptis.
Viſis atteſtationibus exempli ſupraſcripti.
Viſo & examinato diſcurſu ſupraſcripto.
Viſo puncto ſupraſcripto & allegationibus ſuperius ſcriptis.
Viſo puncto & quibusdam alijs.
Videtur quod dicta ſententia non ſit bene lata.
Viſo & ponderato puncto ſupraſcripto & allegationibus.
Viſis his quæ ſuperius ſcripta ſunt.
consi. 404
Viſis & conſiſis omnibus quæ ſupra narrantur.
Viſis duobus inſtrumentis.
Viſo & examinato puncto ſupraſcripto & allegationibus.
lio. 411
Viſis & ponderatis omnibus quæ ſupra narrantur.
Viſo caſu ſupraſcripto & etiam vltimo facto.
Viſo & examinato puncto ſupraſcripto & allegationibus.
Viſo puncto & alijs de quibus fit mentio in ſcripto.
Viſo & examinato dicto puncto & allegationibus.
Videtur quod illuſtriſſ. d. dominus Rochus de Curte.
Viſo & diligenter examinato puncto & etiam vltimo facto.
Viſo caſu ſupraſcripto & etiam vltimo facto.
Viſo puncto & allegationibus ſupraſcripto.
consi. 442
Viſis & diligenter examinatis quibus ſupra.
Videtur ſine dubio dicendum quod dicta.
Viſa dicta facti narratione.
Viſo puncto ſupraſcripto & allegationibus.
Viſo caſu ſupraſcrip. ſuper primo puncto.
Videtur quod non retineat &c.
Videtur dicendum quod ſecundum dicta.
Viſis actis & actitatis coram domino.
Videtur dicendum quod ſecundum dicta.
Viſo dicto puncto occideretur.

FINIS.

CONSILIORVM, SIVE RESPONSORVM IVRISPERITISSIMI PAVLI CASTRENSIS,

Volumen Tertium.

NVNC RECENS QVOD TAMDIV SVB ARCIS LATEBRIS, ac tenebris, in lucem ad communem omnium vtilitatem editum, & veluti ab inferis reuocatum.

CVM ERVDITIS ANNOTATIONIBVS, RERVM notabilium Summis, atque Indice BALTHASARIS QVINCTII Aquilenſis. I. V. D. eximij.



FRANCOFORTI,
Apud Ioan. Feyerab. Impenſis Sigiſmundi Feyerabendt.
M. D. LXXXII.

Fur 27

CONSILIORVM,
SIVE RESPONSORVM
IVRISPERITISSIMI
PAVLI CASTRENSIS,

Volumen Tertium.


NVNC RECENS QVOD TAMDIV SVB ARCIS LA-tuerat, ac in tenebris, in lucem ad communem omnium vtilitatem editum, & veluti ab inferis reuocatum.

CVM ERVDITIS ANNOTATIONIBVS, RERVM notabilium Summis, atque Indice BALTHASARIS QVINCTII Aquilensis. I. V. D. eximij.



FRANCOFORTI,
Apud Ioan. Feyerab. Impensis Sigismundi Feyerabendt.
M. D. LXXXII.

4027. 63-2°
3





CONSILIORVM SIVE MAVIS RESPONSORVM, CLARISSIMI IVRISCONSVLTI PAVLI CASTRENSIS.

Volumen Tertium.

CVM ADDITIONIBVS EXCELLENTISSIMI D. Balthaſaris Quinctij I. V. D. Aquilenſis.

ARGVMENTVM.

Stante ſtatuto quod ſententia debeat ferri, ſecundum conſilium ſapientis, ſi ſapiens conſulet ſententiam ferri ſub cõditione. Vtrum ſtante poſteriori ſtatuto, quòd ſententia non debeat ferri ſub conditione. ſed purè & quòd aliter non valeat ſententia, ſi iudex condemnat ſecundum conſilium ſapientis, an valeat ſententia, & de intelligentia dicti primi ſtatuti.

SVMMARIA.

1 *Ius municipale præualet iuri communi in ea ciuitate in qua viget.*
2 *Conſilium ſapientis debet conſtare ſtante ſtatuto quòd iudex id ſequi debeat.*
3 *Statutum recipit limitationem ab alio ſtatuto vltimo loco facto.*
4 *Statutum dans formam ſeruandam in ſententijs omnia alia ſtatuta de ſententijs loquentia ab illo recipiunt determinationem.*
5 *Forma non intelligitur commiſſa arbitrio ſapientis quãdo per ſtatutum eſt data.*
6 *Statutum dicẽs quòd iudex debeat ſequi conſilium ſapientis debet ſane intelligi, niſi conſilium contineat manifeſtum iuris errorem.*
7 *Error apertus, & manifeſtus ſemper intelligitur excluſus in quacunque diſpoſitione generali.*
8 *Priores leges ad priores trahuntur.*
9 *Poſteriores leges aliquando ad priores trahuntur.*
10 *Statutum committens cauſam arbitrio ſapientis intelligitur facti poteſtas commiſſa, & non iuris, vt poſſit ſtatuta tollere, & nu. 53.*
11 *Conſultor qui conſulit ſententiam ferri ſub conditione tollit diſpoſitionem ſtatuti.*
12 *Conſultor conſulens Titium pupillum poſſe teſtari non expreſſo quòd ſit pupillus, valet eius conſilium.*
13 *Sententia ſub conditione de futuro intrinſeca non valet etiam de iure communi, & quid ſub conditione extrinſeca, & nu. 44.*
14 *Iudex qui profert ſententiam ſub conditione extrinſeca male facit.*
15 *Statutũ diſponens quòd ſententia ſub conditione non valeat non deuiat à iure communi.*
16 *Statutum quòd ſententia ſub quacunq; conditione lata non valeat, derogat iuri communi, cum de iure communi diſtinguatur. num. 17.*
18 *Statutum primum per vltimum non corrigitur, ſed determinatur, & reſtringitur.*
19 *Statutum potius reſtringit poteſtatem conſultoris, quàm concedat conſultorem poſſe tollere ſtatutum.*
20 *Iudex ſequendo conſilium ſapientis euitat pœnam impoſitam à ſtatuto iudicibus talia non facientibus.*
21 *Iudex pronuncians contra formã ſtatuti dicitur ſtatutum contemnere.*
22 *Iuris error excuſat à dolo.*
23 *Pœna annullationis actus imponitur ex defectu forma non ſeruata.*
24 *Vbi dolus non adeſt ceſſat pœna.*
25 *Sententia nulla lata poſt relationem arbitrorũ nullum ius dat partibus.*
26 *Sententia lata poſt finitum tempus inſtantia eſt nulla, & quando. n. 55.*
27 *Inſtantia cauſa appellationis finita de conſenſu partiũ poteſt prorogari.*
28 *Inſtantia cauſa principalis finita nõ poteſt prorogari de conſenſu partiũ.*
29 *Appellatione interpoſita per eum extinguitur ſententia vel ſuſpenditur, & quando num. 56.*
30 *Sententia nulla non poteſt annullari, vel ſuſpendi per appellationem.*
31 *Sententia à qua appellatum fuit infra tempus debitum valet, ad hoc vt iudex ſuper eius nullitate pronunciet.*
32 *Sententia à qua non fuit appellatum infra tempus debitum, ſi eſt conditionalis ex qua non apparet, an quis fuerit condemnatus, vel abſolutus non valet. 33.*
34 *Solutio facta ſine cauſa poteſt repeti actione indebiti.*
35 *Solutio facta pro reſto, ſi re vera non eſt pro reſto illa qualitas pro reſto non operatur.*
36 *Creditor recipiens pro reſto, & conſentiens ſolutioni ſibi facta cum tali qualitate ſibi præiudicat.*
37 *Reſeruatio probationis ſolutionis facta in ſententia pro reſto non intelligitur de illa quantitate de qua eſt probatum in actis.*
38 *Liber defuncti, an probet, & quid in parua, vel magna ſumma, & quæ requirantur veriſimilitudines.*
39 *Relatio facta per reuiſorem rationis non eo modo quo conſultor pronunciauit, impedit ſententiam dari ad fauorem actoris, vel rei.*
40 *Statutum quòd ſententia debeat proferri cum conſilio ſapientũ iudex debet habere conſilium & ſequi, & quid ſi conſilium fuerit iniquum.*
41 *Conſilium ſapientis iniquũ iudex non tenetur ſequi, & quando. nu. 42.*
43 *Statutum diſponens quod iudex teneatur ſnĩam pronunciare cum conſilio, de conſilio vel ſecundum conſilium quid differant.*
45 *Sententia quæ poteſt ferri ſub conditione qualis ſit interloquutoria vel diffinitiua, & ſub qua cõditione poſſit ferri de præterito, vel de præſenti, vel de futuro.*
46 *Sententia lata ſub conditione extranea valet.*
47 *Sententia lata ſub conditione falſa eſt nulla.*
48 *Sententia lata ſub conditione impoſſibili eſt nulla.*
49 *Snĩa lata ſub conditione eſt nulla quando trahit ſecum executionem.*
50 *Appellatio à ſententia ſub conditione interponitur infra decennium.*
51 *Tempus decennij ad appellandum à ſententia ſub conditione currit de momento ad momentum.*
52 *Appellatio à ſententia excommunicationis lata ſub conditione debet ſtatim interponi infra decennium, & ratio.*
54 *Sententia quam ſtatutum non admittit, non eſt ſequenda.*

CONSILIVM PRIMVM.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Pro clariori examinatione istius negotij, quatuor per ordinem sunt videnda, primum est, vtrum sententia illa generaliter lata, secundum consilium sapientis fuerit valida, & inspecto iure communi, distinguitur, aut conditio est extrinseca, aut intrinseca, & hoc secundo casu, aut de præterito, aut de præ-

senti,aut de futuro, & hoc vltimo, aut fuit impleta incontinenti
post,aut ex interuallo.ff.quando appella.sit.l.2.§.biduum. & plene
notatur. C. de senten. & interlocuto. l.cum iudex.per glo.& docto.
& in Spec.eod.titu.§.iuxta.versi.sed cum iudex.& ibi per Ioan. An-
1 dre.in addi.†De iure tamẽ municipali ciuitatis Lucanæ, quod præ-
ualet ibidem.l.omnes populi.de iust.& iur.terminandum est,quòd
2 non valet,ergo nulla est quæstio,vt C.de furt.l.ancillæ. † Nec con-
stat, quòd consultor consuluit eam sic decidendam. & statutum
a dictæ ciuitatis arctat iudicem ad sequendum consilium sapientis. *a*
3 †Et dico quod,illud statutum recipit restrictionem,& limitatio-
nem per aliud statutum vltimo loco factum, quo cauetur, quòd
b sententia non debet ferri sub conditione,sed *b* purè,& quòd aliter
4 non valeat. † Et cùm illud det formam seruandam in sententijs,
omnia alia statuta de sententijs recipiunt determinationem ab il-
lo,per ea quæ not.in additio.Specu.titu.de execu.sententiæ.§.fin.in
addit. quæ incipit, contrarium vide, &c.& per ea quæ habentur in
l.1.§.1.ff.ad legem Falcidiam.per Bart. & per eundem in l.prætor.§.
eritq; differentia.ff.vi bonorum rapto.in versi.secundo casu princi-
pali, &c.vbi dicit, quòd quando vna lex,vel statutum procedit per
modum regulæ (prout hic in dicto vltimo statuto)alia statuta de-
bent intelligi,secundum illud,& sic statutum, quòd teneatur sequi
consilium sapientis,debet intelligi,scilicet,dummodo sapiens con-
5 sultat sententiam ferendam purè non autem sub cõditione.† Nam
formam non intelligitur voluisse esse in arbitrio sapientis,cùm per
aliud statutum sit determinatum,sed omnia alia quæ non sunt ex-
c pressè decisa *c* potuisse iustitiæ causa. † Præterea quantumcunque
6 loquatur statutum de sequendo consilium sapientis debet intelligi
sanè,scilicet,nisi illud contineat manifestum iuris errorem,vel ini-
quitatem,quid enim si consulat quòd pupillus de iure communi,
vel filiusfamilias, aut seruus possint testari? dicemus ne ipsum se-
7 quendum? absit. † Quia talis error apertus, & manifestus semper
intelligitur exceptus quantumuis generalis,& præcisa sit dispositio
statuti.arg.l.nemo.ff.pro soc.& l.creditor.§.Lucius.ff.mand.sed sic
est in isto casu nostro, quia consuluit ferendam esse sententiam sub
d conditione,cum statutum nouissimum prohibeat expressè, *d* & sic
8 continet manifestum iuris errorem. † Nec est nouum,vt priores
leges ad posteriores trahantur. ff.de legi.l.non est nouum.cum l.se-
9 quen. †Et licet iuterdum fiat,quod vltimum trahatur ad primum
magis quam econuerso,in casu nostro non fit ea ratione,quia sta-
tuentes,qui voluerunt causam committi consilio sapientis,& con-
silium fore sequendum, non cẽsentur voluisse committere consi-
lio sapientis,vt possit expressè tollere statuta,& determinata,vel in
futurum determinanda per eosdem vel eorũ successores.ar.ff.man. e
10 l.si hominem,sed solũ,vt declaret super eis. s. pro qua parte faciant,
† vt sic facti potestas sit in eius arbitrio(vt sic dicam)non iuris.ff.ad
11 Turpill.l.1.§.1. † sed in casu nostro consulendo q̃ feratur sententia
sub conditione est præcisè & apertè tollere dispositionem statuti,
sicut si consuleret pupillum posse testari, de communi iure esset
tollere ius commune, q̃d sibi commissum non censetur,sed si con-
suleretur q̃ Titius potuerit testari non specificando, q̃ fuerit pupil-
12 lus licet re vera fuisset, † non tamen tendit ad tollendum dispositi-
onem legis,sed ius partis,& ideo valet l.si expressim.ff.de appel.&
quæ senten.sine appella.l.1. de re iudica.l.præses.cum similib. Non
ergo censetur sapienti commisisse,vt citra dictam formam,quę per
statutum determinata est,possit aliquid immutari. Nec obstat ra-
tio facta in contrarium,scilicet,q̃ secundum prędicta sequitur cor-
rectio iuris communis,& etiam præcedentis statuti,quia istud ne-
13 gatur † etiam de iure communi si fertur sententia sub conditione f
de futuro intrinseca(prout est ista)non valet,nisi conditio post im-
pleatur,vt notatur in l.cùm iudex. C.de senten.per glos.& Bartol.
& in addit. Spec. eodem titu.§.iuxta. in versic.sed ecce iudex. Hæc
autem cum fuerit impleta statim post,imò per duos menses vel cir-
ca(vt præponitur)& sic in hoc dictum statutum vltimum concor-
14 dat cum iure communi. † Præterea cùm lata est sub conditione
extrinseca (posito quod valeat de iure communi)tamen iudex ma-
15 lè facit sic ferre,vt l.2.§.biduum,quando appell.sit. † Statutum er-
go disponens,q̃ non valeat,non multum deuiat à mente iuris com
munis,& sic non est absonum dicere,quod corrigatur hoc casu ius
16 commune. † Præterea constat de intentione statuti, q̃ voluit in
hoc derogare iuri communi inquantum vult, quod sub quacun-
que conditione feratur non valeat, licet de iure communi non dis-
17 tinguatur, vt in princip.dixi. † Non est ergo absonum dicere hoc,
postquam de intentione statuti constat,quantum ad præsens circa
hoc non insisto cùm sufficiat prima responsio,quia inquantum di-
ctum statutum intelligitur etiam quando sub conditione intrinse-
ca,& de futuro non corrigit ius commune,imò cum eo concordat,
& sic dicta sententia tam de iure communi, quàm ex forma statuti
18 est nulla. † Statutum autem primum,q̃ iudex sequatur consilium
sapientis nõ corrigitur per dictum vltimum, sed determinatur,seu
restringitur,scilicet,quantum ad alia non quantum ad hoc,vt pos-
19 sit sententia ferri sub conditione, † quia conuenientius & iustius
est dicere,q̃ potestas consultoris restringatur à dicto statuto,quàm
q̃ iurisconsultus possit tollere dispositionem dicti statuti,& dare
aliam formam, quàm statutum dat,imo reprobatum ab eo. Igitur
præcedens interpretatio sumenda. argum.ff.de regu.iur.l.quoties
nihil. & l.quoties in obscuris,de legi.l.benignum.Item non obstat
20 alia ratio quæ fit in contrarium,videlicet, † q̃ iste iudex sequendo
consilium euitauit sibi pœnam, quam statutum imponeret,si non
ad consilium sapientis sic pronunciasset,ergo & pœna annullatio-
nis actus debet euitari, quia consequentia non est bona,cùm alia
ratio sit euitandi pœnam imponendam sibi,quàm pœnam annul-
21 lationis sententiæ. † Prima namq; imponitur ratione contemptus
iudicis,quia qui contemnit statutũ dans formam,si aliter pronun-
ciet quàm statutum,dicitur contemnere,sed in casu nostro nõ po-
test notari contemptus, sed error, quia credidit se teneri sequi con-
22 silium sapientis,cùm re vera non teneretur, & constat, † q̃ iuris er-
ror, & quæcunq; causa etiam iniusta excusat quem à dolo,& à pœ-
na,quæ ratione doli incurritur.l.igitur.ff.de libe.cau.& notatur in
l.1.in fin. magnæ glos.si quis ius dicen.non obtemperaue.& l.1.ff.
23 de abige. † Pœna vero annullationis actus imponitur ex defectu
formæ non seruatæ,sed ista causa quæ inducit hanc pœnam nulli-
24 tatis in casu nostro est,igitur & pœna debet adesse. † sed dolus, vi-
delicet, contemptus iudicis non adest, merito nec pœna illa debet
adesse,& sic alia ratio reformat pactum.C.de transac.l.interpositas.
in fin. & ratio de l.nam hoc iure, de vulg.& pupilla.non valet obo-
lum.quia non contingit hoc ex eo,q̃ terminabilia non determinen
25 tur pariter,sed propter diuersitatem rationum. † Item non obstat,
quòd saltim debet valere dicta pronunciatio in ea parte,in qua pro-
nunciauit arbitros & hæredes ad reddendum rationem,quia hoc
parum prodesset dictis actoribus,si sequens sententia lata post re-
lationem arbitrorum sit nulla,& remanebit dicta relatio nuda,&
sine alio fomento sententiæ vel condemnationis, & sic ex ea nul-
lum foret ius parti actoris acquisitum,ex eo quod nota.ff.de iure-
iurando.l.sed & si possessoris.§.fina.in glos.super verbo probatur,
26 quæ incipit subauditur,& hoc de primo dubio. † Secundo prin-
cipaliter quæritur, an valeat secunda sententia lata post relatio-
nem arbitri? ad quod dicendum est, quòd non,si verum est quod
proponitur in facto, scilicet, quòd fuerit lata post finitum tempus
e instantiæ,vt nota.per glos.& Barto.in l.properandum,in princi.
C.de iudic.Nec obstat,quod allegatur in contrarium,scilicet,quòd
propter electionem arbitri finitur instantia causæ appellationis,
27 † quia agitur de maiori præiudicio,potest tali modo & de consen-
su partium prorogari. C.de appellatio.Authen.si tamen in medio.
28 & in Clementina, quamdiu de appellatio. † Secus tamen est in
instantia causæ principalis, vt notat.in dict. leg. properandum,in
principio, per glos.& Barto.& per eundem in l.similes.ff.ad legem
Falcidiam.& mirandum est de his,qui dixerunt contrarium in hac
causa,& plus etiam mirandum quare dicunt, quòd etiam si prima
valeret & esset diffinitiua, valeret etiam secunda, & ambæ essent
diffinitiuæ,quod stare non potest,nisi in arbitrarijs,vt not.in l.qui
restituere, circa finem,de rei vendicatio. per glos. etiam in l.si cum
exceptione.§.hæc actio.ff. quod metus causa.quod hic non est,ergo
29 falsum est,quod dicitur. † Tertio principaliter videndum est,an
f appellatione *f* per reum interposita ab vltima sententia sit an-
nullata,seu extincta ipsa sententia,& sic ipsa appellatio sit valida,
cum virtute appellationis sit, secundum vnam opinionem in ex-
tinguendo.l.1.in fin.ff.ad Turpillianum.l.furti.§.primo.ff.de in-
fami.vel in suspendendo,secundum aliam opinionem, & dicen-
30 dum est,quòd non,quia cum ambæ † sententiæ sint nullæ(vt pro-
batum est)non potuerunt amplius annullari, vel suspendi per ap-
pellationem, argument.in l.nam & si sub conditione.§.post defe-
ctum.ff.de iniusto testamento. Sed si quæratur,an sit valida quate-
nus ad suum effectum accidentalem,qui consistit in voluendo ad
iudicem appellationis etiam causam nullitatis.l.quædam mulier.
31 ff.familiæ erciscund. & de iure patrona. l. Carmelia pia. † Dicen-
dum est quantum ad vltimam sententiam, à qua fuit interposita
appellatio,& in tempore debito bene valet in hoc, vt iudex appel-
lationis in ipsa causa,quæ principaliter vestitur possit pronunciare
super eius nullitate,& quod super sententia fuerit appellatum, iux-
ta notata in l. prima.C. quando prouocare non est necesse,& in l.si
32 expressim.ff.de appellationibus per Doctor. † Quantum vero ad
primam sententiam non,quia ab illa non fuit interposita, & posito

quòd

quòd fuisset, non tamen infra tempus sex dierum ab ipsius prola-
33 tione, vt debuit l. 2. §. biduum. quando appellatum sit, † licet dici
possit, quod ibi loquitur quando erat talis sententia conditionalis
ex qua non apparet, an quis sit condemnatus vel absolutus, quod
hic non erat, & ideo tempus videtur incipere post vltimam senten-
tiam, per quam fit declaratio personæ, poterit tamen semper agi
principaliter, quia nõ prefigitur à iure terminus. l. si expresim. ff. de
appellationibus. non tamen multum expedit quærere de hoc post-
quam vltima non valet, cum ex prima non appareat quis sit con-
demnatus, & hoc de tertio. Quartum & vltimum principale vi-
34 dendum est. † Vtrum ex his quæ narrantur in puncto sit probata
intẽtio actoris, videlicet, quòd altera pars fuerit plenariè satisfacta
ante illud laudum, & sic posset repetere, quod prius fuerat solu-
tum tam virtute dicti laudi in verbo (cum hac tamen declaratio-
ne) quam etiam de iure communi, quia solutio illa redacta fuit ad
non causam vsque ad continentem quantitatem, quam soluit, per
ea quæ notantur, in l. Iulianus. ff. de conditio. indebi. prima gloss. a
magna, circa medium, vbi videtur etiam redire ad non causam. &
40 eodem titu. l. eleganter. §. & si post, & quod not. Bartol. in leg. pri-
ma. in fine. ff. de conditio. indebi. & circa hunc articulum notan-
35 dum est, quòd inuestigatio illa, & si probata sit illa qualitas † quòd
pro resto fuerunt soluti illi triginta octo floreni, de quibus con-
tenditur in libro defensi, sicut in dicto libro continentur, attento
quòd in libro Banchi, per quod solutio facta fuit illa qualitas, quòd
pro resto non continentur, satis videtur esse superflua, duplici ra-
tione, prima quia in laudo arbitrorum, non fuit facta reseruatio, 41
per illa verba, si probauerint quòd aliquid fuerit solutum pro re-
sto, quod ad dictam quantitatem contentam in laudo minimè te-
neantur, tunc fuisset expediens dicta inuestigatio, sed facta fuit per
hæc verba, videlicet, si probauerint, quod ad dictum residuum
quantitatis contentæ in laudo minimè teneatur, & si post illam so-
lutionem de triginta octo florenis factam per Banchum soluisset
residuum, & sufficeret in hoc iudicio hoc probasse, & sic esset puri-
ficata reseruatio facta in laudo. & econuerso possibile est, quod ille
dixit se soluisse pro resto, tamen re vera non erat illud restum, quia
36 multo plus restabat dare, † & talis adiectio non nocuisset credi-
tori recipienti, si non constaret ipsum consensisse. C. de transactio.
l. si quis ex falsis. Quid ergo fuit expediens tantum laborare in isto
articulo (sicut multi consulentes laborarunt) non video. Sed so-
lum labor erat in videndo vtrum per producta per actorem esset
sufficienter probatum, quòd ante latum laudum ibi nil debebatur, 42
quia sibi erat plenariè satisfactum, quia sic se confirmasset cum
verbis laudi. Secunda ratio est per ea, quæ possunt comprehendi ex
scripturis ibi arbitri habuerunt notitiam de dictis triginta octo
florenis solutis, probatur quia ipse nunquam negauit, imo confes-
sus est semper illos habuisse, negauit tamen & negat quòd pro re-
37 sto, &c. † ex quo sequitur, quod arbitri facientes illam reseruа-
tionem per illa verba, si apparebit aliquid fuisse solutum pro resto,
&c. senserunt de aliqua quantitate, quàm de illis triginta octo flo-
renis, nam quo ad illos videntur habuisse pro constanti, quòd non
isti sint soluti pro resto, ex quo coram eis fuit de hoc disputatum, &
eo non obstante fecerunt condemnationem & reseruationem. si
enim sensissent de illa, restrinxissent se ad illam tantum, dicendo
saluo, quòd si poterit vnquam probari dicta quantitas soluta per
Banchum fuerit soluta pro resto, ex quo non fecerunt, sed generali-
ter loquuti sunt, & sic pro expedito videntur habuisse, quòd illa non
38 fuerint soluta pro resto. Videndum † est ergo de eo quod dixi, &
certè male possum super hoc iudicare, scilicet, vtrum ex contentis
in dicto libro defuncti appareat illi reo fuisse plene satisfactum an-
te dictum laudum, quia librum non vidi, & posito etiam quod vi-
dissem, alia essent necessaria ad iudicium. Nam possunt esse aliquæ b
partitæ ita verisimiles, quod eis creditur concurrente paruitate
summæ per ea quæ not. Bald. in l. id quod pauperibus, circa finem.
Cod. de episcopis & clericis. & possunt esse aliquæ non verisimiles
quibus non esset credendum, iuxta not. in l. quædam. §. numula-
39 rios. ff. de edend. † Verum tamen videtur mihi satis clare per-
pẽdere, quòd ex relatione facta per illum reuisorem iuris electum,
secundum formam vltimi consultoris, quod non est probata in-
tentio actoris eo modo quo vltimus prædictus cosultor voluit,
quòd probaretur. Nam ipse in suo consilio narrauit, qualiter vidit
librum prædictum, & qualiter ignorabat quæ essent particulæ ne-
gatæ, & quæ confessatæ, & sic quibus esset danda fides, & quibus
non. nam illi non erat dubium quid omnes simul importabant,
tantum summam illi debitam, sed quia non apparebat sibi quæ es-
sent confessatæ, vel negatæ voluit quòd eligerentur reuisores ra-
tionis qui haberent hoc discutere, & si hoc appareret fuisse factum,
& dicti reuisores reportassent, quod omnibus prædictis partitis
contentis in libro danda erat fides, & ita facta discussione reperijsse
tunc reportatum factum fuisse secundum intentionem consulto-
ris, & probata fuisset intentio actoris, sed ille consultor non repor-
tauit modo prædicto, sed hoc modo, videlicet, quòd secundum cal-
culum dicti libri reperiebat reos debitores, &c. igitur præsuppo-
sito quòd calculus dicti libri esset verus, & omnes particulæ essent
veræ, quod tamen non præsupponit consultor, immo voluit super
hoc discuti & declarari, & sic reperiebat aliud quàm istud, quod ille
calculator retulit, vnde cum non declarauerat expresè illud, quod
consultor voluit declarari, non fuit factum reportatum secundum
intentionem dicti consultoris, & sic non poterat pro actore ferri
sententia, quia intentio consultoris debebat attendi, argum. ff. de
arbit. l. qualem. de except. re iudic. l. si ex test. in fin. & l. si cum argen-
tum. Laus Deo.

ADDITIONES.

a Ad sequendum consilium sapientis. Adde † cap. in veteri. extra de
40 elect. & in c. 1. de capp. mon. & in proprijs terminis casus consulta-
tionis in casu statuti, Ioan. And. in regula nullus ex consilio. de reg.
iur. in 6, in prin. reg. & in 2. col. ver. soluebat Nicolaus. vbi refert do.
Nico. de Mattarellis hanc quæst. disputasse Paduæ, & decidit q; tene-
tur habere consilium, & illud sequi, alias non valeret sententia, &
si consilium esset iniquum haberent locum remedia communia.
Archid. in c. obeuntibus, in princip. 63. distinct. Innocen. in c. cum
olim. extra de arbitr. in fin.

41 Contrariam vero sententiam quòd non teneatur sequi † con-
silium, tenuerunt Hostien. in d. cap. cum olim, in princip. 2. col. An-
char. ibidem nume. 1. Abb. in 2. nota. Henric. Boyc. in d. cap. cum in
veteri, de elect. num. 3. Specul. in titu. de requisi. consi. nume. 6. & 33.
Alber. de Rampon. in tract. de consi. haben. ab official. in 7. quæstio.
inter consi. Barto.

Communis est opinio in contrarium de mente Ioann. Andr. in
additio. ad Specul. d. titu. addit. quæ incipit, consilium datum, sub
litera G. vbi refert auctorit. Nicol. de Mattarel. & Oldrad. in quæst.
incipiente antiquum statutum. & Pomat. testatur de commu. opin.
in additio. ad Barto. in l. prima. §. si plures. ff. de exercito. in addit.
incipiente cum consilio sapientis, sub litera G. cum addition. se-
quent. vbi in hac materia plura adducit, & si satius cupis aucto-
ritates scire ibi recurras, cuius perplexitas per hæc verba clare-
scit.

42 Opinio verò negatiua saluari potest eo casu † quando fuit dic-
tum, quòd teneatur requirere consilium, quo casu illud sequi non
tenetur, secundum Petrum de Anchar. in dict. cap. cum olim, extrà
de arbitr. in septimo not. Senecam in libro de quatuor virtutibus.
vbi ait: Prudentis est proprium consilium examinare. Et quando
iudex videt consilium esse contra ius, in quibus terminis loquitur
Specul. in præcitatis locis & Alber. in præcitato tracta. quæst. 7. cum
distinctione, vt ibi per eum.

43 Cæterum de statuto loquente, † de consilio, cum consilio, vel
secundum consilium, quid differant, vide Ioannem Andream in
dicto capitu. nullus ex consilio, in tertia colum. versicu. remanet
ergo decisum antiquum dubium. Anchar. in capitu. cum in veteri,
de electio, num. quinto, & consil. 365. num. tertio. Bartol. in l. prima.
§. si plures. ff. de exercito. numero sexto & septimo. & in l. si vnus. §.
idem Pomponius. nume. prim. ff. de arbitr. & in tracta. Minoricar.
libr. 3. distinctio. 3. cap. 1. numer. 12. & 13. Felin. in cap. ex parte, col.
1. numer. 1. in princip. extra de constitu. Alexan. consi. 59. colum. 2.
num. 6. volum. 3. & in l. si quis mihi bona. §. si coram. ff. de acquiren.
hæred. num. quinto & sexto. Albe. de Rosa. ibidem num. 14. Balthas-
sar Quinctius. V. I. D.

b Sub conditione. Sententia potest ferri sub conditione. l. prima. §.
biduum. ff. quando appellatum sit. versicu. quia ergo. l. cum iudex.
Cod. de sentent. & interlocutor. l. à diuo Pio. §. in venditione. versi-
cu. quod si nulla. & gloss. in verbo capiantur. ff. de re iudicata. quæ
44 limitat † dicta iura sub conditione extrinseca, sed sub conditio-
ne intrinseca potest ferri sententia. idem voluit Innocentius in ca-
pitulo quo ad consultationem. extra de sentent. & re iudic. numer.
45 quarto, quod † intellige de sententia diffinitiua, vel interlocuto-
ria, secundum eundem Innocentium præcitato loco, & Ioan. And.
dict. capitu. quo ad consultationem, colum. prima, versicu, sed quia
à neutra appellauit. Hostiens. ibidem colum. prima, circa princi-
pium, versicu. per sententiam. & Abbas secun. not. Henric. Boyc. in
capitu. cum sit Romana. extra de appellatio. numer. 2. Cyn. in l. non
dubium. Cod. de leg. nume. 4. Bald. ibid. in quinta oppositione, post
numer. 11. & in additio. ad Specul. titu. de senten. & re iudica. §. sen-
tentia debet interpretari, versicu. quandoque, vbi ad saturitatem

dicit de conditionibus de præterito, de præsenti, de pertinentibus & impertinentibus, ac extraneis, ad quem in hac materia recurras, & satur redibis. Vide etiam Alexan. in d.l. à diuo Pio, §. in venditione. numer. 12. & 18. & Barto. in d.l. prima. §. biduum. numer. 2. versicu. oppono.

46 Ampliatur tamen conclusio quòd sub conditione † extranea quanquam sententia non debeat ferri, quæ sit præter legem, tamen lata tenet, & est communis opinio teste Cyno in d.l. non dubium, num. 4. in 5. oppositione.

47 Quæ omnia limitabis † in conditione falsa, quia tunc sententia erit nulla, secundum Angel. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obliga.

48 Secundo limitabis, quando † sententia esset lata sub conditione impossibili, per textum in l. fina. ff. quæ senten. sine appellat. rescinden.

49 Tertio limitabis, quando † sententia trahit secum executionem, vt per Baldum in l. muto. §. si sub conditione. primo notab. ff. de tutel.

50 Quando autem † appellandum sit à tali sententia sub conditione lata omnes Doctor. in capitulo, quo ad consultationem: extra de senten. & re iudica. dicunt, quod infra decennium, sed quando decennium incipiat stante conditione, videtur dicendum à die conditionis cum in præscriptionibus, incipiat à die conditionis extantis, vt l. prima. §. annus. ff. quando act. de pecul. est ann. l. cum notissimi. §. illud. C. de præscriptio. triginta annorum. & tenuerunt in terminis præscriptionis Goffred. & Rodoricus relati per Henricum Boyc. in capitu. cum sit Romana. extra de appellationib. numero secundo, ea ratione, quia ante conditionem non dicitur sententia per text. in §. ex conditionali. Institut. de verborum obligationibus.

51 Sed in contrarium est veritas, † quod decennium currat à die latæ sententiæ de momento ad momentum, secundum Innocent. in dict. cap. quo ad consultationem, num. 4. Abbas ibidem. num. 1. Henric. in dict. capitu. cum sit Romana. nume. secundo. Et est ratio, quia statim lecta sententia ex ipsa grauatur. Balthassar Quinctius. Vtr. Iur. Doct.

52 Fallit tamen in sententia † excommunicationis sub conditione lata ab homine, à qua potest appellari ante conditionem extantem, & non post, etiam si conditio existat infra decem dies, & est ratio, quia trahit secum executionem, secundum gloss. in capitulo, præterea. extra de appellationib il secundo, in verbo, impedire. & ibidem Ioannes Andr. in principio. Hostiens. circa principium. secunda columna. in verbo finaliter tamen dicas. Innocent. numer. quarto & quinto. Abb. in secundo & tertio notab. Henric. Boyc. in dicto capitulo cum sit Romana, numer. secundo. Ancharan. dicto capitu. præterea. numer. 5. Balthassar Quinctius. Vtr. Iuris Doctor.

c 53 Expressè decisa) & sic facti quæstio † est in arbitrio iudicis, per- sequutio verò eius quod per legem est decisum, & sic per statutum, non est in arbitrio iudicis, vt est textus in leg. prima. ff. ad Turpillianum, post principium, & ibidem Bartolus numer. septimo. Calder. consilio primo. titu. de accusatione. numer. 2. circa medium. sententia vero conditionalis est contraria verbis statuti, idem voluit Petrus de Anchara. consilio 182. numer. secundo. sequitur quod est nulla per text. in l. ex diuerso. §. si in iudicio. ff. solut. matrimo. Paul. Gril. tracta. criminali. titu. de relaxatione. quæstio. 6. numer. 6.

d 54 Prohibet expressè † sequitur quòd sententia, quæ statutum non admittit, non est sequenda. l. iure nostro. ff. de testamen. tutel. Abba. in capitu. primo. extra de re iudicata. numero decimosexto. versicu. quæro. Bartol. in l. cum prolatis. ff. de re iudica. numer. secundo. & ibidem Angel. Bald. in capitu. cum causa. extra de re iudicata. Felin. in capitu. primo. extra eodem titu. numer. secundo. versicu. amplia. 2. Angel. Aret. in l. prima. in princip. ff. de appellatio. Petr. de Anchar. consilio 182. numer. secundo. Roman. consilio 260. numer. secun. prope finem. Barbat. consilio 1. numero decimo, volumine 2. Alexan. consilio 58. volumi. 4. post numerum septimum. & consi. 77. volum. 3. num. 15.

e 55 Tempus instantiæ. † Sententia lata post finitum tempus instantiæ non valet, quando tempus est statutum instantiæ, secundum Ioannem Andr. in additio. ad Speculato. titu. de iudic. delegato. §. restat. versiculo incipiente de Fano, sub litera R. la secunda. & in versicu. vbi vero lex solum statuit. Abba. consil. decimosexto. volumi. secundo. numer. 2. Paul. de Cast. consi. 381. volum. 2. num. 2. Et de hac materia quando tempus statuitur iudici, quando parti, & quando instantiæ, vide Specul. vbi supra. §. restat. & in additio. præcitatis. Roman. consilio 415. numer. 5. Marsil. singu. 283. Lapsus termini. Felin. in capitulo venerabilis, extra de iudicijs. post numerum decimum quintum.

f 56 Appellatio. Appellatio † suspendit pronunciatum secundum Ioannem Monach. in cap. vlti. de appellat. lib. 6. numer. 2. Bald. in l. ita demum. C. de procurator. numer. 6. non litis contestationem, & ea quæ ad id ordinantur, secundum eundem Monachum. vbi supra. Cel. in tracta. clauf. in verbo appellatione remota, versiculo tertio, Nell. de Sanct. Geminia. in tracta. de bann. in quarta parte primi temporis quæstio. quarta.

ARGVMENTVM.

Si quis promiserit se facturum compromissum toties quoties, &c. si moritur, pro huiusmodi promissione, an hęredes possint cogi ad compromittendum, & an pendente facultate petendi fieri compromissum possit peti executio crediti, vel de eo fieri permutatio, & dic quòd sic.

SVMMARIA.

1 *Compromissum sine clausula quod transeat ad hæredes compromittentis expirat eius morte, & num. 28.*
2 *Arbitramentum super lite reputatur transactio.*
3 *Compromisso morte compromittentis expirato intelligitur expirata promissio de iterum compromittendo.*
4 *Vsusfructus extinguitur morte, ita etiam spes constituendi vsumfruct.*
5 *Vsusfructus capitis diminutione expirat.*
6 *Actio personalis pro vsufructu constituendo non tollitur per longi temporis non vsum.*
7 *Promissio de compromittendo toties quoties non transit ad hæredes compromittentis.*
8 *Promissio de compromittendo toties quoties intelligitur per lapsum temporis, vel morte alterum arbitrorum.*
9 *Verba non debent extendi, vt operentur contra rationem subiectæ materiæ. num. 14.*
10 *Compromisso morte expirato aliud per compromittentem fieri non potest.*
11 *Hæres fingitur eadem persona cum defuncto.*
12 *Verba quæ referuntur ad compromittentem non extenduntur ad hæredes.*
13 *Verba debent restringi ad casus possibiles.*
15 *Compromissum cum promissione compromittendi toties quoties, in quo appositus est terminus illa clausula, toties quoties, potius refertur ad tempus, quam ad mortem compromittentium.*
16 *Casus aduersam, & fortunam non sunt in consideratione.*
17 *Posterior euentus formatur à primordio tituli.*
18 *Subiecta talia sunt qualia prædicata demonstrant.*
19 *Verba generalia per præcedentia specialia restringuntur.*
20 *Verba generalia in compromisso restringuntur ad casus qui ex præcedentibus colliguntur.*
21 *Compromisso expirato compromittens potest disponere de re de qua compromiserat.*
22 *Conditio apposita debet intelligi possibilis.*
23 *Promissio de iterum compromittendo in sciente expirat per lapsum tanti temporis quo id potuit peti & non fuit petitum.*
24 *Durante tempore appellationis impeditur exequutio sententiæ sicut postquam appellatum est.*
25 *Exequutio sententiæ non retardatur durante tempore petendi restitutionem in integrum, vel supplicandi.*
26 *Vigilantibus & non dormientibus iura subueniunt.*
29 *Qui potest facere actum & non facit ex se impeditur.*
30 *Aliud est facere aliud facienti consentire: ita aliud est compromittere aliud compromittenti consentire.*

CONSILIVM II.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ. Amen. Super primo quæsito dicendum videtur hæredes dicti Sylueſtri non posse cogere de iure dictum Leonardum ad iterum compromittendum virtute promissionis prædictę, quia illa expirauit morte Sylueſtri a nec amplius durat, quod sic ostenditur, † nam certum est, quòd compromissum factum inter eos in dictos consules tanquam in arbitros & arbitratores expirauit morte Sylueſtri postquam non fuit actum inter eos, quòd transeat ad hæredes, siue inspiciamus illam partem, qua compromissum est tanquam in arbitros. ff. de arbi. l. diem proferre. §. 1. siue illam qua tanquam arbitratores cum factum censeatur super contractu nondum facto, sed perficiendo, videlicet, super contractu

contractu transactionis ineundo, vt notat Barto. in l. si societatem.
2 §. arbitrorum. ff. pro socio. in prima quæstio. † quoniam arbitramentum super lite, quædam transactio reputatur, vt in Authen. vt different. Iudices. §. 1. idem igitur dicendum est de tali compromisso, vt non transeat ad hæredes, quod dictum est de primo, prout determinat Barto. in l. si quis arbitratu. ff. de verborum obligat. in vl-
3 ti. colum. versicu. quid si aliquis de contrahentibus, &c. † Et si expirauit compromissum iam factum, ergo & promisio de iterum compromittendo, quia non debet esse maioris efficaciæ quo ad transmittendum in hæredes spes compromisi fiendi resultans ex dicta promisione, quàm sit ipsum compromissum iam factum,
4 † sicut videmus in simili in spe vsusfructus constituentis. ff. de vsufruct. legat. l. Sempronius. nec etiam actio personalis oriens ex promisione ad compromittendum, quàm ipsum compromissum iam factum, sicut nec actio personalis competens pro vsufructu
5 constituendo. † Nam expirat etiam capitis diminutione, sicut & ipse vsusfructus si constitutus esset. ff. quemadmodum vsusfructus amittatur. l. prima. in princip. & etiam tempore longo, secundum gloss. C. de vsufruct. l. corruptionem. in gloss. magna. in fine. & per Doctor. ibi, licet de sui natura dicta actio duret longissimo tempore. C. de constit. pecun. l. secunda. Et contra hoc facit. l. si partem. in principio. ff. quemadmod. seruitu. amitt. quia non potest imputari negligentia non vtendi cui nondum constitutus est vsus-
6 fructus. † Tamen quicquid sit, illud constat indubitanter, quòd licet lõgo tempore per vsum non tollatur actio personalis pro vsufructu constituendo, tollitur tamen & expirat morte & capitis diminutione, quia non debet incipere vsusfructus ab eo casu, quo si cœptus esset finiretur. ff. de vsufruct. l. Titio cum morietur. eodem modo *dico* in promisione facta de compromittendo, vt nõ transeat *in* hæredes, sicut nec compromissum si factum esset non facta
7 mentione de eis, per dicta iura & rationes. † Et in tantum puto hoc verum, quòd etiam si promitterem tecum facere compromissum vnum, & plura, & toties quoties opus fuerit, & quousque lis inter te & me finita, &c. quòd ista promisio non extenditur ad hæredes meos non facta mentione de illis, quia possunt dicta verba satis aptari secundum naturam subiectæ materiæ, videlicet compromisi in casibus, in quibus firmatur alijs modis quam per mor-
8 tem compromittentium, † puta per lapsum temporis, vel per mortem arbitrorum, vel alterius eorum, seu etiam per prolationem laudi nulli, vel propter aliam causam (puta) quia forma compromisi non foret seruata, tunc enim expirat. l. quod tamen. in
9 principio & ibi notatur. ff. de arbitrijs. † Non ergo debes extendere dicta, vt operentur contra rationem subiectæ materiæ, videlicet, vt transeat promisio ad hæredes, de quibus mentio facta non est, argumento. ff. loca. l. si vnus. in principio. & de iureiurand. l. sed & si possessori. §. sed & si rerum. quòd etiam sapiunt verba compromisi, dum promisit compromittere, &c. Si enim intellexissent aliquo casu de hæredibus retulissent ad eos verba, quia cum compromissum factum per me expiret morte, aliud post per me
10 fieri non potest, † sed fieret per hæredes meos quorum factum re vera diuisum est à meo. Cod. de rebus credit. l. generaliter. circa
11 principium. † licet fingatur eadem persona mecum. in Authen. de iureiurand. à morien. præsti. post principium. & aliud est com-
b promissum factum per me, aliud per hæredes meos, *b* sicut videmus in vsufructu, & ideo si volui compromittere & non comprehendere hæredes debui de me non tantum facere mentionem, sed etiam de eis. pro quo bonus text. ff. de verborum obligationibus. l. stipulatio ista. §. si quis ita. cum agatur de compromisso fiendo eo tempore quo bona, vel iura super quibus fiendum est non erunt mea, sed hæredum, ad hoc. ff. de iure dotium. l. si ego. §. si res. non ergo sensisse videor, quòd hæredes haberent compromittere si promisi me compromissurum, etiam si pluries, vel toties quoties, &c. quia verba non patiuntur ex quo tantum ad me referuntur.
12 † Et ex his respondetur, si quis vellet dicere quòd in casu nostro videatur actum de hæredibus per illa verba donec & quousque dictæ eorum lites decisæ non fuerint, &c. & postquam firmum fuerit dictum compromissum, † nam omnia ipsa verba
13 possunt intelligi & restringi ad casus possibiles contingentes in vita dictorum compromittentium, in quibus compromissum expiraret qui possunt esse plures (vt supra dixi) non ergo debet extendi ad casum quo finiatur morte, vt sic comprehendat hære-
14 des, tum quia natura verborum non patitur. † Item quia subiecta materia hoc non recipit, tum quia promisio prædicta est stricti
15 iuris. l. quicquid astringendæ. ff. de verborum obligation. † tum quia in compromisso iam facto inter eos erat appositus terminus trium mensium, vnde magis videtur habuisse respectum aspirationem quæ contingeret propter lapsum dicti termini, & non ad illam quæ per mortem, de qua in dubio non videtur cogitasse,
16 † quia casus aduersam & fortunam, &c. l. inter stipulantem. §. sa-
17 cram. ff. de verborum obligatio. † Et quia à primordio tituli for-
18 matur posterior euentus. Cod. de impo. luc. descript. lib. 10. l. 1. † Et talia sunt subiecta qualia prædicata demonstrant. ff. de vino tritico
19 & oleo legato. l. fin. §. cui dulcia. † & verba generalia per præceden-
20 tia specialia restringuntur. Cod. famil. erciscund. l. quoties. † Dicendum est verba generalia dictę promisionis debere restringi, ad casus qui comprehendũtur, seu colliguntur ex compromisso præcedenti, & ad sibi similes sibi possibiles contingere vtroque viuente, & non ad dissimilem & existentem, tam contra naturam, quàm verborum importantiam: & hoc de primo quæsito. circa secundum præsuppositis pro veris hic quæ supra scripta sunt, clara est
21 responsio † quòd dictus Leonardus potest dictos denarios permutare, & plagas inde recipere, ex quo dictum compromissum expirauit, & neutra pars potest inuita cogi ad iterum compromit-
22 tendum per iam dicta, † quia conditio apposita in dicto credito debet intelligi, dummodo laudari possit, vel quia durat compromissum, vel de ipso faciendo, quorum neutrum hic esset, si supra dicta procederent ergo &c. argumen. ad hoc. ff. de conditio. ob caus. l. quod seruus. cum ibi notatis. facit l. 4. §. toties. ff. de damno in-
23 fecto. in artio. sui. † Præterea posito, quòd prædicta cessarent, & quòd dictus Leonardus posset cogi ad iterum compromittendum per hæredes dicti Syluestri, tamen adhuc dico, quòd compromissum expirauit, si transiuit tantum tempus quòd dicti hæredes potuerunt petere iterum compromitti, & sciuerunt se posse & non fecerunt, prædictus Leonardus potest alienare dictum creditum, & plagas recipere dictis hæredibus adhuc tacentibus, & non petentibus, ne sit in ipsorum hæredum potestate calumniosè tenere dictum Leonardum semper in suspenso & nunquam possit vti iure suo, argument. ad hoc. ff. de iurisdictione omnium iudicum. l. si idem. post principium, ibi, ne in potestate, calumniosa, & cæter. cum constet stare per dictos hæredes quominus dicti consules arbitrari possent, quia possunt petere in illos compromitti, & non petunt, perinde est, ac si à dictis hæredibus impediretur arbitratio. ff. de contrahenda emptione. l. Labeo scribit. & per consequens dictis creditoribus remaneret liberum ius aduersus sententiam, vel post porrectam supplicationem, interdum, vt impediatur exsequutio, prius tamen quam sit petita, vel porrecta non impeditur, licet adsit potestas petendi, vt patet in Authentic. quæ suppli. C. de precib. imper. offer. & in c. suscitata. de restitut. in integ.
24 † solum enim in appellatione reperitur, quòd durante tempore, quo fieri potest, impeditur exequutio sicut postquam facta est. ff. nil nouari appel. pend. l. 1. & cum ibi not. & nota. in l. ex iudiciorum. ff. de accusatio. quia modicum tempus præfigitur ad appellandum,
25 † non sic in restitutione in integrum, ad quam petendam præfigitur quadriẽnium, vel in supplicatione ad quam præfigitur quadriennium, vel in supplicatione ad quam non præfigitur tempus per cuius lapsum quis excludatur. Et ideo ne ille, qui sententiam obtinuit, sit semper vel longo tempore in suspenso, potest antequam petita sit restitutio, vel porrecta supplicatio, petere exequutionem sententiæ: ita ergo in proposito, cum ad petendum iterum compromitti non præfigatur hic certus & breuis terminus, non debet Leonardus semper stare in suspenso, imo cum transiuit tempus tantum, quo dicti hæredes scientes se posse petere, potuissent petere & non petierunt, proinde potest Leonardus vti suo iure in dicto credito manente, & si nec compromissum duraret, nec spes compromittendi, ex quo stat per dictos hæredes quo minus spes deducatur ad actum, facit. l. hæc conditio. la picciola. ff. de conditio. & demonstratione. l. hæc autem. in principio. ff. si cui plus per legem
26 Falc. in casu sui. † Vigilantibus quoq; & non dormientibus iura subueniunt. ff. quæ in frau. credi. l. pupillus. in fin. & ff. quib. ex caus. maio. l. non enim. vnde si dicti hęredes sciunt se posse petere iterum compromitti & non petunt, eis non subuenitur. imò perinde debẽt haberi, ac si arbitri non haberent potestatem laudandi, & impedirentur laudare à dictis hęredibus, quo casu perinde est, ac si laudum esset latum pro d. Leonardo in hodiernum impedito. vt ff. de arbit. l. diem proferre. §. si quis litigatorum. & l. si quis. facit optimè. c. fin. de elect. in ratione sui, vbi tempus ad electionem fiendam currit ẽt ei, qui non potest eligere, si tamen in sui potestate fuit facere, q; pos-
27 set petere, scilicet, absolutionem, vel licentiam à superiore, † ita & hic ex quo dicti hæredes possunt facere, quod laudetur, petendo fieri compromissum, & non faciendo, perinde est ac si per eos impediretur laudari, propter prædicta, & sic Leonardus remanet liber in suo iure. Laus Deo. Paul. de Cast. consuluit.

ADDITIONES.

a Morte Syluestri. Promissio de compromittendo † totiens quoti-
28 ens, & compromissum ipsum morte alterius compromittentis expirat, secundum Specu. titu. de arbit. & arbit. §. finitur. nume. 2. nec transit ad hæredes si pro hæredibus non est compromissum, vel si ab altera tantum parte sit dictum, iuxta tex. in l. non distinguemus. §. compromisso soluto die morte, &c. ff. de arbit. l. actione. §. morte. ibi, nec hæres. ff. pro socio. Ioan. And. in addit. ad Specu. d. §. finitur. Guliel. Gal. relatus per eundem Ioan. And. in addi. sub litera A. ver- 1
sicu. incipiente litigatorum. Pau. de Cast. consi. suo 139. nu. 1. volu. 1. a
Ang. de Vbal. consi. 248. num. 1. circa fin. Abb. in c. præsentata. extra 2
de testib. num. 2. Balthassar Quinctius V. I. D.

b Aliud per hæredes meos. Sicut aliud est facere, aliud † facienti con-
29 sentire, secundum Bald. in l. 2. C. de rescinden. vendi. num. 24. Albe. de Rosa. in regula aliud est vendere. ff. de reg. iur. Dec. & Cagno. ibidem num. 1. Signor. de Homodæis consi. 60. num. 20. Barbat. consi. 42. colum. 4. numer. 8. & 10. lib. 4. Felin. in c. cum te. extra de rescript. num. 16. Balthas. Quinctius I. V. D.

ARGVMENTVM.

Si Bannitus cõparet post terminum Banni, & negat se commisisse delictum, quòd videbatur tacitè confessus ex forma statuti propter nõ comparitionem in termino, vtrum sit audiendus, ita quòd sibi incumbat probatio, quòd non deliquit, sed curæi potius, quòd imò deliquerit, & vtrum liceat impunè bannitum occisum spoliare, sicut licet impunè occidere.

SVMMARIA.

1 *Bannito comparente infra tempus præfixum in banno extinguitur bannum.*

2 *Bannito comparente infra tempus, bannum resoluitur in vim simplicis citationis.*

3 *Banniti ex forma statutorum Italiæ habentur pro confessis.*

4 *Bannitus potest appellare, & appellatio rescindit fictam confessionem* b
resultantem ex banno.

5 *Error non cadit nisi in vera confessione.*

6 *Purgatio moræ non habet locum post exequutionem factam à iure, vel ab homine.*

7 *Bannitus allegans sibi licuisse committere delictum pro quo bannitus est debet audiri non obstante banno.*

8 *Confessio ficta non debet operari plus quàm vera.*

9 *Confessio ficta operatur circa factum & non circa ius.*

10 *Iudex ex officio debet inquirere defensiones inquisito. se nõ defendente.*

11 *Banniti allegantes sibi licuisse non infringunt bannum & fictam confessionem, sed confirmant.*

12 *Statutum quòd banniti non audiantur post terminum banni, excludit bannitum ad allegãdum sibi licuisse committere delictum, item quando dicit quid habeantur pro confessis.*

13 *Statutum excludens bannitum, & quòd habeatur pro confesso quomodo intelligatur.*

14 *Lex vel statutum dicẽs liquere de fama de aliquo facto intelligitur mediante sententia iudicis.*

15 *Actus facti coram incompetenti iudice ante litem contestatam sunt revocabiles secus post.*

16 *Confessio erronea præiudicat reuocabiliter.*

17 *Confessio aduocati parte præsente & tacente præiudicat.*

18 *Confessio filij, vel serui in causa noxali nocet domino, vel patri.* c

19 *Declaratio iudicis non est necessaria super contumacia, sed sufficiat quod* 8
reperiatur in actis.

20 *Comparuisse non præsumuntur hi qui non reperiuntur notati in actis.*

21 *Iuris effectus non sunt in potestate iudicis.*

22 *Intellectus ad Bald. in l. si finita. §. Iulia. de dam. infect. & ad Bald. in l. sancimus. C. ad Trebel. & 23.*

24 *Declaratio iudicis facta post comparitionem inquisitorum de eorum contumacia non operatur ante lapsum termini.*

25 *Lapsus termini sine iudicis declaratione nil operatur.*

26 *Statutum permittens bannitum posse impunè occidi nõ permittit ipsum deprædari & ratio & quomodo intelligatur. num. 27. & 37.*

28 *Bannitus potest realiter & personaliter offendi statuto permittente.*

29 *Crimen expilatæ hæreditatis est extraordinarium.*

30 *Furtum non committitur in rebus hæreditarijs hæreditate nondum adita.*

31 *Bannum ad pœnæ impositionem non resoluitur per comparitionem.*

32 *Bannitus non auditur per procuratorem quando tractatur principaliter* d
de delicto.

33 *Bannitus auditur per procuratorem quando principaliter non tractatur de nocentia, vel innocentia.*

34 *Bannitus allegans exceptionem sibi licuisse impunè committere de-* 11
lictum debet audiri & talis exceptio impedit litis contestationem.

35 *Bannitum occidere publicè interest.*

36 *Pronunciatio requiritur in omnibus his, quæ pendent à motu iudicis.*

CONSILIVM III.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Super primo quæsito vidi facere dubium, id quod not. Bart. in l. 1. in fin. ff. de requiren. reis. vbi dicit per illum textum † quod tunc bannum *a* extinguitur. & bannitus auditur quando comparet infra terminum banni, seu assignatum in banno, † nam tunc resoluitur in vim simplicis citationis. & ita loquitur Bald. in l. 1. C. de postu. qui ad hoc allegat. cap. ex literis. de constitu. ergo si post, videtur à contrario sensu dicendum, quòd non, alias nihil operaretur lapsus dicti termini, quod esse non debet. ff. si cui plus quam per legem Falcidiam. l. prima. §. cum dicitur, & quod ibi not. per gloss. in l. fina. in fin. C. de vsur. pupillaribus, & per Innocen. qui matrimo. accusa. non possunt. cap. cum in tua. & quod not. gloss. in Clemen. causam. de electione in glo. penultim.
3 † Item Barto. in dict. l. 1. in fin. principij. de requirend. reis dicit expresse, quod banniti ex forma statutorum Italiæ habẽtur pro confessis, & postea non audiuntur, & idem in l. diuus. de custod. reor. clarius & expressius per eundem. C. ad legem Iuliam maiest. l. quisquis. in fin. vbi vtitur his verbis formaliter (videlicet) bannum vero, quod datur hodie secundum statuta terrarum Italiæ est mortale, & lapso termino banni non daretur sibi venia venienti & comparenti ad mandata, &c. per quæ verba videtur clare determinari hæc quæstio. Item adhuc clarius per Bald. C. de procurato. l. ita demum. circa finem. vbi † dicit quòd talis bannitus & condemnatus
4 potest appellare, & quòd appellatio rescindit fictam confessionem resultantem ex lapsu termini appositi in banno, & ideo concludit, quòd appellans debet assumere in se onus probãdi, & probare maleficium non esse commissum, *b* non dico errorem confessionis,
5 † quia error non cadit nisi in vera confessione, quæ est confessio hominis, non ficta, quæ est confessio iuris, cum ius non erret, & nisi probet talem negatiuam, vel rem aliter se habere, dicit ibi Bald. q, sententia debet confirmari ratione dictæ fictæ confessionis, quia intentio accusantis, vel inquirentis est fundata ex lapsu dicti termini, non obstante comparitione, & defensione postea facta, quando tamen esset ante lapsum termini, & id videtur voluisse Bald. in quodam suo consilio quod incipit Titius accusatus, vel inquisitus, &c. subscripto per D. Angelum & dominum Petrum de Perusio, nisi statuto caueatur cõtrarium (scilicet) quòd post terminum au-
6 diatur. † Pro hoc facit, quia post exequutionem factam à iure vel ab homine non habet locum purgatio moræ. ff. de lega. 2. is qui. de condit. indebit. l. qui ob rem non defensam, vt not. per Dyn. in l. si pœnam. §. super. ff. de verborum oblig. & per Barto. eodem titu. l. insulam. sed si statutum dicit elapso termino banni bannitus habeatur pro confesso, iam facta est exequutio eo elapso (scilicet) ab ipso statuto, ergo per comparitionem postea subsecutam non purgatur dicta mora, vel contumacia, & per consequens non tollitur
7 exequutio facta, scilicet, ipsa ficta confessio. † Breuiter in hoc passu considerandum est, quòd in quantum dicti inquisiti nunc comparentes confitentur factum, sed allegant se potuisse facere contenta in inquisitione, tum quia ille occisus erat bannitus, tum ratio-
c ne vindictæ, eis à statuto permissæ sine dubio debent audiri non
8 obstante termino appositio in banno, † quia ficta confessio resultans ex illo non debet plus operari quàm vera. ff. loca. l. qui ad certum, sed si intra terminum banni comparuissent, & confessi essent, tamen allegassent se iustè, & licitè facere potuisse ex causis prædictis debuissent audiri (dummodo probassent eis incumbentia) quia tales exceptiones dictam confessionem non perimerent, sed exponerent, vt in cap. cum dilecti. de accusatio. ergo & nunc audiri
9 debent. † Nam ficta confessio inducta à statuto videtur solum operari circa ea quæ facti sunt non iuris, sed vt videantur se occidisse non tamen quòd illicitè, & hoc voluit Barto. in quodam suo consilio, quod incipit, Factum tale proponitur. Bernardinus percusit
10 Herculanum, &c. dicens, quòd † iudex etiam inquisito confitente simpliciter se verè factum expresse, vel tacitè & se nullo modo defendente, debebat ex officio suo exquirere accusationes & de innocentia inquisiti. l. si non defendantur. ff. de pœnis. l. prima. §. fin. ff. de quæstionib. fortius eo se defendente, potissimum quando de-
d fensio fundatur in eo quod fieri publicè interfuit, *d* vt interficiendo bannitum. argumen. l. quos prohibet. ff. de postul. iuncta. l. 1. C. quando liceat se sine iud. vindic. vel vbi potest peruenire ad diffinitiuam contra absentem. l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procura. & C. eod. l. exigendi. † Illi ergo inquisiti allegando prædicta
11 non

non infringunt bannum nec fictam confessionem ex eo resultante, imo confirmant, & ideo sunt audiendi. argumen. ff. de re iudica. l. Nesennius. §. fina. ff. solut. matrimo. l. ex diuerso. §. vltimo. Inquantum vero dicti inquisiti negant factum (puta) rupisse muros. Imo f intrando per portas, vtrum in hoc sint audiendi, & sufficiat eis simplex negatio sicut suffeciisset si comparuissent infra terminum banni, adeò quòd non incumbat onus probandi sed curiæ inquirenti, sicut tunc incubuisset. Res est dubia per ea quæ supra sunt allegata, tamen omnia illa possunt intelligi sanè, scilicet, in duobus
12 casibus. † Primus est, quando statutum expressè diceret, quòd post terminum banni non audiantur. Secundus, quando loquitur quòd habeatur pro confesso, nec aliquid dicit non audiatur, & secuta fuit declaratio, videlicet, quòd fuerint, vel sint contumaces in non comparendo in termino banni. Nam tunc verè & irreuocabiliter haberentur pro confessis, & procederent supra allegata.
13 † Sed si talis declaratio iudicis non est secuta, tunc licet terminus sit lapsus, tales inquisiti non habentur pro confessis, quia statutum imponens, quòd pro confessis habeantur, debet intelligi sanè, scilicet, non ipso iure, sed per sententiam, vt expressè vult gloss. in l. 2. §. & si actor. C. de iuramen. calum. in glossa prima. & ibi nota. expressè Barto. in l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci. facit quod not.
14 Petrus & Cyn. in l. 2. C. de legi. † qui dicunt. quòd quotiescunque lex dicit relinquere de fama ex aliquo facto, intelligitur, scilicet, mediante sententia declaratoria non aliter. argumen. l. si de interpretatione. ff. de pœnis. ad hoc. cap. iudex. in fine. de offic. delega. libro sexto. vbi non sufficit iudicem esse suspectum, vt desinat esse iudex, nisi secuta sit declaratio iudicis. & per Bartolum in simili in l. stipulatio. in fine principij. ff. de oper. noui nuncia. Et posito quod ante dictam declarationem haberentur pro confessis, non tamen irreuocabiliter, vsque ad dictam declarationem, argument. C. de a
15 fideiussor. l. sancimus. † sicut in simili dicunt quidam, quòd per actus factos coram iudice incompetenti ante litem contestatam, fit prorogatio iurisdictionis reuocabiliter vsque ad contestationem, sed per contestationem fit irreuocabiliter, vt not. in additio. Specu.
16 de competente iudicis aditione. † Item confessio licet sit erronea
17 præiudicat reuocabiliter tantum, de censi. cap. cum olim. † & confessio aduocati facta parte præsente & tacente sibi præiudicat, vt C. de errore aduoc. l. prima. Reuocabiliter tamen valet vsque ad
18 biduum. eodem titu. l. fina. † & confessio filij seu serui nocet domino, vel patri in causa noxali, potest tamen per patrem & dominum reuocari, & ex tunc non præiudicabit. l. 1. §. primo. & ibi nota. b
ff. si ex noxa. cau. agat. Contra prædicta facit determinatio Barto. in l. si finita. §. iulianus. ff. de damno infecto. in 4. colum. in princip. ibi
19 procedo vlterius dicit glo. vbi impugnando Specu. † tenet, quòd super contumacia non sit necesse iudicare & per iudicem pronunciare. Sed sufficiat quòd reperiatur in actis, per glo. quæ est in l. sancimus. C. ad Trebellianum. sed his satis videtur de contumacia constare ex actis, ex quo apparet ex eis illos fuisse positos in banno cum assignatione termini trium dierum, nec apparet ex eis illos in-
20 fra dictum terminum comparuisse, † quia nec comparuisse præsumuntur ex quo in actis non reperitur per ea quæ not. in l. fin. C.
21 rebus credit. † Secundò non est necesse pronunciari talem haberi pro confesso, sicut neque quòd hæreditas habeatur pro restituta, quia isti effectus sunt iuris, qui non sunt in potestate iudicis. vt l. ¶.
22 §. 1. ff. ad Turpilianum. & ita loquitur glos. in l. sancimus. † Sed si quæritur an sit pronunciandum super contumacia, & declaratione, quòd talis sit contumax, tunc aut procederetur ad instantiam partis quæ contumaciam illius accusauit, & tunc satis dicitur constare ex actis de contumacia, & tunc alia pronunciatione non est opus. & ita loquitur Bar. in d. §. Iulianus. & ita videtur voluisse Bald.
23 in d. l. sancimus. † Aut non proceditur ad instantiam partis (prout est in casu nostro) vel cum de accusatione contumaciæ non apparet ex actis, quia contumacia fuit commissa in nõ respondendo ad mandatum iudicis, & tunc requiritur pronunciatio & iudicis declaratio, aliter non dicitur ex actis constare de ea, qui potuit iustam c
causam habere non respondendi, vel iustum impedimentum non 34 comparendi. l. generaliter. C. de reb. credit. l. 2. ff. si quis cautio. & ita loquitur Bartol. in d. l. 2. §. si quis in iudicio, cum sequenti. & in d. l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci. ne videatur sibi contrarius. in di-
24 ctis locis. † Concluditur ergo quòd si dicta pronnunciatio sacra non fuit, ante comparitionem dictorum inquisitorum debet admitti dicta comparitio, & sufficit eis sola negatio, quia non habebantur adhuc pro perfectè confessis, lapsus est ergo termini banni & fuit operatus hoc, quòd iudex poterat declarare eos cõtumaces, e
25 e quod ante lapsum facere non poterat, † sed declaratione non fa- d
cta nihil fuit operatus, & hoc de primo & principali dubio, Super

alijs ne nimis prolixus efficiar, transeo cum eximio consultore do-
26 mino Nello, qui tetigit ad plenum. Veruntamen † super vltimo quanquam doctores teneant quòd licet ex forma statuti bannitus posit impunè occidi, vel offendi, f non tamen licitum est postquam ipse fuerit occisus deprædari, vel auferri sibi nescire, vel pecuniam, quia talis offensa non fieret bannito, cum bannum morte finiatur, sed fieret hæredibus, vel super re hæreditaria iacenti hære-
27 ditati. l. fina. ff. de crimini. expila. hæredita. † tamen istud videtur, intelligendum, quando talis offensa fieret ex interuallo, & postquam occidens conuertisset se ad extraneos actus, secus si eodem momento & contextu, quia ea quæ incontinenti fiunt videntur inesse. l. lecta. ff. si certum petatur. & videntur simul fieri, adeo quòd vnum non videtur fieri priusquam alterum. ff. de iniur. l. si plures serui. in vlti. charta. vbi per Barto. & in l. 1. §. inspiciendo. ff. de vent. inspic. & quod not. Cyn. in l. hac consultissima. C. de testamen. sicut ergo licitum fuit primò auferre postea occidere iuxta not. in l. nec in ea. ff. de adulter. ita videtur econuerso ratione prædicta, ex quo talis ablatio non dicitur facta ante occisionem, & sic cessat ratio in contrarium facta, facit etiam, quia in defuncto dicitur, inferri offensio. l. 1. & ibi Barto. ff. de his quib. vt indig. & not. glos. in l. so-
28 rorem. C. eo. & text. expressus. ff. de religio. l. at si quis. §. iudice, † sed ipsum viuentem licebat realiter & personaliter offendere, ergo for-
29 tius mortuum & quanquam prædicta cessarent deberet puniri † crimine expilatæ hæreditatis, quod est crimen extraordinarium. l. 1. ff. de crimi. expila. hæredi. non tanquàm de furto, quod (vt dixi)
30 de rebus hæreditarijs † hæreditate nondum adita non committitur, vt l. fin. & l. si homo. de vsucapio. cum similibus. Laus Deo. Paulus de Castro.

ADDITIONES.

a Bannum extinguitur. Adde q, bannum † ad pœnæ impositionem
31 non resoluitur per comparitionem, secundum Bal. in l. 1. C. de hær. instit. num. 11. & 12. Alber. de Rosa. ead. l. nu. 4. & in dictionario suo in verbo bannum, quia tunc est iudicialis sententia, teste Alberi. in tract. de statut. libr. 4. quæst. 1. nume 1. sed bannum cum termino ad comparendum habet vim edicti, & resoluitur in simplicem citationem per simplicem comparitionem, secdm Bal. in Auth. contra qui propriam. C. de iureiu. nu. 10. prope 11. & in l. ita demum. C. de procur. nu. 6. & in l. 1. C. de postul. & ibi Barb. in addi. Feli. in c. ex literis. extra de constit. num. 16. & 17. Inno. in c. sicut. il primo, post princip. de cohab. cler. & mul. Balth. Quinct. l. V. D.

b Et probare maleficium non est commissum. Quo casu debet † per-
32 sonaliter comparere aliàs non auditur. tex. est in l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. iud. si principaliter tractatur de innocentia, vel nocentia, aliàs secus. tex. est in l. 3. C. de accusa. vel inscrip. ibi per procuratores
33 defendi, & ibid. Sal. in apostil. ad glo. declarat † videlicet in his quæ principaliter non concernunt crimen, idem gl. in d. §. ad crimen. in verbo procurator, circa medium. ver. absentię. Hos. in c. 1. de iud. in 6. col. 3. vers. quid si inquisitio sit commissa. & Io. An. ibid. nu. 3. & 4. Iaco. Butr. in l. quamuis, in fi. vers. oppo. C. de adult. & in l. quoniam Alexander. eo. ti. prope fi. vers. & de hoc pronunciabit expressè cum sit emergens. & in l. 1. C. l. ad l. Fluiam de plag. col. 2. versi. ex his leg. vbi plenissimè dicit concludendũ esse, q, ibi causa venit separatim à crimine decidenda, potest admitti procurator, licet sit criminis exclusiua, & dicit ibi esse casum, & disputàsse hanc quæstionem cum Iaco. de Belui. & obtinuisse. Alb. de Ros. quæst. 38. lib. 3. tract. de statutis testatur hanc esse communem opinionem. Cy. in l. reos. C. de accus. quæst. 6. Bar. in d. l. pen. §. ad crimen. num. 22. Alber. Gand. in sua praxi crim. quæst. Vtrum procurator in maleficijs interueniat. nu. 2. Dominus Prosper Carauita in comm. Ritus magnę curiæ Vicariæ super ritu 106 D. Annibal Cauensis super ritu 108. Luc. de Penna. in l. in sacris. la 2. C. de prox. sac. scrin. cæteris q, lib. 12. col. 9. versi. si autem in causa criminali procurator interueniat. D. Ioan. Ant. de Nigris in c. regni 204. Nell. de S. Gemin. tract. de bann. in 1. part. 2. temporis quæst. 14. & ita vidi iudicari per Mag. curiam Vicariæ.

c Debet audiri. Adde Bar. † consi. 107. vol. 1. Visis omnibus statutis &
34 processu, in princ. & in l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. iud. nume. 19. & in l. vbi pactum. C. de transact. num. 10. ibi. Bal. num. 11. eundem Bal. in tracta. de stat. fol. 94. nume. 61. & 26. vbi Fusiùs dicit, q, non tollit defensionem. & talis exceptio q, bannitus potuit impunè offendi, impedit litis contestationem, secundum Bar. in l. si seruus. C. de his qui ad eccle. confug. num. 2. Felin. in c. exceptionem. num. 43. extra de except. Aug. de Arimi. in addit. ad Ang. de malefic. in verbo comparent dicti inquisiti, num. 25. Nell. de S. Gemin. in tracta. de bannitis. 2. parte. 2. temporis. num. 34.

d Publicè interfuit. Bannitum † interficere publicè interest, secundũ
35 Bar. in l. vbi pactum, C. de transact. num. 10. & eo loco Bald. num. 11.

circa

circa medium. & Alex. nu. 8. qui plures authoritates adducit, & nouissime habetur per doctissimum Iulium Clarum in sua praxi criminali. §. homicidium. vers. sed an stante huiusmodi statuto.

e Eos contumaces. Adde Barto. in extrauagan. ad reprimendum, in verbo neglexerit. nu. 5. Bal in c. vasallus. si de feudo fue. controuer.
36 vbi tradit notabilem doctrinam, † q; vbicunque aliquid pendet à motu iudicis, semper requiritur pronunciatio. Nell. de S. Gemin. in tract. de banni. in tertia parte primi temporis quæst. 10.

f Offendi. Adde q; statutum † permittens offendi, non permittit de-
37 prędari, vel vestes auferri, secundum Alber. de Ros. trac. de stat. li. 4. quæst. 93. nu. 4. vbi refert Pistorij hanc quęst. decisam. Nell. de S. Gemi. tract. de bannitis. 2. part. 3. temporis q. 3. in princ. nouissimè doctissi. Iul. Clar. in sua praxi criminali lib. 5. §. homicidium. versi. sed nunquid stante statuto, & ante eum Boss. in suo tracta. crimin. titu. banniti quid amittant. num. 1. in fine.

ARGVMENTVM.

Carceratus ad instantiam vnius potest relaxari si factis proclamationibus nullus comparet ad dicendum causam quare non debeat relaxari, prohibetur enim quòd quis teneatur diu in carcerib⁹ macerandus siue ex delicto, siue causa ciuili sit captus.

SVMMARIA.

1 *Custodes carcerum aliquem relaxare non possunt etiam de iussu magistratus sine causa.*
2 *Depositum deponenti est restituendum, & non alteri.*
3 *Custodes carcerum ad iudicis mandatum præcedentibus proclamationibus debent carceratos relaxare.*
4 *Carcerati non debent diu detineri macerandi.*
5 *Carcer ad custodiam non ad pœnam datur.*
6 *Proclama vel citatio conditionalis, & non præcisa cõprehendit clericos.*
7 *Carcerati liberatio dicitur restitutio de seipso.*
8 *Proclama, an liget absentes.*
9 *Clerici quando possint per iudices laicos citari, & ratio.*

CONSILIVM IIII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. In causa AEgidij laici de Alamania carcerati per iudicem secularem, qui AEgidius aliquandiu petebat se relaxari & factis proclamationibus, iudex pronunciauit relaxãdum, cum nullus comparuerit, ex parte auditoris Cameræ, vel alterius recommendantis, per auditorem Cameræ Apostolicæ, visa sententia lata in eius fauorem. Quæritur an superstantes possint sine ipsorum periculo ipsum relaxare, & videtur quòd non.
1 † Primò per text. in l. nè quis. & l. milites. versic. saluo quoque. ff. de custodia reorum. ibi custodes carcerum aliquem relaxantes etiam
2 de iussu magistratus puniuntur. † Secundò, quia depositum est restituendum deponenti non alteri. ff. depositi. l. bona fides. circa medium, sed isto loco depositi tenentur apud custodes. argum. ff. depositi. l. 1. in princip. & l. Lucius, ibi quid enim aliud est commendare, quàm deponere, &c. ergo sine voluntate auditoris Cameræ & alte-
3 rius cuiuscunque recommendantis non est relaxandus. † Tertiò per id quod not. Barto. in l. si quis extra. §. si fugitiuum. in fin. ff. de furt. qui videtur velle, quòd tunc factis proclamationibus ad mandatum iudicis potest relaxari, quando nõ reperitur aliquis qui fecerit
4 illum retineri, & recommendari ergo, &c. † His non obstantibus contrarium dico, postquam nullus comparuit ad dicendum causam quare non debeat relaxari, per text. in l. 1. & l. de his. C. de custo. reorum. vbi prohibetur aliquem diu detineri in carceribus macerandus, si est pro maleficio, aut vinctum mox pœnæ subducat, aut
5 liberari custodia diuturna ne maceretur. † Carcer enim non ad puniendos homines, sed ad continendos quousque de crimine cognoscatur teneri debet, ff. de pœnis. l. aut damnum. §. solent. si verò est pro causa ciuili, tunc si est paratus soluere, aut facere, quod debet, relaxandus est. ff. in ius vocand. vt eant, in rubro & nigro. Cum
a igitur ad generale proclama, vel citationem, *a* nullus comparuerit, perinde est ac si nullam causam iustam, vel rationabilem prætendant, quòd ipsum detineri faciant, & sic amplius audire non debent. C. de remissio. pigno. l. si eo tempore. & ff. si cui plusquam per
6 legem Falcidiam. l. 1. §. cum dicitur. †& comprehendit dictum pro-
b clama etiam clericos, *b* & eos non excludit, quando non est citatio præcisa, sed conditionalis, vel causatiua, vt no. Bald. C. de testamen. l. testamento. iuncto eo quod not. in l. eo quidem. C. si mancipi. ita fuerit aliena. Præterea ex quo restituuntur ad mandatum iudicis sunt securi, quoniam ad ipsum pertinet prouidere ne moriantur, in custodia, vt dictis legibus iuncta. l. fin. §. fin autem is. C. de bonis author. iudic. possiden. ff. de minorib. l. ait prætor. §. permittitur. quæ in fraudem credito. l. quæ autem. §. si apud Labeonem. de legatis tertio. l. Paulo Callimacho. §. fina. Nec obstant leges in contrarium allegatæ, quia loquuntur, quando sine causa magistratus faciunt relaxari, vel custodes relaxant, hic verò fuit adhibita causæ cognitio & interuenit pronunciatio. Item non obstat secunda allegatio, quia verum est, depositum esse restituendum deponenti, sed si alius prætendens se potius ius habere, petierit restitutionem. & facta fuerit, de mandato iudicis, depositarius liberatus est, vt l. ea. l.
7 bona fides. & not. in l. nam & si fur. ff. si certum petatur. in glo. † hic autem censebitur sibi facta restitutio de se ipso tanquam potius ius habenti, eo ipso quod ad iudicis requisitionem non docetur quare ibi detineatur, argumen. C. de actio. & obligatio. l. ob æs. Item non obstat tertia allegatio, quia imo Bart. in d. §. si fugitiuum. determinat pro ista parte si bene inspicitur, non enim considerat hoc solum quod non appareat aliquis, qui fecerit eum detineri, sed etiã quia non apparet aliqua causa quare detineatur, sed hic neutrum apparet, ergo, &c. Præterea dicitur esse statutum Florentiæ, quod non vidi, quòd suprastantes stincarum non debeant aliquem recipere ad instantiam alicuius, qui non sit officialis communis Florentiæ, quod si ita est res est clara. C. de fur. l. ancillæ. Concludo ergo supradictos suprastantes posse illum secure relaxare. Et ita dico & consulo ego Paulus de Cast. Laus Deo.

ADDITIONES.

a Proclama. † An liget absentes proclama, vide Innoc. in c. fin. de ma-
8 ior. & obed. num. 2. circa medium. & text. in c. fin. qui matri. accus. poss. & ibi not. in glo. incipit publicè, circa principium, versicu. item quid si dictum sit in banno, & ibi per Innoc. num. 1. Abb. ibid. num. 2. & 4. Bart. in l. si eo tempore. C. de remis. pign. nume. 1. & 2. & in extrauag. ad reprim. in verbo edictum. & eo loco q; potest persona incerta citari, nu. 13. Paul. de Castr. in l. si pupillus. §. de quo palam. nu. 4. ff. de instit. Rot. deci. titu. de dolo & contu. deci. 8. aliàs 224. per totam. dec. quia breuis est.

b Clericos. Est † ratio, quia per talem citationem per proclama cleri-
9 cus citatur ad voluntatem exquirendam si sua putauerit interesse, quo casu iudex laicus potest citare clericum, secundum Bal. in l. testamenta omnia. C. de testamen. nu. 5. qui testatur per sapientes taliter fuisse consultum Perusij, Pau. d. l. num. 7. Alexan. ibid. nu. 4. Robertum Marantam in suo Spec. aur. ord. iud. distin. 11. nume. 36. Luc. de Pen. in l. si coloni. C. de agric. & censi. l. 11. in vlti. quæst. versi. metu huius obiectionis, ibi, quòd proposito edicto. Affli. Dec. sac. consi. Neap. Serenissime Rex Alfon. Gram. Dec. 78. num. 2. vbi plura congerit. extat Cap. Reg. Neap. ad Regale fastigium, & ibi doctiss. Ioan. Anton. de Nig. nume. 15. & c. finis præcepti charitas, & ibidem idem de Nigris in fin. Guid. Pap. dec. 207. in fin. versic. ex hac sententia. & decis. 85. num. 1.

ARGVMENTVM.

Citatio regulariter (quantum ad valorem sententiæ) sufficit q; fiat de illo contra quem petitio data est, sed quantũ ad extensionem præiudicij fieri debet de omnibus, quibus præiudicari potest, fallit quando proceditur contra pupillum, vel contra absentem, quia ad hoc, vt dicatur non fuisse defensus, requiritur citatio vicinorum, & propinquorum licet de eorum præiudicio non tractetur, & licet contra illos non porrigatur petitio, & si agatur contra absentem ad hoc. vt possit ad primum & secundum Decretum necessarium est, citare proximos & alios, qui verisimiliter eum defenderent, & si talis citatio omittatur, non valeret processus, & generaliter, contrario remedio reuocari posset à possessore res illi assignata ex tali decreto nullo.

SVMMARIA.

1 *Citatio regulariter quo ad valorem iudicij dirigitur contra eum cui datur libellus, secus quo ad interesse.*
2 *Citatio contra pupillum, vel absentem debet fieri etiam de propinquis & amicis ad hoc, vt valet, & num. 3.*
4 *Pupillo, vel absente citato, & nemine se offerente eius defensioni, actor debet interpellare alios ad hoc, vt citatio valeat.*
5 *Statuta reducuntur ad intellectum iuris communis.*
6 *Substantiale si omittatur vitiat actum tanquam inordinate factum.*
7 *Citatio peremptoria requiritur ad valorem primi decreti.*
8 *Substãtialia non interuenisse, et minus legitimè interuenisse paria sunt.*
9 *Substantialis omissio vitiat actum.*
10 *Primum decretum nullum annullat secundum.*
11 *Nuncio asserenti & referenti sibi fuisse mandatum non creditur.*
12 *Statutum quod nuncio credatur debet intelligi, vt concordet cum iure communi.*
13 *Probatio dominij est difficilis.*
14 *Probatio possessionis non requirit probationem dominij, & num. 15.*
16 *Indicium rescissorium & possessorium possunt simul cumulari.*

17 Citatio

17 *Citatio quadruplex est & quæ in vnaquaque requiratur remissiuè.*
18 *Citatio quando possit omitti & quando non.*
19 *Citatio consanguineorum & amicorum in quibus casibus requiratur.*
20 *Substantialis omissio actus quando vitiet.*
21 *Nuncio quando credatur & quando non.*
22 *Principium malum difficile est, vt bonum habeat exitum.*

CONSILIVM V.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Super primo, q̃ dicta citatio fuerit nulla ex dicto defectu, quia non fuit citata omnis alia persona quæ vellet respondere, pro dicto Iacobo secundum formam dicti statuti, licet fuerit citatus, ipse Iacobus, vt compareat per se, vel alium, est casus quasi ad literam in l. ergo. ff. ex quibus causis maior. & in l. præcedenti. quæ incipit. Item ait. §. defendi autem, & est etiam text. cum glo. in l. hæc autem. §. non defendi. ff. ex quibus
1 caus. in possessio. bono. eatur. † Nam regulariter de iure communi non est citandus
a nisi ille cõtra quem dirigitur iudicium, seu cui datur libellus quantum ad primum valorem iudicij, licet quantum ad extensionem præiudicij sit citandus etiam ille cuius interb est, *b* vt not. Innocen. in cap. inter quatuor, de maiorit. & obedien. & C. si propter publi. pensita. l. si deserta. & per Bald. C. de succes-
2 sio. edic. super Rubrica, † fallit in casibus legum primo loco allegatarum, scilicet, quando prætenditur contra pupillum, vel contra absentem, ad hoc, vt dicatur non fuisse defensus, in quibus casibus debent citari etiam amici, vel alij qui verisimiliter vellent eum defendere, vt supra dicit text. in d. l. ergo. & in d. §. defendi autem,
3 quòd debent ipsi amici citari & interrogari, † & quòd hoc factum fuisset, in testificatione & relatione nuncij complecti debet. Nec sufficit fuisse citatum ipsum absentem, & expectatum, an aliquis se offerat defensioni & nullum se obtulisse ad hoc, vt dicatur forma
4 seruata, † sed debet actor specificè interpellare alios, an velint defendere vt patet in dict. §. defendi. in text. & glos. & text. & glo. in l. hęc autem. §. prim. dicit quòd sufficit ad hoc proclama generale de quocunque volente defendere, quod tale etiam ex forma statuti sufficit, cum ergo prædictum statutum inducat hoc vltra ius commune, vt requiratur citatio de volentibus defendere, in duobus alijs casibus, scilicet, cum prętenditur contra hæredem, & cum contra absentem, debet intelligi, vt fiat sicut fieri debet de iure comc muni, *c* in casibus in quibns similiter illo iure requiritur, † cum
5 statuta reducantur ad intellectum iuris communis. C. de noxalibus. l. si serui vestri. & l. fina. §. in computatione. in fine glos. magnę. Cod. de iure deliberandi. & sic non sufficit fuisse citatum Iacobum ex forma quæ proponitur, ex quo non fuerunt citati volentes
6 defendere, † quia istud erat substantiale, & prætermissum vitiat
d *d* tanquam inordinate factum fuerit, ita expresè vult Bald. in dict. Rubrica. C. de succesſo. edict. ante finem. Ex quibus patet responsio
7 ad secundum quæsitum † cum ad valorem primi decreti requiratur citatio peremptoria, vt not. glos. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. & est casus in l. præsenti, circa medium. Cod. de his
8 qui ad ecclesias confugiunt, † & cum paria sint ea non interuenisse, vel minus legitimè interuenisse. l. 1. §. quibus. in fi. ff. quod cuiusque vniuersita. & l. quoties. ff. qui satisda. cogan. & l. non putauit. §.
9 non quæuis. ff. de contratab. † & omissio alicuius de substantialibus vitiat actum. ff. de transact. l. cum hi. §. si prætor. cum ibi not. de tutel. & ratio. detrahen. & de itinere actuq; priua. l. 1. §. hæc autem. & quibus ex caus. in pos. eat. l. Fulcinius. §. cum hoc edictum. cum sequen. & not. ff. de adoptio. l. non aliter. Sequitur quòd primum de-
10 cretum fuit nullum, † & per consequens etiam secundum, quod ad ipsius valorem requiritur primum prout sentit glos. in d §. Iulianus. & per Bart. post Iaco. in d. l. quamuis. ff. de bon. auctorita. iudi. posside. n. l. bene inspiciatur. Quantum vero tertium quæsitum, videtur dicendum, quòd mandatum consulum, & licentia idem importaret, per ea quæ not. Bart. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquiren. hæred. & Ioan. And. in reg. qui tacet. de reg. iur. in Mercur. vnde cum nuncij referant se citasse de mandato iudicis, & consulum, & sibi sit credendum, vt in statuto mercantiæ de citationi-
11 bus, videretur ex hoc capite non vitiari citationem. † Sed contrarium dicendum est, quia de dicto mandato seu licentia non constat, nisi per relationem nuncij, cui in hoc non creditur, & consistit
e in facto alieno *e* referri de commissione sibi facta, seu mandato, vel licentia, vt expresè not. Cyn. in l. ea quidem. Cod. de accusatio. & Ioan. Andr. in additio. Specu. in titu. de contumac. §. primo. & de
12 citat. §. sequitur videndum, † & isto modo debet intelligi prædictum statutum, dicens nuncio deberi credi, vt concordet cum iure communi. cap. cum dilectus. de consuetu. & d. l. si serui. C. de noxali. & idem dicendum est de requisitione partis, sine qua non debent fieri citationes, vt vult dictum statutum, quia licet appareat relationem factam fuisse ad petitionem Castelli, vt patet ex intitulatione notarij, tamen de requisitione partis non apparet in actis notarij, quia de hoc nihil dicit, & posito quòd diceret, sibi non creditur per prædicta. Colligitur etiam alius defectus, quoniam apparet citationem nuncij factam fuisse, per medium diem ante interpositum reclama, sicut requiritur ex forma dicti statuti, ergo &c. C. de probatio. l. matrem tuam. ff. de negocijs gestis. l. cum actum. cum
13 similibus. & in Clemen. literis. de rescript. per gloss. † Super vltimo quæsito (postquam primum & secundnm decretum fuit nullum) potest dictus Iacobus petere retractari agendo rei venditione, & si de ipsis decretis opponatur, replicare de nullitate, & ista via nõ multum placet, & se astringit ad probationem dominij quod est difficile, vt not. in l. ita. & si fur. ff. commo. & Cod. de probat. l. cum
14 res. & de pignoratitia actione. l. rem alienam. † vel (quod plus placet) narret qualiter talis fuit adeptus tenutam ex primo & secundo decreto super tali & tali re, tanquam de bonis dictis Iacob. prout apparet ex actis factis tali anno & mense ad petitionem dicti Castelli contra dictum Iacobum & in eius contumaciam, & qualiter dicta primum & secundum decretum sunt inualida, & nõ fuerunt seruata quæ debebant seruari ex forma statuti, & narrentur defectus, non tamen se ad illos restringendo. Quare petat declarari omnia & singula vera esse, & partem aduersam cogi, & compelli ad
15 restituendum dicto Iacobo res debitas, † nec habebit dictus Iacobus necesse aliter probare de dominio, eo quia ex prædictis (quæ omnino producantur in publicam formã) apparebit ipsum Castellum habuisse dicta bona tanq̃ bona Iacobi, & sic nõ poterit referre quæstionem de dominio. Cod. de probatio. l. siue possidetis, & notatur eodem titu. l. cum res. & istam practicam ponit expresè Specula. in simili, scilicet, quando fuit vendita res ecclesiæ sine debita solennitate, vt ecclesia, volens recuperare, debeat agere modo prædicto, & ipse not. in 4. parte Specula. de rebus eccle. non alienan. in princip. & in titu. de his quę fiunt à præla. in princip. Aduertendum tamen, quia ipse Castellus hodie non possidet, sed transtulit possessionem in alium (vt mihi asseritur) quòd iste libellus, & iudicium debebit dictari contra ambos tam Castellum, inquantum (vt dixi) conuenitur iudicis officio, & sic dicam esse rescindendum, quia de-
f bent declarari decreta illa esse nulla, *f* quæ cum eo, & ad eius instantiam celebrata fuerunt, quàm etiam contra possessorem in quantum conuenitur iudicio possessorio, quia petitur cogi restituendũ.
16 † Quæ iudicia possunt simul cumulari. ff. de administra. tuto. l. sine hærede. §. interposito. etiam contra diuersas personas, & ambo debent requiri, & citari, ad omnes & singulos actus, & hæc omnia habentur in l. in causæ, la prima. §. interdum, ff. de mino. text. & glo. & per Doct. in l. cum miles. §. fin. ff. quibus ex caus. maio. Laus Deo. Ego Paulus de Castro.

ADDITIONES.

a Citandus. Adde † quadruplicem esse citationem, legis, iudicis,
17 partis, & collegæ, secundum Bald. in l. nam ita diuus. ff. de adopt. numer. 13. & quæ in vnaquaque ipsarum requiratur, si cupis scire illuc poteris recurrere.

b Cuius interest. Adde † & dic, aut interest principaliter, & est ci-
18 tandus, aut per quandam consequenter actus tangeret præiudicium alterius, & tunc fit sine illius citatione secund. gloss. in l. de vnoquoque. in verbo quos causa. ff. de re iudicata. Barto. in l. in diem. ff. de aqua pluuia. arcen. nume. 1. Bald. in l. ab eo. C. quomodo & quando iud. numer. 17. Alexan. in d. l. de vnoquoque. num. 17. Ias. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. numer. 31. & 32. ff. de inoffic. proconsul. Quòd tamen intelligendum est, vt sententia & actus valeant, secundum Bart. in l. si eo tempore. C. de remiss. pignor. per illum text. numero secundo.

c De iure communi. Citatio † consanguineorum & amicorum in
18 quibus casibus requiratur. gl. in c. consultationibus, extra de offic. delega. in glo. magna, in verbo restitutionem, & in Clem. 1. in versi. certa scientia. de iudic. & in Clem. 1. de rescript. in versi. liceret. & in l. 4. §. si reus. in versic. existere. ff. iudi. sol. & Specu. in titu. de citat. §. sequitur. versi. sed nunquid consanguinei. nu. 18. & alij relati per do. Alex. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infe. nu. 53. tenuerunt quod ad hoc, vt posset procedi contra absentem & pupillum requiritur citatio consanguineorum & amicorum. Bal. in Auth. sed cum testator. §. porro. post nu. 6. C. ad l. Falci. & in l. 2. §. fi. ff. si ex nox. cau. agat. 4. q. num. 16. & Roma. in d. §. Iulianus. & consi. 454. nume. 2. Cyn. in d. l. 2. in 8. q. nu. 17. & nu. 28. prope fin. versi. item quod dicitur de citandis amicis, tenuerunt citationem amicorum & consanguineorum in duobus tantum casibus esse necessariam, videlicet quando procedi-

proceditur contra pupillum, & quando contra absentem causa reipublicæ. & hanc esse magis cõmunem opinionem testatur Alex. ad quẽ poteris recurrere, si plenius cupis autoritates. d. §. Iulian⁹. n. 53.

d Prætermissum vitiat. Omisio † substantialis quando vitiet. vide
20 Abb. in c. cum dilecti. extra de cau. poss. & propr. num. 8. Barto. in l. 1. §. fin. num. 2. ff. de vent. inspic. & in l. cum hi. §. si prætor. ff. de transact. num. 1. & in l. hac consultissima. C. de testamen. nu. 1. & in l. fina. §. cum igitur. C. de iure delibe. num. 3. & in l. prolatam. C. de senten. & interlo. omn. iud. num. 4. illa autem dicitur substantialis, qua omissa potest contingere mutatio circa substantiam actus de quo quæritur, teste Bar. in d. §. si prætor. num. 1.

e In facto alieno. Nuncio † non creditur in his quæ consistunt in fa-
21 cto alieno, secundum notata. in c. cum parati. extra de appel. in glo. in verbo suus nuncius. Cyn. in l. neminem. C. de exhib. de transm. reis. vbi in proprijs terminis loquitur per totam l. quia breuis est Bal. in l. magis puto. §. illud. ff. de reb. eo. cira fin. Cagno. l. vnica. §. is non potest. ff. si quis ius dicen. non obtemp. nu. 9. & nouissimè Aeg. Bos. in suo tract. crim. tit. de renunciatione. nu. 12.

f Nulla. Dic † nulla, quia malo inchoata principio difficile est vt bo-
22 no peragantur exitu. Cano. principatus. 1. quæst. 1.

ARGVMENTVM.

Si mulier fuit stipulata dotem sibi restitui in casu restituendæ dotis à viro suo & alio id promittente, vtrum ille vigore talis promissionis conueniri possit viro vergente ad inopiam.

SVMMARIA.

1 *Actio hypothecaria datur contra quemcunq; possessorem bonorum.*
2 *Actio hypothecaria non datur contra habentem priorem & potiorem nisi sit personaliter obligatus.*
3 *Actio hypothecaria viro vergente ad inopiam est de iure speciali.*
4 *Actio quæ competit de iure communi potentior est quàm quæ competit de iure speciali.*
5 *Actio quæ non datur de iure communi neque datur de iure speciali.*
6 *Obligatio bonorum eo casu censetur facta quo fuit facta obligatio personalis.*
7 *Dotis restitutio in casu inopiæ actionem personalem non habet quando obligatio est facta solum in casu restituendæ dotis, num. 8.*
9 *Non debemus recedere à proprio verborum significatu quando potest aliquid operari.*
10 *Dotis restitutio non extenditur ad casum inopiæ ex proprio significatu verbi restituere.*
11 *Pactum obscurum debet interpretari contra eum in cuius fauorem factum est.*
12 *Pactum de restituenda dote per maritum mulieri soluto matrimonio, extenditur ad casum inopiæ constante matrimonio, & quare sit, nu. 13.*
14 *Promissio facta de dote restituenda per eum ad quem non peruenit non extenditur nisi quatenus verba promissionis patiuntur, & num. 17.*
15 *Promissio facta de restituenda dote in solidum promittens tenetur ac si recepisset & quomodo intelligatur, num. 16.*
18 *Verba contrahentium debent intelligi secundum verisimile, & secundum quod plerumque fieri solet.*
19 *Argumentum de viro ad extraneos non est bonum.*
20 *Plures obligati principaliter ad restitutionem dotis vno vergente ad inopiam potest agi contra alterum.*
21 *Viro nõ vergente ad inopiam propter inopiam correi. Mulier agere non potest ad dotem & an requiratur quod omnes vergant ad inopiam, & num. 22.*
23 *Promissio dotis restituendæ non comprehendit casum inopiæ quãdo verba promissionis non exprimunt, secus in viro.*
24 *Promissio dotis restituendæ secundum statutum Florentinum comprehendit casum inopiæ.*
25 *Auctoritas cum auctoritate debet concordari.*
26 *Prior hypotheca excludit posteriorem.*
27 *Inopia viri nocet correo promissori dotis restituendæ, ad hoc vt mulier contra eum agere possit secundum communem opinionem & ratio.*
28 *Mulier propter inopiam viri non potest agere virtute statuti dicentis dotem restitui, & ratio est quia tunc dicitur impropriè restitutio.*
29 *Mulier propter inopiam viri non agit contra fideiussorem virtute promissionis de restituendo in omnem casum dotis restituendæ.*

CONSILIVM VI.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Quæritur viso dicto instrumento & promissione facta per dictam dominam Antoniam & Andream & Laurentium, de dicta dote restituenda in omnes casus restituendæ dotis constante matrimonio vel soluto, & præsuppositio quòd dictus Andreas maritus vergat ad inopiam & male vsus fuerit substantia sua, vtrum dicta domina Mathia possit agere hypothecaria contra dictam dominam Antoniam, tam pro rebus & bonis dicti Andreæ & Lanrentij filiorum suorum, quæ fuerunt patris eorum, & quæ dicta domina Antonia detinet pro dictis filijs suis, vel pro suis dotibus, pro quibus pater dictorum filiorum, & eius maritus erant obligati cum bonis eius, & dicti filij similiter tanquam hæredes eius, sicut etiam pro bonis dictæ dominæ Antoniæ virtute legis. l. vbi adhuc. Cod. de iur. dotis. Respondetur quòd sic, quantum ad Andreæ mariti sui portionem sibi contingentem in dictis bonis, si dicta domina Antonia detinet ea sine iusta causa seu iusta causa, tamen posteriore illi causæ quam prætendit dicta
1 domina Mathea sine dubio potest † agere hypothecaria contra dictam dominam etiam si non posset agere contra eam actione personali virtute dictæ promissionis, quia sufficeret, competere actionem personalem contra maritum. Ad hoc vt posset agi hypothecaria contra quemcunque possessorem bonorum suorum non prætendentium causam potiorem, & hic est casus. l. vbi adhuc, sed si prætendit in dictis bonis antiquiorem hypothecam & ex causa, tunc non potest agi contra eum hypothecaria pro dictis bonis,
2 † nisi etiam præsupponatur, quòd contra eandem posita agi etiam actione personali pro dicta dote virtute promissionis prædictæ, quod patet, quia si solutum esset matrimonium per mortem dicti Andreæ non posset agi hypothecaria prædicta pro dictis bonis. si ipsa non esset ad dictam dotem personaliter obligata, & dicta bona, possideret, ex causa prædicta priore & potiore, quàm sit dictæ dominæ Matheæ. Cod. qui potiores in pignore habeantur. l. Assiduis. §. ex temporis. Multo ergo minus debet posse cogi constante ma-
3 trimonio propter inopiam, † quo casu agitur de iure speciali, vt dicit Barto. in l. si constante. ff. soluto matrimonio. in tert. quæstio. quart. quæstio. principalis, sed eo soluto agitur de iure communi.
4 eodem titu. l. 3. §. primo. † quod est potentius, quàm ius speciale, in Authen. de non alien. §. quia verisimilem. & not. in l. 1. Cod. si aduer. venditio. in vlti. glos. † Vnde si de iure communi non pos-
5 set agere dicto casu, multo minus de iure speciali, argumen. l. eius militis. §. militia missus. ff. de testamen. milit. Idem dico multo magis in bonis proprijs dictæ dominæ Antoniç, & si virtute dictæ promissionis non posset personaliter conueniri, nec posset etiam con-
6 ueniri pro eis, † quia eo casu tantum censetur dicta domina bona sua obligasse & etiam iura quę habet in bonis per eam possessis, quo etiam suam personam obligabat, & non in alio, ad hoc. ff. quib. mo. pig. vel hypot. solui. l. soluitur. §. si paciscetur, & quod no. gl. in l. vbi
7 adhuc. in fin. 1. gl. magnæ. † Nunc ergo videndum est, vtrum virtute prædictæ promissionis prædicta D. Antonia teneatur in casu inopiæ actione personali, quia tunc posset etiam conueniri hypothecaria pro bonis prædictis tam suis quàm prædictorũ suorum filiorum, in quibus ius hypothecę ex simili causa & etiã antiquiore prætendit, an vero non sit obligata nec teneatur in hoc casu. quia tunc, nec etiam bona vel iura prædicta sunt obligata. Et videtur dicendũ ipsam non teneri, quia se obligauit solum in casu dotis restituendę,
8 † sed constante matrimonio propter inopiam non fit vera restitutio cum deseruiat oneribus matrimonij, d. l. vbi adhuc. Nec obstat. quòd dixit constante matrimonio, quia etiam dicto casu *contingit* interdum fieri veram restitutionem, & cum fit separatio tori *ex* aliqua iusta causa, & ad illum casum, vel similem censentur *partes* se retulisse, non ad casum restitutionis quæ fit propter *inopiam*. Ita
9 clare determinat Bart. in l. si quis ita stipulatus. ff. solu. matr. † Nec enim debemus recedere à proprio significatu verborum quando ille non posset aliquid operari, vel quando constaret de contraria intentione, vel gratia euitandæ absurditatis, vt ff. de legat. 3. l. non aliter. & de exercitoria. l. 1. §. is qui. & not. Bartol. C. de leg. l. non dubium. & l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. † *Sed* proprium significatum verbi restituere non extenditur ad casum inopiæ. in quo magis consignatio fit, quàm restitutio, vt patet, & not. per Cyn. in d. l. vbi adhuc. in quarta quęstio. in fin. & per Bart. in d. l. si constante in 7. quæstio. 2. qõnis principalis. Nec apparet hic de contraria intentione partium, & potest satis operari secũdum dictam propriam intentionem, secundum Bart. in præallegata l. si quis stipulatus, er-
11 go &c. † & interpretatio debet fieri contra eum vel eam in cuius fauorem factum est pactum obscurum. l. veteribus. ff. de pac. potest aliquid operari. Sed contra hoc opponitur, & primo de notatis per
12 Cyn. & Bart. in locis supra allegatis, † vbi tenent, quòd licet mulier stipulata fuerit dotem sibi reddi soluto matrimonio, nihilominus potest agere constante matrimonio in casu inopiæ. Sed respondetur, quòd loquitur, quando fuit stipulata à marito, quo agit cõstante matrimonio, non ex illa stipulatione, quæ nullo modo potest ad hunc casum extendi, sed agitur de iure communi, cui non

videtur

videtur renunciasse stipulando repetitionem in vnum tantum casum, ꝙ prima facie videbatur, arg. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pact. dotali. sed nō est verum scdm eos ibidem per iura, & rōnes per illos allegatas ibidem, & hoc vt possit agere contra virum in d. casu, licet cessarent verba significatiōis prędictę con-
13 tingit ex eo, † quia etiam si nullo modo fuit mulier à viro stipulata, cum & ex hoc solo, quòd dotem recipit, pōt ctra eum agere tam soluto matrimonio, quàm eo constante propter casum inopiæ, vt l. 1. C. de rei vxor. actio. & l. vbi. & l. si cōstāte, sed hoc non
14 est in alijs, ad quos dos non peruenit. Quia illi nō tenentur † nisi quatenus verba promissionis eorum patiuntur. ff. de fideiuss. l. si de fideiussore magistratuum. §. pro Aurelio, & ista D. Antonia est huiusmodi, quia ad eam dos non peruenit, sed ad dictum
15 Andream ergo, &c. Sed contra hoc opponitur. † secundo, quia d. domina in ipso instrumēto vna cum d. Andrea se dotem recepisse fatetur, & insolidum, ergo poterit cōueniri ex hoc solo pacto, quamuis verba promissionis hunc casum non comprehendant, quia pro vero hoc reputatur iuxta notata. in l. si non singuli, C. si cer. pet. & ff. de duob. reis l. eadem, vbi in obligōne quando contrahitur, possunt constitui plures rei debendi, & sic qui-
16 libet tenebitur ac si recepisset. † Sed ad hoc respondetur, quicquid fuerit contractum, rei veritas dicitur esse in facto, quia ipsa nō recepit sed Andreas, & ita dicitur posse probari, vt mihi verbo asseritur, & satis est verisimile, quòd ille receperit, qui onera matrimonij subiturus erat, & apud quem dos esse debebat, vt ff. de iur. dot. l. si is qui. §. 1. & ff. famil. hercis. l. si filia. Confessio aūt illa pręsumit̄ potius ad cautelam emanasse & quęsito colore, sicut mihi dicunt. ff. ad Velleia. l. mulier. §. si cum esset, & potius vt voluerit æque principaliter cum viro obligari in casu veræ restōnis scdm ꝙ verba sonant, ac si d. casu verè recepisset, sed in ca-
17 su non veræ restōnis, (sicut est casus de quo agimus) secus, † & sic d. confessio de recepto solum operat̄ in illo casu in quo se obligauit & ad illum testm̄ restringit̄ non in alio postquā (vt dixi) d. dña erat persona extranea, quæ non erat subitura onera, & p ças
18 apud eam nō erat dos remansura, † & verba ctrahentium debēt intelligi scdm, ꝙ verisimile est fuisse aut scdm ꝙ plerūq; fieri solet. ff. de reg. iur. l. in obscuris, & hoc esse verum fortificat̄ ex statuto Florentino sub rub. de dote & bonis restituendis, vbi post principium dicit, c̄ tales obligōnes, &c. & sic vult eos in effectu haberi ꝑ fideiussore. item postea circa fin. in vers. quilibet obligatus, &c. Dat talib. obligatis principaliter regressum c̄ maritū, ꝑ toto eo, ꝙ soluent, & vult, qd' pro toto reddatur sibi actio c̄ virum, quæ quidē nō essent si ad eos dos effectualiter peruenisset, iuxta notata in l. Modestinus. ff. de solutio. & ideo d. statutum statuendo prædicta, vī statuere, ꝙ propter talem confessionem de recepto, alius à viro non vero recipiente sed ipse solus vir tenea-
19 tur, † ex quib. concluditur, ꝙ non est bona argumentatio de viro ad alios extraneos scdm eos, quia vir potest etiam conuenire in casu in quo non promisit, non sic alij. Tertiò & vltimò opponit̄ fortiter contra prædictam decisionem, vt notatur per glo. primam d. l. vbi adhuc versiculo, ꝙ si ambo. & per Cyn. ibi in se-
20 cunda quæst. principali. † Quæst. octauæ, qui tenet ꝙ quādo sunt plures principaliter obligati ad dotem, vt maritus, & socer, vno vergente ad inopiam pōtagi c̄ alterū, siue sint socij illius obligationis siue non, scdm Bar. dummodo sint vt plures rei debendi, quia simul se obligauerunt & sic vnus cōtemplatione alterius, & sic morte vnius alterū nocet, q̄ ad perpetuandā actionē, vt C.
21 de duo. reis. l. fin. ita & paupertas vnius. † Breuiter licet illa determinatio possit impugnari in quantū sic gñaliter loquitur, ꝙ vno vergente ad inopiam possit agi contra alterum quia sine dubio non esset vera si alius quàm vir vergeret ad inopiam, satis enim absurdum & extraneum videretur dicere, ꝙ viro abundante in facultatib. possit agi ctra eum pp inopiam vnius ex plurib. correis suis, cum satis ꝑ uisum sit mulieri, & tñ in casu econuerso, scilicet, quando vir vergit ad inopiam, & non alij videtur æqua. Quia si non posset agere contra alios posset fame perire, & si vir non haberet facultates sufficientes ad dotem, ex quibus posset sustentari. Respondetur ꝙ d. determinatio debet intelligi eo casu, quo verba promissionis factæ per correum viri sint ita lata & pinguia, qd' possint comprehendere causam consignationis
22 fiendæ ꝑ pter inopiam, quia sic expresse dixerint, † quo casu posset esse dubium an requiratur, ꝙ omnes deuenerint ad inopiam, vel sint verisimiliter deuenturi, ꝙ videbatur, quia in facultatib. viri computandæ sunt facultates suorum fideiussorum vel correorum. ff. de fideiuss. l. si quis plures. §. præterea. Si quęratur, vnde tamen videbatur posse dici nō deuenisse ad inopiam si facultates ipsorum abūdant. gl. & doc. prædicti notant cōtrarium cuius est rō, qa cum d. consignatio fiat vt dos deseruiat onerib. matrimonij, vt d. l. vbi adhuc, nihil ꝑ deest vxori, ꝙ nisi q̄ maritus & fideiussores nō essent soluēdo ipsa posset agere, quia non haberet
23 vnde sustentaret. † tunc autem sufficeret illos esse soluēdo cum de sola securatione dotis ageretur, sed si verba promissionis nō comprehenderent casum consignationis propter inopiam (vt est in casu nostro) tunc d. determinatio non procederet, aliàs autem determinatio Bar. in d. l. si quis ita stipulatus. nō posset procedere aliquo casu, qd' patet. Nam constat, ꝙ tum potest illa determinatio procedere, quando mulier fuisset stipulata à viro, tunc enim, si solum casum veræ restitutionis comprehenderet & soluto matrimonio, nihilominus adhuc posset agere, in casu inopiæ, nō ex illa stipulatione, sed de iure cōmuni, ex eo qd' dotē recepit scdm eundem Bar. in d. l. si quis ita, vult qd' nullo modo possit agere, & tñ debet necessario intelligi, q̄ stipulata esset ab alio quàm à viro, qui posset vna cum viro obligari ꝑ dote restituenda, vt est persona cōiuncta, aut cum se obligat æquè principa-
24 liter scdm diuersas opiniones, per l. 2. C. de dot. caut. † aut scdm statutum Florentinum disponens, qd' quilibet quocunq; modo se obliget, cum scdm ipsum possit dare fideiussores de dote restituenda, sed si terminatio supradicta (de qua oppositi) esset vera, scilicet, ꝙ propter inopiam viri posset agere contra virum, vel alios obligatos qualitercunq; se obligassent, etiam si verba non comprehenderent casum veræ restitutionis (vt iam dixi) nō esset dare casum, in q̄ prædicta determinatio Bar. posita in l. si quis ita. ff. solu. matri. posset procedere, ne igitur sibi ipsi videat̄ con-
25 trarius fuisse, † & vt auctoritatem cum auctoritate concordemus. C. de inoffi. dot. l. vnica. & de elect. c. cum expediat, lib. 6. dico dictam determinationem, de qua opposui, debere intelligi in casu prædicto, scilicet, cum verba obligationis & promissionis illorum, qui sunt obligati vna cum viro hoc patiuntur & comprehendunt casum consignationis propter inopiam, ꝙ non est in casu nostro. Concludo igitur contra d. D. Antoniam agere nō posse in casu prędicto hypothecaria pro reb. proprijs ipsius mulieris: aut pro rebus filiorum suorum obligatis pro dicta dote
26 † cum ipsa in eis habeat priorē & potiorem hypothecam, quia sua promissio & obligatio tam quoad obligationem personalem pro bonis suis, & iuribus, quam habet in bonis filiorum, casum istum non comprehendit, obligatio autem viri, & ꝙ contra eum agere possit non debet d. dominę in bonis prædictis nocere scdm iam dicta. Laus Deo. Ego Paulus de Cast.

ADDITIONES.

Deciditur in supradicta consultatione, ꝙ mulier quę stipulata fuit dotē sibi restitui, alio ꝑ mittēte, viro vergēte ad inopiam, ꝙ ipsa mulier nō possit agere hypothecaria, cū nō cōprehendat casum inopiæ. In qua quęst. Cy. in l. vbi adhuc. C. de iure dot. tenet c̄ hoc cōsilium in 2. & 7. quæst. nu. 6. Bar. in l. si cōstante. ff. sol.
27 mat. nu. 32. cōcluditur † ꝙ aūt sunt obligati tanq̄ duo rei debendi, & tunc inopia vnius alteri nocet per authē. hoc ita. C. de duo. reis. Sed si non sunt tanquam duo rei debendi, tūc inopia alterius non dēt alteri obesse. Quod tenuit Iac. Butrig. in auth. ꝙ locū C. de coll. Ang. & Bal. in l. si cōstante, circa principium legis vers. Cyn. arg. ad hoc tenēt ꝙ possit agere c̄ maritum vergentē ad inopiam. Romā. tñ ibidem putat opinionem Bar. veram. idem Cast. in l. si cōstante. ff. sol. matri. nu. 8. tenet ꝙ possit agere c̄ maritum vergentē ad inopiam, & in defectum solutionis c̄ promittētem. Quæ opinio est c̄ communem scdm Alex. in d. l. si constante. nu. 3. circa fin. Qui tenet cum Bal. & Ang. & refert Vltramontanos tenuisse c̄ vtrunq; nō posse agere, ea rōne qa diuitię vnius supplere dēnt ꝑ inopia alterius, & dicit idem Alex. ꝙ Raph. Cuma. asserit opinionē Bal. æquiorem. Ripa tñ in d. l. si cōstante. nu. 52. vsq; ad 55. latissimè cumulat opiniones & iura, tandem nu. 94. & 95. cōcludit contra Paulum. Idem Rom. consi. 392. nu. 2. Circa primum, quam opinionem amplector. Moueor, quia in causa dotis agitur de bono & æquo, vt voluit Bal. nouel. in trac. de dote. in 9. parte. 37. priuilegio. & tenuit Dec. cons. 45. ꝙ supra maturè. nu. 4. & Ias. in d. l. si constante. num. 91. & 92. tamen opinio Castrensis est magis com. teste Ripa vbi supra.

28 Limitatur † tñ non ꝑ cedere in statutis, q̄ statutū dicit qd' dos restituatur, cum talis restitutio propter inopiam dicitur impropriè restitutio, ex d. prædictorum doctorum præcitatis locis.

24 Limitatur † secundò non procedere quando mulier fuisset stipulata à fideiussore in omnem casum dotis restituendæ & soluendæ secundum eundem Rip. præcit. l. nu. 96.

Tertia pars Consi. Paul. de Cast.

ARGVMENTVM.

An probetur facta vera venditio si non probetur vera numeratio integri precij, vel habita fides de precio, nec fuerit confectum instrumentum de rebus immoblibus.

SVMMARIA.

1 *Statutum quod loquitur de probatione fienda per quatuor testes intelligitur quando non extat instrumentum.*
2 *Obligatio venditionis extinguitur per acquisitionem possessionis ab emptore.*
3 *Actore non probante necessaria ad acquisitionem dominij etiam si probet venditionem succumbit.*
4 *Acquisitio possessionis requirit patientiam & scientiam venditoris.*
5 *Titulus emptionis solus non facit ad acquisitionem Dominij.*
6 *Emptor occupans possessionem propria auctoritate dicitur prædo.*
7 *Emptor non potest acquirere dominium rei emptæ non facta solutione, vel habita fide de precio.*
8 *Qui agit ad rem non probat habere dominium.*
9 *Probatio facta per testes varios non est bona probatio.*
10 *Qui non facit quòd communiter fit habet præsumptionem contra se.*
11 *Argumentum à communiter accidentibus valet.*
12 *Quæ non prosunt singula multa iuuant.*
13 *Dominium rei venditæ precio non soluto non transfertur in emptorem.*
14 *Venditio non probatur per instrumentum in quo non constat de precio.*
15 *Testis deponens de venditione & non de precio non probat.*

CONSILIVM VII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Viso puncto primo loco formato & attestationibus factis, clarum videtur, ꝙ dictus reus & possessor debet obtinere, & sic debet pronunciari bene indicatum & male appellatum, non dico propter defectum numeri testium, † 1
quia statutũ, in primo loco descriptum, quod loquitur de quatuor testibus quando non extat instrumentum videtur debere intelligi, quando quis vellet probare per testes cõfessionem, promissionem, vel obligationem, ex quibus ipse ageret, vel excuperet, sed hic isti agentes non agunt contra possessorem ratione alicuius promissionis, vel obligationis, aut confessionis factæ ab ipso possessore, sed agunt ratione dominij, qui asserunt se habere & ratione possessionis quam conuentus habet. C. de aliena. iud. mutan. causa. l. 1. cum
2 similibus. † Quinimo obligatio venditoris fuisset extincta, si verum esset, scilicet, quòd isti agentes asserunt, scilicet, quòd pater eorum, fuerit effectus dominus ratione venditionis sibi factæ, quia hoc modo non potuisset fieri nisi mediante traditione. l. traditionibus. C. de pactis. qua facta venditor fuisset liberatus, iuxta not. in Authen. sacramenta puberum. C. si aduersus venditio. in gloss. fin. ante fin. & sic non potest dici, quòd ex ea agatur, sed potius actum videtur ex effectu tacito ex illa obligatione mediante traditione.
3 † Dico igitur dictos actores debere succumbere, quia testes sui etiam si probarent venditionem factam patri eorum, quam prætendunt, non tamen probant alia quæ necessaria sunt ad acquisitio-
4 nem dominij, videlicet, traditionem veram, vel fictam, † quòd venditore sciente, & patiente fuerunt ingressi possessionem, secundum ea quæ habentur in l. quædam. ff. de actio. & vendi. & C. de ac-
5 quiren. poss. l. minus instructus. † Constat autem, quòd solus titulus emptionis non facit acquisitionem dominij sine aliquo de prædictis. ff. de rei vendi. l. si ager. C. eodem titu. l. penult. iuncta l.
6 stipulatione. ff. de acquiren. posses. † quæ vult quòd dicatur prædo si occũpat propria auctoritate nulla facta traditione, nec præsumitur scientia. l. verius. ff. de probatio. Nec obst. quòd vnus testis dicit vendidit, & tradidit, &c. quia non probatur ꝙ venditio facta esset in dicto fundo. l prædia. cum ibi not. ff. de acquir. poss. † Similiter erat necessaria integra solutio precij, vel quod fuerit habita fi- 1
des de ipso, aliàs dominium non potuit emptor acquirere. ff. de tributo. l. procuratoris. §. pen. & Instit. de rer. diuis. §. venditæ, & hanc integram solutionem precij, nullus probat testis, si bene inspiciantur ipsorum dicta, licet vnus dicat de certa pecunia. quæ fuit tradita tempore venditionis pro parte solutionis, cuius contrarium videntur alij dicere, scilicet, quòd nulla pecunia interuenit, sed quòd 2
promisit emptor habere certam mercantiam, de qua quidam dicunt ipsam transmisisse partem, sed quantum transmiserit nullus eorum scit dicere, vnde si non cõstat ex eorum dictis, quòd integraliter fuerit venditori solutum, vel satisfactum de precio, vel quòd
8 habuerit de illo fidem. † Igitur nõ probant dominiũ, ex quo agunt, & per consequens debent actores succumbere. C. de rei vendi. l. fin. 3
C. de alien. iudi. l. 1. & l. qui accusare. C. de eden. & de probat. l. actor.
9 † Videntur etiam non bene probare venditionem, propter varietatem, quę est inter eos, cum vnus, scilicet, Christophorus dicit interueniſſe pecuniam, alij dicunt contrarium, quod promisit pro toto
10 precio ferramenta. l. qui falsa, vel varia. ff. de testi. † Resultat etiam præsumptio contra agentes ex eo, quòd de ista emptione non fuit confectum instrumentum, cum consuetudo cõmuniter sit in contrarium, videlicet, de talibus venditionib. possessionum, & rerum immobilium solent confici instrumenta, & non solent habere pro factis, nisi postquam notarius fuit rogatus, sed potius censetur quęcunque verba præcedentia quoddam ratiocinium de vendendo, q̃ venditio. arg. l. fideicommissa. §. 1. ff. de lega. 3. in simili, & iuncto eo,
11 quod not. in l. 1. C. de arbit. † Argumento à communiter accidentibus resultat etiam præsumptio cõtraria ex eo, quòd dicitur patrem ipsorum post venditionem, quam prætendunt, iterum emisse eadem bona à camera communis, quia si prius emisset, non est credendum quòd iterum emisset, & verum soluisset precium. argum.
12 l. qui bis idem. ff. de verb oblig. † & quæ non prosunt singula, multa iuuant. l. si stipulatus. ff. de vsur. & in dubio pro eo iudicandum in decidendo, iuxta no. in l. de die. in princ. ff. qui satisd. cog. Laus Deo, Paulus de Castr. &c.

ADDITIONES.

13 Pro confirmatione consultationis dicimus, † dominium rei venditæ non transferri in emptorem, nisi soluto precio, vel habita de eo fide, & adde tex. in §. venditæ verò res. Instit. de rer. diuis. & ibi gl. in verbo dato, tex. & gl. in l. si seruus. locaui. ff. de furt. in verbo furtiuam, & in verbo cohæreant, & ibi Bart. in 3. oppositione, quod etiam ampliat in omnibus alijs contractibus Bald. in l. traditionibus. C. de pac. nu. 14. prope fin. & in l. licet. C. loc. in 3. oppos. Aret. in d. §. venditæ. nume. 1. quia ad dominij translationem requiritur titulus habilis secundum Gramma. deci. 59. nu. 19. at in proposito consilio, nec constat de requisitis, facit ad rem tex. in l. nunquam nuda. ff. de acquiren. rer. domi. & eo magis, quia venditio non fit sine precio secundum tex. in §. precium. Instit. de empt. & vend. doctiss. Ioan. Cæ-
14 phal. consil. suo 159. volu. 2. num. 25. Addimus † etiam quòd venditio non probatur per instrumentum, in quo non constat de precio certo secundum Cyn. in l. 1. in vlt. quæst. post nu. 6. vers. vlt. subijcio iuxta præmissa. C. de contrah. & commit. stipula. Rom. sing. 749. An per instrumentum, & cons. 305. nu. 8. incip. Quo ad septimum. Am-
15 pliatur ꝙ idem procedat † in teste deponẽte de contractu venditionis, & deficiente in depositione solutionis precij, vel ꝙ de eo sit fides habita pro casu dominium rei venditæ non transfertur in emptorem secundum eundem Roma. consi. 91. nu. 7. In præsenti causa. Iaſ. in l. eleganter. in prin. in 2. no. nu. 2. ff. de condi. indebi. & quæ requirantur in contractu venditionis, vt substantietur, Legas eundem Roma. d. consi. à num. 1. vsque ad 5. Rip. in l. admonendi. ff. de iureiurando. num. 88.

ARGVMENTVM.

Exceptio an possit esse de iure tertij.

SVMMARIA.

1 *Exceptiones tertij excluſiuè iuris agentis quando quis possit allegare. & num. 25.*
3 *Aquam de flumine publico non nauigabili sine iniuria vicinorum quis extrahere potest iure naturali, vel gentium.*
4 *Naturalis obligatio solo pacto, vel consensu tollitur.*
6 *Eadem est ratio de publico ad priuatum quo ad commodum quod quis percipit.*
7 *Oppositio de iure tertij quando possit opponi cum distinctionibus. nu. 8.*

CONSILIVM VIII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Ad id, de quo quæritur, respondeo, Monasterium Sanctæ Iuliæ, potuit, & potest excipere de iure tertij, scilicet, monasterij Sancti Faustini
1 duplici ratione † Prima est, quia quando ius tertij est excluſiuum iuris agentis ipso iure, potest de ipso iure excipere ita demum, si ille tertius declaret se velle vti iure suo, licet antequam ille tertius declaret se velle vti iure suo non potest aduersarium agentem contra me excipere de iure illius iuxta no. in l. 2. ff. si ager vectigal. per gl. de rei ven. l. solennibus. per Guil. de Cun. & Bal. in Spec. de loc. §. nunc
2 vero aliqua. versi. 46. & per Barto. in l. 2. ff. de except. rei iudi. † Postquam tamen ille tertius declarauit se velle vti iure suo, bene possum de iure illius excipere, vt not Bart. C. de sac. san. eccle. Auth. qui rem, màximè si incipit litem mouere. ff. ad Trebellia. l. ita tamen. §. quoties. ff. si cui plusquam per l. Falcid. l. hæc autem. in prin. vbi colligitur in verbo nondum illata controuersia, à contrario sensu. Sed
3 hic est huiusmodi. † Nam posse extrahere aquam de flumine publico non nauigabili sine iniuria vicinorum competit istis agentibus, ante compromissum factum cum Monasterio Sancti Faustini iure,

cuiusdam

cuiusdam facultatis, sicut ire per viam publicam. l. viam publicam. de via publi. & sic de iure naturali, vel gentium, non autem ratione alicuius iuris quæsiti, prout dominium, vel seruitus. nec alicuius ciuilis obligationis. Potuit ergo virtute compromissi, & laudi subsecuti tolli dicta facultas ipso iure, † sicut tollitur naturalis obligatio solo pacto, vel consensu. l. Stichum. §. Naturalis. ff. de solutio. de iureiur. l. fin. cum simil. & à pari potentia causæ efficientes, quæ procedunt, scilicet à iure gentium. l. hoc amplius. §. is natura dicit. ff. de reg. iur. de sol. l. prout quisq. Item monasterium Sancti Faustini iam declarauit voluntatem suam, quòd vult vti iure suo, & sententia dicta arbitrali. imò etiam litem mouere incipit ergo &c. † Secunda ratio est, quia posito quòd non esset exclusiuum ipso iure, sed ope exceptionis, tamen regula est quæ traditur per Barto. in d. l. 2. q. quando ius tertij est tale de sui natura, vel aliter ordinatum quod mihi prodest per se ipsum, & ex solo vsu illius tertij, tunc de iure illius possum excipere, etiam illo tertio tacente, & probatur ista regula, in l. si post moram. §. fin. ff. de contratabu. sed tale est huiusmodi, quia Monasterium S. Faustini est inferius & Monasterium Sanctæ Luciæ superius, vnde si Monasterium Sãcti Faustini, vtitur & fruitur iure suo, vt ipsius aquæ cursus non impediatur transire ad ipsum, de necessitate, & re ipsa, Monasterium Sanctæ Luciæ superius sentit vtilitatem, vt patet ad sensum. Igitur potest excipere de iure dicti Monasterij Sancti Faustini, vt dicta vtilitas sibi non auferatur, potius enim videtur excipere de iure suo, quàm de iure Monasterij Sancti Faustini, nam sicut non potes mihi auferre commodum, quod licite percipio ex publico. ff. ne quis in loco publico. l. 2. §. merito. ita nec illud quod licite percipio ex priuato. † cùm sit eadem ratio, licet priuatus ex cuius solo percipio commodum bene potest facere in suo ad suam vtilitatem, & nihil immittendo in meum. l. fluminum. §. fina. cum l. sequen. & quod ibi plene notatur. ff. de damno infecto. Concludo ergo, vt in principio dixi. Laus Deo, Paulus de Castro.

ADDITIONES.

Decisio huius consultationis fundatur in eo, videlicet † an quis pro interesse suo possit excipere de iure tertij & concluditur quòd sic. verum in casu cõsilij videtur excipi de iure suo potius quam tertij, tamen pro maiori firmitate, addimus Bart. in l. 2. ff. de except. rei iudic. num. 1. & in l. indeb. §. fin. num. 13. ff. de condi. indebi. vbi tradit regulam quando oppositio de iure tertij valeat inquiens, aut ius tertij est exclusiuum ipso iure, & tunc semper potest opponi. l. fina. C. de rei vend. aut est exclusiuum ipso iure, ita tamen si tertius vult, & tunc non potest opponi. l. 2. Cod. de iure emphyteu. aut ipso iure absque requisitione voluntatis tertij, dummodo tertius non contradicat, & tunc potest opponi, vt l. 1. ff. de rei vendi. Aut non est exclusiuum ipso iure, sed tendit. vt alijs profit: & tunc potest opponi. l. si post mortem. §. fin. ff. de contratabu. Paul. Cast. consi. 368. volu. 1. num. 2. Super eo quod quæritur. Fed. de Sen. consi. 99. Super quinta except. num. 2. Bal. in l. 1. in princ. nu. 1. C. quib. res iud. non nocet. & in l. indebiti. §. fin. in 3. col. post versi. in contrarium. ff. de condi. indeb. Cæterum Cyn. in l. cum seruum. C. de seruis fugit. in 2. oppositione num. 1. hoc modo constituit regulam, quòd exceptiones † aut sunt reales hincinde nullo habito respectu ad personas, & tunc possunt opponi, vel sunt reales ex parte opponentis, & respectu eius contra quem opponuntur personales, aut econtra, & plura ad hunc casum adducit ex dictis domini Dyni præceptoris sui ad quem poteris per te recurrere & satur redibis, & in proprijs terminis vsus aquæ optimè consuluit Anchar. consi. 5tio 298. In territorio Deciani oritur. nu. 1. & nu. 4. Sed contra tenuit Roman. consi. 76. In causa nobilis viri, num. 6. ad quem respondet, quòd dictum ipsius fundatur in dictis Bart. & Bal. & sic non obstant casui nostro, quia ibi tertius allegat ius fisci, vbi requirebatur voluntas ipsius, ideo cum casu nostro potius concordat per supra allegata.

ARGVMENTVM.

De quodam Titio, qui scripsit se voluisse centum triginta de summa quingentorum, in qua erat debitor, & verum erat quòd solueret, sed non de illa summa, an committat falsum, & ibi etiam tangitur de causis barattariæ.

SVMMARIA.

1 *Furtum de pecunia communis vocatur crimen peculatus.*
2 *Crimen peculatus grauius punitur per statutum.*
3 *Crimen peculatus tunc committitur cum quis in administratione positus pecuniam publicam suscipit.*
4 *Debitor negando se debitorem non committit furtum, cum sit dominus pecuniæ debitæ.*
5 *Scribens se soluisse, & verè soluit, sed non de illa summa, quia sciuerat illam partitam apportatam, non committit barattariam.*
6 *Barattaria tunc propriè committitur cum officialis pecunia corruptus aliquid facit, vel non facit.*
7 *Barattaria est vocabulum inuentum ab vsu loquendi sicut contractus permutationis.*
8 *Scribens id quod non est verum committit falsitatem.*
9 *Scribens soluisse & verè soluit licet scribat ex diuersa causa qua soluit non committit falsum.*
10 *Falsum non dicitur id quod mutetur per modum veritatis.*
11 *Scribens se soluisse cum expressione diei licet in diuersam causam scribat in qua re vera soluit non committit falsum.*
12 *Scribens se soluisse in aliam causam quam soluit committit mendacium.*
13 *Scribens se soluisse pro sorte & soluit pro vsuris non committit falsum, sed erat in dispositione iuris.*
14 *Dispositio iuris non mutatur per scripturam alicuius.*
15 *Dolus non præsumitur in his quæ palam fiunt.*
16 *Dolus non præsumitur in his quæ non sunt de genere prohibitorum.*
17 *Falsitas non committitur sine dolo.*
18 *Fraus dicitur maleficium innominatum quòd de iure communi punitur per tit. de priuatis delict. extra ordinem.*
19 *Fraus quando in officio communis committitur ex forma statuti, punitur sicut falsitas.*
20 *Fraudi dolus inest.*
21 *Scriptura falsa quæ inuatur primordio veritatis præsumitur errore scripta.*
22 *Scribens se soluisse in aliam causam quæ nec soluit punitur de culpa & temeritate, leuiter.*
23 *Peculatus crimen an committatur in pecunia priuata.*
24 *Peculatus quæ pœna sit contra iudices, & eos qui ministerium adhibuerunt ad ipsum crimen.*
25 *Debitor negans propriam scripturam perdit omnem defensionem.*
26 *Barattaria est crimen capitale & punitur sicut falsitas.*
27 *Falsitas in accessorijs non vitiat principale & quando adiuuatur primordio veritatis, num. 28.*
29 *Falsum non nociuum non punitur.*
30 *Falsum non puniatur non nociuum licet pœna ordinaria punitur aliqualiter arbitrio iudicis.*

CONSILIVM IX.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ. Amen. Videndum est primo (posito quòd dictus Titius malitiosè hoc fecisset, vt quia sciuisset illam partitam apportatam in alio lib.) † Vtrum videatur commisisse furtum de pecunia communis, quod vocatur crimen peculatus a in pecunia publica, vel ciuitatis. ff. ad legem Iul. peculatus. l. 1. & l. 4. §. fin. seu de residuis. eodem tit. l. 4. §. l. Iulia. † Nam hoc crimen grauius punitur per statutum, cum detur arbitrium rectori, quod vsq; ad mortem possit punire, quando transcendit summam quinquaginta librarum. † In hoc breuiter clarè dicendum est quòd non, quia crimen tunc committitur cùm quis in administratione positus, ex ipsa administratione pecuniam publicam suscipit præter voluntatem principis seu Reipublicæ, quod hic non potest dici fecisse, cùm esset debitor Reipublicæ, sed potius videtur voluisse negare se esse debitorem, in tanta quantitate, in qua erat descriptus debitor pro resto, scilicet, in quinque centum triginta quinque, & sic nihil contrectauit de eo, quod esset Reipublicæ, ergo &c. ff. ad legem Iuliam pecula. l. penult. de acquir. posses. l. 3. §. si rem. de negoc. gest. l. quis sine vsuris. vbi bonus text. ad hoc. † Constat enim, quòd debitor negando se debitorem b non committit furtum, quia ipse est dominus pecuniæ debitæ antequam ea tradatur, ergo &c. ff. de furt. l. falsus. §. primo. de condictio. ob causa. l. pen. sed potius dicitur fallax, seu volens fraudem adhibere, quàm furtum facere, ea. l. falsus. §. si quis nihil in personam, ergo &c. † Secundò videndum est, vtrum videatur commisisse barattariam. c quam etiam statuta puniunt, & etiam dicendum est quod non, † quia barattaria (vt puto) tunc propriè est, cum officialis pecunia corruptus aliquid facit, vel non facit, quod quidem crimen de iure communi coercetur per titu. ff. de calumnia. & C. de pœna iudi. qui male iud. Authen. sed nouo iure. non enim video cui possit plus assimilari, † natu est vocabulum inuentum ab vsu loquendi, & sicut in vsu loquendi contractus permutationis, vel alius innominatus, do vt des, vel vt facias, dicitur quoddam barattum licitum, ita cùm datur pecunia officiali vt aliquid faciat non fiendum, vel aliquod omittat dicitur barattum illicitum, & inde dicitur barattaria, quod hic factum non fuit, ergo &c. † Tertiò videndum est, vtrum commiserit falsitatem, & dicitur quòd sic, quia scripsit id quod non erat verum, scilicet, se soluisse triginta de summa quingentorum triginta quinque,

in qua erat assumñatus debitor pro resto maioris summæ, quod erat falsum, quia de dicta summa quingentorum trigintaquinque nihil adhuc soluerat, quando sic scripsit, ergo &c. l. 1. §. qui rationibus. ff. de fals. & quod not. eodem titu. l. qui falsam. per Bart. iuncto text. in Auth. de instit. cau. & fide, circa principium, soluerat enim dicta quinquaginta de summa maiori, scilicet, sexcentum nõ de minori, scilicet quingẽtorum trigintaquinque. Breuiter si scripsisset se soluisse dicta trigintapost vigesimum diem mẽsis Martij, qua dicta assumñatio scripta fuit in libro nouo, clarum est, q̃ fuisset falsitas, quia nihil haberet in se veritatis illud, quod ita scripsisset, & idem si simpliciter scripsisset soluisse, sine appositione alicuius diei solutionis factę, quia scripserit per hæc verba, scilicet à me dato ex quo intelligitur, scilicet de dicta supra scripta summa, necessariò sequeretur, q̃ dedisset post dictam assummationem factam die vigesima mensis Martij, aliàs non debuisset assummari debito, scilicet quinquecentum trigintaquinque. si ea prius soluisset, scilicet quia scripsit se soluisse die decima mẽsis Februarij, quod intelligitur, scilicet proximè
9 præteriti. l. eum qui. ff. de verbo. oblig. & istud erat verisimum † q̃ prædicta die soluerat triginta & illi camerario, cui scripsit se soluisse. non potest dici falsitas, licet scripserit soluisse de quinquecentum trigintaquinque, vel summæ sexcentorum quinquaginta, nõ confistebat in facto suo, sed in facti serie, & veritate, & non erat effectus dictæ solutionis. Postquam ergo id quod erat principale, & in facto suo consistens erat verum, non potest dici falsitas, licet scẽm verum
d non esset, quod erat accessorium, *d* † quia non dicitur falsum id, q̃d
10 mutatur per modum veritatis. *e* ff. de legat. 2. l. cùm filius. §. hæres
e meus, & q̃ primum consisteret in facto suo poterat adeo falsificari, q̃ veritas non de facili fuisset reperta, & ideo inspici debet, an in illo fuerit commissa falsitas, vel mendacium, sed in secundo non sic.
11 † Nam postquam expresit diem, qua solutio facta fuit, non potest dici falsitas, ex quo per inspectionem libri veteris poterat videri in cuius summæ diminutione caderet dicta solutio, scilicet veteris summę sexcentum, vel quingentorum, non enim curamus quod in hoc secundo fuerit mẽtitus, postq̃ ex inspectione libri veteris poterat sciri de contrario, scilicet q̃ de non summa quingentorum, sed
12 de summa sexcentorum dicta quinquaginta fuerant soluta, † & di-
f ctum mendacium non poterat sic esse nociuum *f* Reipubli. ergo &c. vt not. in d. l. damus. C. de fal. & not. in l. fundum. in fi. in gl. fi. in fin. ff. de euict. Vnde si quis teneretur creditori suo in centum pro sorte in quinquaginta pro vsuris, & soluerit simpliciter q̃nquaginta non expresso in quam causam, certum est, q̃ cederẽt in solutionem vsu-
13 rarum non sortis. C. de sol. l. 1. † Pone ergo q̃ ex interuallo scriberet se soluisse pro sorte, non putarem committere falsitatem, sed potius circa dispositionem iuris errasse, sicut in simili dicitur in l. falsus. §.
14 si quis nihil. ff. de furt. † quam dispositionẽ iuris per suam scripturam mutare non potest, ita nec iste per suam scripturam poterat immutare, vel offuscare veritatem, scilicet, in cuius summæ diminutionem dicta solutio tenderet, sufficit ergo q̃ non in eo q̃d erat prin
15 cipale reperitur veritas. † Præterea non præsumitur iste dolo fecisse duplici ratione. Prima quia palam hoc fecit, & interrogato prius à
g prouisore (ad cuius officium pertinet partitas scribere in libro) an
30 illam partitam descripsisset, vel non, & cùm ille non clare respondit, & permiserit dicto Titio q̃ apponeret, satis videtur sine dolo & fraude fecisse, quasi inductus ex rñsione prouisoris ad quæ. l. quæsitum. cum ibi no. ff. quando act. de pecu. est anna. iuncta. l. non existi-
16 mo. ff. de adminis. tuto. & l. fin. ff. de ritu nupt. † Secunda ratio, quia iste actus scribendi non erat de genere prohibitorum ergo dolus non præsumitur, nisi probetur, scilicet q̃ sciens illam partitam descriptam in lib. veteri, iterũ eam scripserit in nouo, sed potius præsumitur fuisse error, vel ignorantia arg. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. cum similib. Posset forte imputari vtriq; ipsorum culpam, scilicet cur non inspexerit librum veterem in quo reperijssent di-
17 ctam partitam descriptam, † sed falsitas non committitur sine dolo, vt not. per Bart. in l. 1. §. non autem. ff. si quis ex testam. lib. iuss. esse fuerit, & C. de fals. l. nec exemplo, deberet ergo puniri leuius ratione culpæ iuxta not. per Bart. ff. de adul. l. fi. Quarto & vlti. viden-
18 dum est, an iste posit dici commisisse saltem fraudem, & sic † maleficium innominatum, quod de iure communi punitur per titu. de
19 crim. stellionatus, vel per tit. de priua. delict. extra ordinem, † ex forma vero statutorum quando in officio communis deliquit videtur puniri sicut falsitas & barattaria cùm omnia simul copulentur in
20 statuto. Et breuiter solutio huius patet ex infrascriptis. † Nam fraudi ineſt dolus, & sine eo non est, ff. de pac. l. iurisg. §. si fraudandi, dolus aũt non potest dici commissus, postq̃ prouisor ad quem hoc pertinebat sciuit & passus est. imo licentiam dedit expresse, q̃ scriberet
21 vt in puncto. C. de transact. l. cum donationis. † Item etiam quia potius per errorem præsumitur scripsisse, ex quo scriptura sua iuuatur primordio veritatis, nisi probaretur contrarium, scilicet, quòd malitiosè & scienter fecisset, q̃d in dubio non præsumitur per prædicta. Ex quibus concluditur q̃ ipse non venit puniendus pœna ordinaria, quę imponitur per statutum illis qui committunt furtum, barattariam, falsitatem, vel fraudem, in officio, vel pecunia cõmu-
22 nis, † licet forte de culpa & temeritate veniat aliqualiter leuiter puniendus iuxta no. in l. fi. ff. de adul. per Bart. Laus Deo. Paul. de Cast.

ADDITIONES.

a Peculatus. Crimen peculatus committitur in pecunia communis intercepta, vel quoquo modo contaminata, secundum Azon. in summa. C. de crimi. pec. num. 1. & dicitur crimen ipsum furtum de re publica perpetratum. 23. quæstio. 4. capitu. quid ergo. Cæterùm
23 † quando committatur in pecunia priuata, & qualis pœna sit con-
24 tra iudices, & eos qui ad hoc ministerium adhibuerunt ad eundem Azo. in dicta summa. recurras. num. 2. & 3.

b Debitor negando se debitorem. Et quid in debitore negante † propriam scripturam & debitum, si conueniatur, perdit omnem de-
25 fensionem secundum Spec. tit. de except. §. viso quando exceptio. opponan. num. 11. circa medium. & Bart. in Authen. contra qui propriam. num. 1. C. de non nume. pec. & Pau. Castren. in Auth. nume. 2. Et negans an præsumatur malitiosè negare, not. in l. 2. in glos. verbo conuenti. ff. quando fisc. vel priua.

c Barattariam. Adde q̃ † barattaria est causa capitalis, & punitur sic-
26 ut falsitas, secundum Bald. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de off. procon. & leg. post num. 7. Par. de Put. in tract. Syn. in verbo multa glo. 62. Bos. in suis tract. tit. de offic. corrupt. nu. 2. 6. & 7. & post nume. 10. Gram. consi. 35. num. 9. Mill. in sua praxi. fol. 95. nu. 48. & nouiss. Doctiss. Iul. Clar. in praxi lib. 5. §. fin. quæst. 73. versi. Iudex committens barattariam, vbi plenius in hac re.

d Accessorium. Falsitas † in accessorijs non vitiat principale, secun-
27 dum Bal. in l. si ex falsis. C. de transac. post nu. 14. Iuno. in c. fraternitatis. extra de hær. nu. 1. Fel. ibid. nu. 18. & 19. Spec. tit. de instru. edi. §. instrumentum ergo publicum, ver. quid si aliquod instrumentum vitiosum. nu. 10. & Ioan. And. in addi. sub litera O. in verbo inquisitio. & nouiss. doctiss. Ioann. Cephal. consil. suo 113. nu. 15. vol. 1. & est communis opinio teste peritissimo Iul. Clar. in sua praxi criminali lib. 5. §. falsum. versi. sed quid si testis non exposuit falsum circa.

e Primordio veritatis. Adde doct. Iulium Cla. in sua praxi. crim. lib.
28 5. §. falsum. versi. prętera excusatur. vbi testatur hanc esse communem opin. ex dictis fol. in praxi crim. fol. 83. num. 35.

f Nociuum. Adde quod falsum † non nociuum nõ punitur, secundũ
29 Alex. consi. suo 145. lib. 6. nu. 2. Visis narratis in themate. Barb. consi. 52. lib. 3. nu. 4. Alber. de Ros. in tract. de stat. 2. parte quæst. 145. & 146. nu. 5. vbi plura congerit pro & contra. tandem testatur de communi opinione, vt non puniatur. Gandi. in tracta. de malefi. tit. de fals. nu. 21. fol. in prax. crim. fol. 346. nu. 102. nouiss. Iul. Clar. in præcita. praxi. libr. 5. §. falsum. verfic. item excusatur si falsitas, & testatur de communi opinione de qua etiam Alex. præcit. consi. num. 3.

g Aliqualiter puniendus. Adde quòd committens falsum † non no-
30 ciuum licet excusetur à pœna ordinaria, tamen de culpa & temeritate venit aliqualiter puniendus pœna extraordinaria Iudicis arbitrio iuxta qualitatem facti & personæ secundum Plotum in repetitione. l. si quando. C. vnde vi. §. falsi crimen, nu. 1. Gan. tract. de malefi. tit. de falsis, nu. 21. Iul. Clar. in sua praxi. lib. 5. §. falsum. ver. item excusatur. in fi. & est commu. opin. teste dicto Claro & Alberico in tract. de statu. par. 2. q. 147. post num. 5.

ARGVMENTVM.

Si dominus inuestiuit vasallum postquam recidit à iure suo dicatur feudum nouum, vel antiquum, cui incumbat onus probandi esse nouum, vel antiquum, & quid si in inuestitura ponantur illa verba, tanquam de feudo antiquo, an per illa verba probetur antiquum, an etiam in feudo nouo fœminæ excludant agnatos, an feudum intelligitur acceptatum pro se & hæredibus suis non autem agnatis.

SVMMARIA.

1 *Feudum nouum pertinet ad filios & non agnatos ex noua concessione.*
2 *Instrumenti verba faciunt fidem & præiudicium præsenti & intelligenti cum quo celebratur.*
3 *Feudatarius committens fælloniam per quam potest priuari non priuatur ipso iure, sed mediante sententia.*
4 *Feudatario cui remissa est fælloniа remanet idem feudum.*
5 *Feudi acquisitio intelligitur pro se & suis hæredibus non agnatis etiam si de eis esset facta mentio.*
6 *Feudi acquisitio cum expressione agnatorum ad hoc vt valeat quo ad agnatos requiritur ratihabitio.*

7 *Feudi*

7 *Feudi inuestitura facta sine expressione agnatorum illos non comprehendit.*
8 *Inuestitura finita agnati nō possunt petere se admitti ad feudum ex ea.*
9 *Pactum tertij mihi non prodest.*
10 *Renunciatio patris nocet filio in feudo.*
11 *Subrogatus succedit in locum eius cui subrogatur.*
12 *Quilibet censetur primo loco prospexisse suis hæredibus quam alijs.*
13 *Mens contrahentium colligitur ex verbis.*

CONSILIVM X.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Quòd istud feudum pertineat ad filios dicti domini Petri & non ad eius agnatos.
1 videtur posse multipliciter probari. † Primò, quia dictum feudum erat nouum penes dictum dominum Petrum, ex hac noua conce sione, & non antiquum, vt probabo, igitur agnati non succedunt, vt in tit. de gradibus successionis in feu. post principium & duobus fratribus, de nouo beneficio inuestitis. cap. 1. in vsib. feuda. primum patet, quia concessio ista facta fuit post primam & veterem concessionem per sententiam priuationis & executionem factam de ipsa. Igitur dicitur concessio noua & feudum nouum & non confirmatio, vel prorogatio veteris. ff. de præcario. l. 3. §. fina. & l. sed si manente. in fin. & not. in l. si cum dies. in princ. ff. de arbit. per
2 glo. in l. 4. ff. de damno infect. & hoc etiam videtur fecisse prędictus
a dominus Petrus in initio concessionis factæ sibi præsenti & petenti ac intelligenti, dum in ea narratur, quòd propter inuestituram non petitam ipse ceciderat à iuribus suis, & ꝙ aliàs dictæ partes feudi fuerunt suæ, quasi Dominus nunc sit, † quæ verba instrumenti *a* faciunt fidem & præiudicium sibi præsenti & intelligenti cum quo celebratum est. l. optimam. Cod. de contrahen. stipul. & recipit ipsum tanquam vacâs & apertum Domino per renunciationes Domini Francisci donatarijs. Igitur non tanquam verus & perseuerans in sua persona, & per hoc patet non obstare quod not. glo. in l. si peculium. ff. de peculio. in l. quod dicitur. ff. de impens. quia illæ glo. loquuntur & debent intelligi, quando feudatarius nondum e-
3 rat priuatus feudo, † sed si commisisset fælloniam, per quam poterat priuari, non enim per hoc priuatus est suo iure, sed requiritur
4 sententia, vt in tit. de feud. sine culpa non amitten. † Ante igitur la- b
tam sententiam priuationis, si dominus remittat fælloniam remanet idem feudum, vt in illis glo. per illos text. in quibus positæ sunt, secus est post latam sententiam priuationis, quia vetus feudum finitum est, & ita dicit expresse Dyn. in d. l. quod dicitur. ff. de impen. maximè post factam executionem, argum. l. qui ob rem non defen-
5 sam. & l. planè. cum ibi not. ff. de condict. indebit. † Secunda ratio est, quia prædicta concessio vltima fuit facta ad petitionem & instantiam prædicti domini Petri præsentis & petentis, vt ex tenore ipsius patet, sed ipse dominus Petrus non potuit petere nec acquirere nisi pro se & hæredibus suis, vel sibi & suis hæredibus
b *b* non autem agnatis, & si de illis mentionem expressam fecisset. Imo perso- c
næ illorum pro non adiectis haberentur. l. si mihi, & Titio. in princip. ff. de verb. oblig. Nisi nomine illorum recepisset tanquam illo-
6 rum procurator, vel negociorum gestor, † & secuta esset hoc vltimo ratihabitio. l. si ego. ff. de nego. gest. sed hic de agnatis nullam fe-
7 cit mentionem in dicta vltima inuestitura, † igitur non potest dici ꝙ illorum nomine receperit, & per consequens dici non potest, ꝙ dicti agnati quoquomodo comprehendantur in dicta vltima concessione & inuestitura, quia non comprehendi poterant, ergo &c. l. libertus. ff. ad municipales. l. 1. in princip. cum ibi not. in glo. Nota argum. triplex, in fin. ff. de offic. eius cui mandata est iurisd. Et si ita est, non potest videri vel perpendi, ex cuius capite dicti agnati pe-
8 tant se admitti, † nam ex virtute veteris cōcessionis factæ illi, à quo descenderunt non, quia illa fuit finita quantum ad illius portiones, & reuersæ fuerunt ad dominū per sententiam priuationis. Nec etiã virtute huius nouę inuestiturę, quia prædictus dominus Petrus nō censuit eam recepisse, nisi pro se, & hæredibus suis, non pro agnatis, vt d. l. si mihi ex Titio. Nec obst. c. 3. de nouo benefi. inuestit. quia ibi ambo fratres receperant beneficium nouum cum pacto, qnod alter alteri succederet, vnde ibi non prodest alteri pactum, sed propriū.
9 † Hic vero solus dñs Petrus pactum recepit, cuius pactum nō potest prodesse agnatis instituti, de inutili, stipulatio. §. alteri. ff. de verbor.
10 oblig. l. stipulatio ista. §. alteri. † Tertia ratio est, quia si prędictus dominus Franciscus non renunciasset, & iste casus in eius persona ac-
c cidisset, filia sua *c* præferretur sine dubio istis agnatis domini Petri, quia ista pars feudi diuisa & separata erat ab alia parte, & effecta erat
11 alterius nominis. † Item & filia domini Petri, similiter deberet prę-
ferri, quia subrogatus fuit dominus Petrus in eius locum prædicti domini Francisci, arg. l. si eum, §. iniuriarum. ff. si quis cautio. & in c. 1. vt lite pendēte, cum simil. Quarta ratio est, quia si verba illa tanquam de feudo veteri, & antiquo non fuissent apposita in dicta vltima inuestitura res esset clara, ꝙ cùm istud sit feudum nouum, & nullo modo potest dici vetus, vt dictum est, recipiendo pro se & hęredibus suis masculis, & eis deficientibus fœminis, filię dicti domini Petri præferrentur agnatis etiã si sibi, & agnatis fuisset facta con-
12 cessio, † quia quilibet censetur primo loco prospexisse suis hæredibus, quàm alijs, prout est casus in c. 1. de duobus fratrib. à capit. inuesti. verba autem illa tanquam de parte feudi decimalis veteris & antiqui, faciunt dubium, quasi per ipsa censeatur actum, ꝙ in ea succedatur eo modo, quo succederetur si esset antiquum, quo casu sine dubio agnati masculi præferrentur, vt in c. 1. de eo qui sibi & hære. suis mascul. & fœminis, sed certè istum intellectum nō videtur posse recipere verba prædicta, quia (vt dictum est) dictus dominus Petrus non potuit recipere, nec est verisimile, ꝙ voluerit recipere pro suis agnatis, qui non essent eius hęredes, & sufficit quòd dicta verba possint habere alium sensum, secundum quem non continebunt aliquid repugnans iuris dispositioni, videlicet vt intelligantur tanquam reddens similitudinem, quia sicut illud vetus, & antiquum fuit concessum primo inuestito, à quo descendit dominus Petrus pro se & hęredibus suis masculinis, & his deficientibus fœminis, ita
13 & hoc nouum sibi concedo pro te & hæredibus tuis, &c. † Et hoc fuisse de mente patet sequētibus verbis, dum subditur, iuxta formam antiquarum inuestiturarum, vel possunt intelligi (id est) quia istud fuit semel feudum tuum vetus, & antiquū licet finitum, nunc volo in te renouare secundum formam primæ veteris inuestituræ, quæ tamen fuit, nisi de primo inuestito & hæredib. suis non de alijs suis agnatis. Laus Deo. ego Paul. de Cast.

ADDITIONES.

a Verba instrumenti. Faciunt fidem † & præiudicant ipsis partibus
14 in eo super quibus possunt sibi præiudicare, secundum Bartol. in l. si forte. ff. de castr. pecul. numer. 4. Dyn. in c. qui tacet. de reg. iur. in 6. prope fin. Bal. in l. cum aliquis. C. de iure deliber. post num. 5. & in l. optimum. C. de contrahen. & commit. stip. nume. 6. Matth. Matthesil. sing. suo 34. nota. quòd, num. 1. Cels. Hugo. in tract. claus. de verb. enuncia. plura congerit, vbi poteris videre.

b Et suis hæredibus. Hæredes intelliguntur † sui in materia feudali,
15 secundum text. in l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebel. Cyn. in proprijs terminis in l. liberti libertę ꝙ. C. de ope. liber. post nu. 8. vbi refert quęs. eueniſſe Parisijs in casu arduo regis Francorum, & ibi ad saturitatem poteris videre. Adde Barto. in l. Gallus. §. etiam si parente. nu. 4. & hac in re pulchram tradit distinctionem. Bal. in l. liberti libertę ꝙ num. 25. & in d. §. etiam si parente, num. 1. & ibidem Alex. nume. 7. & eundem Bal. in l. fin. C. de hære. insti. in 4. oppo. Abb. in c. in præsentia. extra de probat. num. 71. & ibidem Dec. num. 48. versi. prædicta conclusio limitatur. & in consi. 171. In causa venerabilium monialium, num. 6. vbi testatur de communi opinione.

c Filia sua prę fertur agnatis. Adde ꝙ † filia prę fertur agnatis in feu-
16 do, secundum Bal. in Auth. cessante. C. de leg. hære. post num. 4. circa fin. & in l. quotiens. C. de suis & leg. nu. 6. Guiliel. de Bened. in c. Raynutius. in verbo duas habens filias, fol. 12. num. 33. & 34.

ARGVMENTVM.

An hæres non conficiens inuentarium possit deducere debitum suum aduersus fideicommissarium vniuersalem, & an fideicommissarius vniuersalis ante restitutionem verbalem factam, possit agere contra possessores bonorum hæreditariorum, & an libellus eius sustentetur ex clausula generali, quæ consueuit apponi in libellis, petens ius & iustitię complementum.

SVMMARIA.

1 *Hæres de iure antiquo tenebatur insolidum creditoribus hæreditarijs.*
2 *Obligatio non potest esse sibi ipsi, nec contra se ipsum.*
3 *Retentio multoties competit, sed non actio.*
4 *Hæres qui non confecit inuentarium, tenetur legatarijs, & fideicommissarijs insolidum.*
5 *Fideicommissum vniuersale non potest excedere vires hæreditatis.*
6 *Hæreditas aliud est, & aliud sunt res hæreditatis respectu corporum.*
7 *Fideicommissum vniuersale non potest transcendere vires hæreditatis.*
8 *Fideicommissum singulare potest transcendere vires hæreditatis.*
9 *Debita hæreditaria non corpus, sed ius hæreditatis minuunt.*
10 *Pœna non conficientis inuentarium est, vt teneatur adimplere sine aliqua diminutione id, quod debetur.*
11 *Deductio aduersus fideicommissarium vniuersalem non diminuit fideicommissum.*
12 *Hæres non conficiens inuentarium deducit trebellianicam aduersus fideicommissarium vniuersalem.*
13 *Clausula petens in prædictis, & c. omni meliori modo, & c. quid operetur.*

14 *Fideicommissarius nullum ius habet ante restitutionem verbalem in hæreditate, & rebus hæreditarijs.*
15 *Restitutio verbalis idem operatur quo ad vtile dominium in fideicommisso, quod operatur aditio hæreditatis in hærede.*
16 *Hæres antequam adeat, nullum ius reale habet in rebus hæreditarijs.*
17 *Sine actione nemo experitur.*
18 *Clausula petens in prædictis, &c. omni meliori modo, &c. tunc operatur, quando quis habet actionem agendi.*
19 *Fideicommissarius vniuersalis habet actionem personalem ex testamento ante restitutam hæreditatem.*
20 *Clausula petens iustitiæ complementum operatur contra petentem qui habet actionem.*
21 *Hæres qui non confecit inuentarium deducit id, quod sibi debetur contra vniuersalem fideicommissarium.*
22 *Quarta iure naturæ debita non minuit debita, sed legata.*
23 *Clausula omni meliori modo, quid operetur.*
24 *Clausula omni meliori modo aliquando nil operatur, & quomodo procedat.*

CONSILIVM XI.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Quæritur primo vtrum hæres, qui non confecit inuentarium possit aduersus fideicommissarium vniuersalem deducere id, in quo sibi tenebatur defunctus, ad quod sine
a dubitatione dicendum est, quòd sic, *a* quia tunc remanemus in dispositione iuris veteris, quo non considerabatur
1 confectio inuentarij. † Sed de iure veteri, licet talis hæres teneretur creditoribus hæreditarijs insolidum etiam vltra vires hæreditarias. ff. sol. matri. l. quæ dotis. C. de iure deliberan. l. si te bonis, & per consequens aduersus eos non poterat deducere id, in quo sibi tenebatur defunctus cum etiam de suo proprio teneretur eis facere, prout in simili dicunt docto. in Auth. sed cum testator. C. ad legem Falcidiam, in quæstio. illa an talis hęres priuetur legitima debita iure naturæ. Attamen aduersus fideicommissarium vniuersalem, & etiam aduersus legatarios & fideicommissarios particulares, quibus non tenebatur olim vltra vires hæreditarias, bene poterat deducere debitum sibi à defuncto, quia licet per aditonem hæreditatis tale debitũ esset extinctũ quantum ad effectum agendi, & quantum
2 ad substantiam obligationis, † quia non poterat esse obligatus sibi ipsi, nec contra se ipsum agere. vt not. in l. frater à fratre. ff. de cond. indeb. in fin. primæ glo. magnæ, tamen quantum ad effectum retinendi non censebatur extinctum. C. ad l. Falcid. l. initium. & l. in imponenda. in quibus est casus, & si aditio fiebat coactè tale debitum etiam naturaliter non extinguebatur. l. debitor. ff. ad Trebellian. multoties † autem competit retentio, sed non actio. l. si in
3 area. in fi. ff. de condi. inde. & posito q̃ istud hodie corrigatur quantum ad legatarios, & fideicommissarios particulares, eo quia talia legata, & fideicommissa particularia possunt excedere vires hæreditatis, & talis hæres † non conficiens inuentarium videtur talibus
4 legatarijs, & fideicommissarijs teneri insolidum hodie etiam vltra vires hæreditatis, sicut creditoribus hæreditatis, in Authen. de hæredibus. & Falci. §. si vero non facienti, & not. per glo. in l. fin. in fin. C. de iure delib. quod olim non erat in legatarijs. l. si vniuersi. C. de legat. & not. in l. 1. in fin. ff. ad Treb. licet in creditoribus fit, vt supra dixi. Attamen in fideicommissario vniuersali non corrigitur hodie,
5 † quia tale fideicommissum vniuersale non potest excedere vires hæreditatis cum non fiat, nisi de ipsa vniuersitate vel quota parte ipsius, sed legata & fideicommissa particularia fieri possunt etiam de his, quæ in hæreditate non sunt, vt cùm legantur res alienæ à sciente, vel cùm legatur quantitas vltrà valores rerum hæredita-
6 riarum. Nam aliud † sunt res hęreditariæ vltra quantitates, quę inde possunt redigi, aliud est ipsa hæreditas. ff. de petit. hæred. l. hæreditas, & res hæreditariæ possunt variari, quia plures possunt esse in vna hæreditate, quã in alia, & sic vna hæreditas potest esse pinguior quàm altera respectu rerum hæreditariarum, & corporum, in quibus non consistit substantia hæreditatis, sed respectu iuris, in quo consistit substantia stat dicta hæreditas etiam sine aliquo corpore, vt ibi & l. hæreditas nihil aliud est. ff. de verb. signi. nam differt vna a
hæreditas ab altera cum quælibet hæreditas magna vel parua diuidatur in duodecim vncias. l. seruum meum. §. fi. ff. de hęr. inst. Cum
7 ergo fideicommissario vniuersali principaliter † relinquatur ipsa hæreditas, vel eius quota, nõ potest tale fideicommissum transcendere vires hæreditatis, quia non potest vnquam comprehendere
8 vltra 12. vncias, nec vltra q̃ in hæreditate habetur, non † sic in particularibus relictis (vt patet ad sensum) non ergo diminuitur aliquid de fideicommisso vniuersali si debitum hæreditatis, & defuncti detrahatur, quia quantum ad effectum intelligebatur deducto ære alieno, sed non sic in particularib. quæ non consistunt in iure, sed in
9 corporibus, quia si fieret deductio † diminuerentur (vt patet ad sensum.) Ideo lege cauetur, q̃ propter debita non corporũ, sed iuris po-
10 test fieri diminutio. l. quod dicitur. ff. de impens. Pœna † vero non conficientis inuentarium est hodie, vt nihil possit diminuere de eo, quòd debetur vel relictum est alteri, sed teneatur adimplere vsque ad vnum quadrantem etiam de proprijs facultatibus. Cum
11 igitur deducendo debitum aduersus debitores, & legatarios particulares, diminueretur de illis debitis vel legatis, non potest deducere, sed deducendo aduersus vniuersalem non diminuit fideicommiss. Nam nihilominus remanent 12. vnciæ, sicut erant prius, ideo deducere potest, quia non diminuit de vniuersitate, seu de iure, sed de corporibus. quæ sunt diuersa. Præterea videmus in simili, quòd
12 licet † non conficiens inuentarium non deducat aduersus particulares legatarios, & fideicommissarios, vt in Authen. sed cùm testator, veruntamen deducit trebelliani. aduersus fideicommissarium vniuersalem, secundum opinionem communem, vt not. in l. Marcellus. ff. ad Trebellia. per Bar. non est ergo curandum cùm aliquod potest fieri aduersus fideicommissarium vniuersalem, quod non potest fieri aduersus singulares, vt est illa de qua agimus, & hoc de primo. Secundo dubitatur si fideicommissarius vniuersalis ante restitutionem verbalem sibi factam egerit contra possessorem bonorum hæreditariorum rei vendi. vel publicia. seu condictione ex
13 lege, & in fine libelli contineatur clausula consueta, scilicet † petens in prædictis & circa prædicta fieri mihi ius, & iustitiæ complemen-
b tum *b* omni meliori via, iure & forma, quibus magis melius de iure fieri potest, &c. Vtrum ex ista clausula libellus eius sustineatur, & procedat? propter ea quæ not. Innoc. & alij cano. in c. cum dilectus. circa princip. super verbo iustitiam. de ord. cogn. Ad quod breuiter respondeo, quòd ego non video, quid illa clausula dicto casu possit
14 prodesse ad sustentationem libelli. Nam ante restitutionem † verbalem nullum ius dominij, vel quasi fideicommissarius habet in rebus hæreditarijs, quia illud acquiritur per verbalem restitutionem non ante. l. facta, in princip. & l. si eius. §. si quis. ff. ad Trebellia.
15 Nam † illud operatur restitutio verbalis in fideicommisso quatum ad vtile dominium, quod operatur aditio hæreditatis in hærede directo quantum ad directum, quia fideicommissarius facta restitutione loco hæredis est. l. filius. ff. quod cum eo, ad Trebellia. l. qui
16 quadraginta, sed † hæres antequam adeat, nullum ius reale habet in rebus hæreditarijs. ff. quorum lega. l. 1. §. quod ait prætor. in fin. ad legem Falcid. l. precia rerum, & Moder. ibi (esset autem præposterum) igitur nullam actionem realem, vel mixtam habere potest contra possessorem fideicommissarius ante restitutam hæredita-
17 tem, & † sine actione nemo experitur. l. si pupilli. §. videamus. ff. de nego. gest. & per consequens non potest sustentari libellus virtute dictæ clausulæ. Alias esset in potestate vniuscuiusque nullam actionem habentis, agere posse contra aliquem & obtinere, scilicet apponendo illam clausulam, quod esse non debet, argum. ff. de arbitr. l. ne in potestate. ff. de iure deliber. l. 3. §. 1. quod vi, aut clam. l. 2. tunc
18 ergo † potest dicta clausula operari, & esse vtilis quando quis habet actionem, vel ius agendi, sed per ineptum modum deduxit illam vel illud in iudicio, & ita loquitur Innocen. in d. c. dilectus. si bene inspiciatur, quod hic nõ est contra illum possessorem, contra quem
19 non potest habere actionem realem vel mixtam. Personalem † autem ex testamento bene habet fideicommissarius vniuersalis ante restitutam hæreditatem, scilicet, contra hæredem grauatum, vt no. in l. & fine scriptura. ff. ad Trebel. non contra singularem possessorem bonorum. C. de dona. l. æris alieni, Arbitri. tutel. l. 4. de hęredi-
20 bus instit. l. quoties. Videtur ergo dictum fideicommissarium † per dictam clausulam potius petijsse contra se, q̃ pro se, quia petijt iustitiæ complementum ad sui commodũ cum actionem non haberet contra illum. Important ergo dicta verba, vel quod importare possunt, scilicet vt fiat contra ipsum. f. q̃ reus absoluatur, ar. l. pediculis. §. cum quæreretur. ff. de aur. & arg. leg. Laus Deo, ego Pau. de Castr.

ADDITIONES.

a Hæres qui non confecit inuentarium. Adde quòd hæres † qui non
21 confecit inuentarium potest deducere id, quod sibi debebatur aduersus fideicommissarium vniuersalem, & idem voluit Paul. Cast. consi. 77. visa facti narratione, vol. 2. nume. 1. vbi fusius idem tenuit Bal. cons. 143. vol. 4. nu. 5. in fin. facit in proposito dictum gl. & Cyn. in Auth. sed cum testator. C. ad l. Falci. & ibid. Alber. nu. 4. & 5. licet Rich. Malum. & Oldr. fuerunt in contraria opin. quos idem Alber. confutat in l. fi. §. fin autem dubius. C. de iure delib. & idem videtur firmare Pet. de Bellaper. in d. l. fi. in fi. C. de iure delibe. dum dicit, q̃

quarta

22 quarta † iure naturæ debita non minuit debita, sed legata. Adde etiam eundem Alber. in l. quia poterat. ff. ad Treb. nu. 1. circa medium.

b Clausula omni meliori modo. Operatur † dicta clausula, vt in ca-
23 su dubio libellus interpretetur eo modo quo fauorabilius est libellanti, secundum Butr. in c. literæ. extra de dilat. Felin. in c. cum super. extra de offic. deleg. num. 11. Bald. in l. vinum. ff. si cert. peta. col. a 4. Versi. quare peto. Alex. consi. 80. volum. 5. num. 7. Viso themate supra dicto, ac instrumento. Bart. in l. codicillis. §. Lucius. num. 1. ff. de leg. 2. Bal. in l. cum pater. §. filius matrem, in fin. eod. tit. Fel. in c. cum super. de offic. delega. nu. 11. cum seq. vbi plura congerit ad saturitatem. Deci. consi. 11. nu. 3. cum seq. & consil. 77. viso puncto. nu. 4. Guliel. de Benedi. in c. Raynutius, in verbo eodem testamento, part. 1. nu. 59. Rober. Mara. in suo Spec. aur. ord. par. 6. memb. 3. nume. 10. & nouissi. doctiss. Ioan. Cepha. consi. 100. Processus agitatus, num. 10. & consi. 42. vol. 1. In hac causa Comitis, nume. 16. & consi. 243. vol. 2.

24 Magnificus olim dominus. nu. 24. tamen dicta † clausula aliquando nil operatur, vt in casu consultationis. videlicet, quando sunt expressi modi inepti, vel quando vellet ꝙ comprehenderet incognita, secundum Feli. vbi supra. num. 12. cum seq. Cal. consi. 1. tit. de accusa. nu. 2. versi. nec obstat, ꝙ illa verba omni meliori modo. Anchar. consil. 356. nu. 1. Rom. consi. 294. Hæc confessio. num. 5.

ARGVMENTVM.

An dotans puellam de bonis ipsius possit apponere pactum, ꝙ ipsi dotanti dos restituatur in casu, in quo moriatur sine liberis, & an istud pactum veniat in mandato de dotando, & ratificatio puellæ de hoc, an sibi præiudicet, & quando scientia præsumatur, & subscriptio non lecta scriptura, an præiudicet, & similiter generalis subscriptio.

SVMMARIA.

1 *Consuetudo quòd consanguineus qui successurus est ab intestato maritans puellam de bonis puellæ, si moriatur ab intestato sine liberis possit stipulari dotem sibi restitui valet.*
2 *Ratificatio pacti cum iuramento impedit venire contra.*
3 *Ratificatio dicitur facta in fraudem ratificantis, quando non adest instrumentum, quod ratificatur.*
4 *Ratificatio non continens instrumentum, quod ratificatur non valet.*
5 *Pacta quæ auferunt liberam voluntatem testandi sunt dolosa, & nu. &.*
7 *Mandatum generale de maritando non comprehendit pactum de succedendo puellæ.*
8 *Dolo præsumitur versari qui generalem ratificationem procurando sine expressione specifica pacti, & contentorum in instrumento.*
9 *Ratificatio non extenditur ad ignorata & suppressa, & num. 15.*
10 *Subscribens vel sigillans instrumẽtum præsumitur scire contenta in eo.*
11 *Ratificatio generalis sine expressione particularis pacti arctat eum ad fauorem, cuius est ratificatio ad probandum scientiam ratificantis talis pacti.*
12 *Subscriptio generalis, quando instrumentum continet aliqua pro se, & aliqua contra, non nocet subscribenti.*
13 *Commissio generalis de dotando non includit potestatem obligandi puellam ad successionem ipsius, & ratio.*
14 *Iudicium est de connexis, quod est de ipso actu principali.*
16 *Subscriptio idem operatur, quod scriptio ipsa.*

CONSILIVM XII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. De casu præsenti fui requisitus hoc anno per alteram partem, & præsupponebat talem vigere consuetudinem † in loco, ꝙ b
1 quando aliquis consanguineus propinquior alicui puellę, & qui sibi successurus erat ab intestato, maritat illam & dotat eam etiam de bonis propriis puellæ, pōt stipulari dotem sibi restitui in casu si decederet sine liberis, de qua consuetudine fui satis miratus. Præsupponebatur etiã, ꝙ dicta puella ex cer-
2 ta scientia † ratificauit dicta pacta, & ꝙ iurauerat nō venire contra, quibus pręsuppositis, licet instrumenta non viderim pro tunc subscripsi me consilio cuiusdam, ꝙ non poterat venire contra. Nunc verò mihi asseritur contrarium, scilicet ꝙ prædicta non sant vera, quia nec subest talis cōsuetudo, nec ex certa scientia ratificauit, imo ignorabat dicta pacta sic exorbitantia fuisse apposita in instro dota-
3 li, scilicet, in fauorem dicti Dominici, & in fraudem † dictæ puellæ c ratificantis, quia instm dotale non erat præsens, nec fuit sibi lectũ, nec eius tenor fuit dictę puellę notificatus, nec datus sibi ad intelligendum cum partibus facientibus pro dicto Dominico, quod mihi
4 verisimilius est, quia instm † ratificationis non continet dictum instm fuisse lectum, nec etiam facit mentionem de contentis in dicto instro pro dicto Dominico, sed potius de alijs pactis & ꝓmissionibus factis in fauorē mariti, & consuetis in talibus apponi. Idcirco
5 † prædictus Dominicus censetur dolo versatus circa dictã puellam tam in apponendo dicta pacta in sui fauorem per quæ (si valerent)
6 auferretur † sibi potestas liberè disponendi in vltima voluntate, & bona illius sibi appropriasset, quod censetur fuisse contra intentio-
7 nem dictæ puellę. Nec enim credendum est eam † voluisse venire in generali commissione *a* illi facta, ꝙ maritaret eam de proprijs bonis a ipsius puellæ, & posset talia pacta apponere. arg. optimum. ff. mand. l. si tibi mandauero. §. si tibi centum. & etiam fuit dolo versatus in
8 faciendo eam ratificare † sic generaliter promissionem & pacta contenta, in dicto instro dotali absq; offensione dicti instrumẽti, & specificatione speciali dictorum pactorum. ar. ff. de act. emp. l. 1. §. 1. & l. quæro. de euict. l. qui libertatis. §. pen. in versi. perfunctorię, ideo talis approbatio seu ratificatio *b* nihil sibi nocet, nec etiam iuramen- b
9 tum † quia non extenditur ad ignorata & suppressa, tex. est optimus ad hoc in l. fin. C. plus vale. quod agitur, vt in l. 2. de reb. alien. non alienan. quæ volunt plus, ꝙ etiam subscriptio facta non lecto tenore instrumenti, nec dato sibi ad intelligendum non præiudicaret. Pro hoc est etiam tex. cum glo. in l. Gaius. ff. de pignor. actio. & in l. 1. §. & si mandauit. ff. quod iussu, & in c. si quis presbyterorum, de re-
10 bus eccle. non alien. hoc tamen † casu quando se subscripsisset, *c* vel c figillasset, tunc quia apparet, ꝙ instm fuit præsens, & potuit ipsum legere & legi facere, incumberet sibi onus probandi, ꝙ non legisset, sed fidem adhibuisset ei ad cuius instantiam subscripsisset, ita videtur tenere Bart. in l. 1. §. fi. ante fi. ff. quemad. testa. aperia. & sic potest loqui, quod not. Ioan. Andr. in nouel. in c. humilis, de maio. & obed. sed in casu nostro vbi apparet instm non fuisse præsens, incumbit,
11 † onus probandi dicto Dominico, ꝙ illa Domina vel puella habuisset notitiam de dictis pactis. Quia instm ratificationis est contra eum, in quo fit mentio de alijs pactis, non de isto, ergo nec plus præsumitur fuisse specificatum, argum. l. fideiussores. §. pro Aurelio. ff. de fideiussor. ibi lecta subscriptione, &c. Et ad prædicta facit determi-
12 natio Bart. in l. diuus. §. idem senatus. ff. de fal. qui dicit, ꝙ † generalis subscriptio non nocet subscribenti, quando instrumentum continet aliqua pro se, aliqua contra se, sed requiritur specialis subscriptio & mentio de his, quę faciunt contra se. Ideo concludo stantibus prædictis dictam dominam, seu puellam posse venire contra dictam suam ratificationem, & petere per iudicem declarari eam sibi non nocere quantum ad dicta pacta facta in fauorem Dominici, nec etiam iuramentum positum in dicta ratificatione, noceret ei, Laus Deo, & B. virginis Marię genitricis suę per infinita sæcula. Ego Paulus de Castro. I. V. D. Prędicta omnia concludo, & sic consulo de iure esse iudicãdum in cuius rei fidem me propria manu subscripsi, & sigillo meo solito sigillari feci.

ADDITIONES.

a In generali commissione. Adde † quòd in generali commissione
13 de dotando non includitur potestas, ꝙ possit puellam obligare de successione, casu quo sine liberis decesserit, quia esset maior expressis. Clem. non potest, de procu. c. qui ad agendum. eo. tit. in 6. nec ha-
14 bet † connexitatem aliquam vt idem esset iudicium, secundũ Bald. in l. quod ergo. §. sufficit. ff. de cont tut. actio. in fin. Ioann. de Imol. consi. suo 139. Præfatus Innoc. in c. cum dilectus. versi. quibus, de arbit. Feli. in c. super literis, de rescrip. nu. 1. versi. 2. facit regula, in fin. col. & nu. 18. & in c. translato, in 3. col. de constitu. in princ. nu. 6. vbi allegat notabiles doctrinas ad quod optime faciunt dicta per Ioan. And. in add. Spec. ti. de primo & secundo decreto. §. sequitur. in add. quæ incipit, ꝙ iudex intra annum, sub litera X.

b Ratificatio non extenditur ad incognita. Adde † Lud. Rom. consi.
15 suo 54. Visis circa id de quo. num. 3. prope medium. Barba. consi. 41. dico ꝙ huiusmodi arbitramenti. col. 6. nu. 5. prope fin. versi. & alias cum ista quæstio. esset Parmæ, vol. 1. & consi. 77. Est videndum, lib. 3. num. 6. Carol. Rui. consi. 170. De tribus. num. 29. lib. 1. Paris. consi. 100. Contractus num. 69. & seq. lib. 1. Cravet. consi. 151. num. 32. circa med. & nouiss. doctiss. Ioan. Cephal. consi. suo 51. Domina Lasia vxor. vol. 1. nu. 34. & ad hoc, vt ratificatio valeat, necesse est, vt ratificanti legatur tenor instrumenti, quod ratum habere debet, secundum Pau. Cast. consi. 216. vol. 1. nu. 3. Lauren. Silua. consi. 93. nume. 12. vol. 2. & multum confert dictum domi. Rolandi de Valle. consil. suo 2. nu. 143. vol. 1. versi. item dicta subscriptio fuit nulla.

c Se subscripsisset, vel figillasset. Adde quòd † subscriptio idem ope-
16 ratur quod scriptio ipsa, secundum Innocen. in c. quoniam contra, extra de proba. num. 2. & ibid. Abbas num. 32. in fin. qui dicit menti tenendum. Felin. ibidem. num. 43. versic. habes ergo doctrinam auream Bart. in l. emptor. §. Lucius. 2. not. num. 2. ff. de pact. Bal. in Authen. contra qui propriam. versi. item quæro, in fin. nu. 4. C. de non nu. pec. & in Rub. 6. C. de fide instru. nu. 23. eundem Cast. in d. §. Lucius. nu. 4. & in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de ver. obl. nu. 2.

Anchar.consi.242.nu.2.Dec.consi.447.num.9.& nouissimè D.Rolan.à Valle.consi.44.præsens consultatio.num.29.vol.1.

ARGVMENTVM.

An statutum simpliciter loquens trahatur ad præterita, & an impedimentum iuris superueniens post vel ante inchoatam præscriptionem illam impediat,& an præscriptio actionis personalis procedat cum mala fide de iure canonico,& ,ptestatio impedimenti notarij non est necessaria,& an liberatio facta per dominum ciuitatis vel loci debitori an noceat creditori, & solutio quando dicatur coacta vt prosit soluenti.

SVMMARIA.

1 *Solennitas sublata per statutum si non interuenit non nocet.*
2 *Statutum porrigitur etiam ad negocia prius confecta.& nu.3.& quando, num.76.*
4 *Statutum quod tendit ad tollendum exceptiones debet intelligi cum distinctione, num.5.& 6.*
7 *Exceptio quæ cœperat competi ante statutum non tollitur per statutum secus ea quæ post statutum.*
8 *Exceptio proueniens ex instrumento non producto ante confectionem statuti tollitur per statutum.*
9 *Probatio resultans ex instrumento confecto ante statutum quòd tollit exceptionem tollitur per ipsum statutum.*
10 *Exceptionem resultantem ex instrumento non potest dici per statutum esse sublatam ante eius productionem.*
11 *Probatio non fit antequam productio fiat.*
12 *Exceptio esse non potest vbi non est actio.*
13 *Priuatio præsupponit habitum.*
14 *Doli exceptio non tunc incipit competere cum incipitur agere.*
15 *Exceptio compensationis non elidit actionem antequam agatur.*
16 *Ius quæsitum non potest tolli,& num.77.*
17 *Facilius impeditur natiuitas exceptionis, quàm tollatur post ortum.*
18 *Creditur testi asserenti de sua subscriptione.*
19 *Testis debet facere mentionem in sua subscriptione qualiter fuit rogatus.& interfuit.*
20 *Statutum mandans quòd stetur instrumento super eo, quòd principaliter continetur, necessario videtur velle aliud requisitum, de quo notarius facit mentionem.*
21 *Statutum requirès interessentiam secundi notarij cuius subscriptio deficit in instrumento de eius interessentia statur notario id asserent.*
22 *Statutum mandans, quòd credatur imbreuiaturis non intendit quòd producantur imbreuiaturæ ipsæ.*
23 *Statutum quod non potest prodesse debet obesse,& eadem ratione.*
24 *Statutum sicut afficit personas ratione originis, ita & actus celebratos in loco statuentium.*
25 *Solennitas requisita à statutis loci, in quo acta celebrantur debet adhiberi etiam in actibus cum forensibus.*
26 *Actus subijcitur legibus & statutis loci, in quo celebratur.*
27 *Statutum afficit instrumentum notariorum loci, in quo celebrantur, nec distinguit ad cuius instantiam celebrentur.*
28 *Substantia contractus non consistit in instrumento, quia potest probari per testes.*
29 *Instrumentum falsum ex subscriptione, quæ postea fieret non reconualescit.*
30 *Solennitas quæ non requiritur à principio quandocunque potest adhiberi.*
31 *Statuti verba quòd actus non valeat possunt stare propriè & impropriè.*
32 *Statuti verba, quòd actus non valeat ipso iure important, quod etiam parte non opponente iudex possit de facto supplere.*
33 *Verbum semel positum potest poni propriè & impropriè, prout refertur ad diuersa.*
34 *Probationes per instrumenta possunt fieri vsq; ad conclusionem.*
35 *Potentia seu facultas opponenti contra instrumentum si producatur non est ius, sed exceptio quærenda, quæ potest tolli per statutum.*
36 *Impedimentum iuris superueniens ante inchoatam præscriptionem impedit præscriptionem inchoari.*
37 *Impedimentum iuris superueniens post inchoatam præscriptionem impedit cursum præscriptionis.*
38 *Impedimentum facti non impedit præscriptionem, sed operatur concedi restitutionem.*
39 *Mala fides non præscribit.*
40 *Statutum quod debitor sciens se debitorem præscribit non valet.*
41 *Statutum quòd non sufficit ad liberationem saltim operatur ad inchoandam præscriptionem.*
42 *Præscriptio statutaria 20.annorum succedit loco præscriptionis longissimi temporis.*
43 *Impedimento iuris stante impeditur de iure ciuili præscriptio inchoari, & num.44.*
45 *Hostilitas dicitur impedimentum facti, quæ facit præscriptionem inchoatam dormire ipsa durante, etiam de iure ciuili.num.46.& 55.*
47 *Hostilitas impedimentum est speciale, vt ipso iure faciat retardare cursum præscriptionis,& ratio.num.48.*
49 *Paria sunt non habere mandatum, vel habere mandatum generale, quòd ad id de quo quæritur non extendatur.*
50 *Impeditus agere debet protestari de impedimento.*
51 *Protestatio non requiritur, quando impedimentum est notorium.*
52 *Veritas patens adminicula non desiderat.*
53 *Quis non tenetur facere, quod factum non releuat.*
54 *Præscriptio stante mala fide non solum non currit, sed nec inchoatur. & num.65.*
57 *Simplex liberatio gratuita de æquitate non tollit actionem.*
58 *Simplex confessio non præiudicat tertio.*
59 *Aequitas cessat vbi tractatur de lucro captando, secus si de damno euitando, num.60.*
61 *Testibus iuratis est credendum.*
62 *Vni testi non creditur etiam de gestis coram se iudicialiter.*
63 *Liberatio ambitiosa non valet.*
64 *Qui non contradicit non potest dicere coactè facere.*
65 *Solutio non spontanea requirit resistentiam, maxmè quando inest legitima causa resistendi.num.66.*
67 *Exceptionem peremptoriam non opponens sibi imputet.*
68 *Mandatum debet præsentari per nuncium cui est commissum,& debet constare per relationem de præsentatione ad hoc, vt quid dicatur factum virtute mandati.*
69 *Soluens alteri, quàm creditori, tunc liberabitur quando non sponte soluit, sed iussu superioris*
70 *Factum ex interuallo post præceptum non dicitur factum virtute præcepti.*
71 *Solutio facta in alia forma, quàm continet mandatum non dicitur facta virtute mandati.*
72 *Simulatio actus ex coniecturis, videlicet, ex persona dilecta, ex electione, & amore quo quis prosequitur aliquem colligitur.num.73.& 74.*
75 *Malitiam suam alicui prodesse iniquum est.*
78 *Impedimentum iuris impedit præscriptionem,& quando idem sit iudicium in impedimento facti.*
79 *Liberatio facta debitori à fisco de bonis debitis Titio qui commisit delictum, an & quando valeat.*
80 *Coactè soluit qui iussu superioris soluit.*

CONSILIVM XIII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Visis his, quæ superius narrantur in puncta. Respondebo per ordinem ad tria principalia dubia, super quibus vertitur dubitatio principaliter in hoc negocio. Quantum ad primum, quod opponitur de defectu subscriptionis secundi instrumenti contra instrumentum quod producitur, dico non obstare prædictam exceptionem, 1 † quia sublata est per statutum nouum, quod in effectu vult sufficere, vt fidem faciat, quòd ambo notarij sint mortui tam principalis rogatus, quam secundus, qui debebat se subscribere,& quòd instrumentum habeat subscriptionem notarij principalis, etiam quòd ipse non sit infamatus de falso. Quibus concurrentibus vult, quòd fidem faciat, licet non habeat subscriptionem secundi notarij secundum tenorem primi, vel notarius principalis, aut testes descripti non deposuerint pro eo, secundum tenorem secundi statuti facti ad suppletionem primi, quæ omnia hic adsunt, ergo dispositio dicti statuti locum sibi vendicat in eo, quia vbi non conueniunt verba, nec dispositio legis hos accusare. §. omnibus. ff. de accusatio. l.4.§.toties. ff. de dam. infect. vt contrariorum sit eadem disciplina. l.fin. de lega.3. l.fin. ff. de contratabu. & l.fi. de vulg.& pup. Nec obst. 2 † si dicatur dictum statutum nouum debere intelligi in instrumentis confectis & rogatis post ipsum statutum conditum, argu. C. de 3 leg. l. leges, quia dico, quòd imo † porrigitur etiam ad instrumenta prius confecta vel rogata, per theoricã Bart. quàm tradit in l. omnes populi. ff. de iustit.& iure. in quæstione illa, an statuta trahantur ad præterita. Dicit enim inter alia, quòd si in statuto nõ disponitur expressè, an habeat locum in præteritis, vel in futuris tãtum, sed simpliciter disponit aliquid, vt hic est, siquidem tale statutum tendit 4 † ad tollendum talem exceptionem, debet distingui, si quæritur an 5 tollatur exceptio contra instrumentum prius factum, quæ † exceptio, aut erat iam orta ante confectionem statuti, & tunc per ipsum non tollitur, aut non erat iam orta, sed † sperabatur oriri, & tunc bene tollitur, id est, eius natiuitas impeditur, puta, 6 si dicat-

sidicat, ꝙ contra instrumentum publicum non admittatur, nisi exceptio solutionis & falsitatis, & sic omnes alias tollit. Dicit † enim
7 ꝙ si contra instr̃m prius factum aliqua exceptio legitima inceperat iam competere compilationem statuti, per ipsum statutū non tollitur, secus si incipiat competere post: ex quibus verbis & doctrina cólligitur clara determinatio præsentis dubij. Nam istud statutum de directo tendit ad tollendum exceptionem, quæ poterat opponi contra instrumenta nō subscripta virtute primi statuti, vult enim ꝙ non possit amodo opponi, dummodo adsint illa tria, de quibus
8 supra dixi, quæ hic adsunt, & dico, † quod ista exceptio non inceperat ipsis conuentis competere ante confectionē ipsius statuti, *a* post quam contra ipsos non fuerat dictum instr̃m adhuc productū tali ratione, quia talis exceptio non concernit contractum, vel ius oriens ex ipso contractu, sed solum † ipsum instr̃m, & probationem resultantem ex eo. Primum patet, quia posset iste contractus probari per testes, & non noceret defectus instri. C. de fide instru. l. 1. & l. fina.
10 l. si solennibus, cum simil. ideo priusquam fuerit productum † non potest dici, ꝙ fuerit orta, quia nil operaretur, non enim elideret ius oriens ex contractu (puta) obligationem, vel actionem eo modo, quo eliduntur exceptiones concernentes contractum. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. postq̃ contractum non concernit, nec etiam diceretur elidere probationem resultantem ex instr̃o: Non enim fit probatio priusquam fiat productio. C. si cert. pet. Authen. sed nouo iure, in verbo producente. & patet in l. 1. §. edenda sunt omnia. ff. de eden. & quod not. glo. in d. §. editiones. circa fin. gl. mag. tunc enim
11 oritur talis exceptio concernens probationem resultantem in in-
12 strumento, cùm instr̃m producitur, † & fit probatio, sicut enim vbi non est actio, non potest esse exceptio † actionem elidens, vel excludens. Ita vbi non est probatio non potest esse exceptio probatio-
13 nem elidens vel excludens, quia † priuatio præsupponit habitum. l. 10. ff. de verb. oblig. iunctis his, quæ notantur in l. qui se debere. ff. de condict. ob caus. in fin. primæ glos. simile videmus in exceptione doli, quæ competit non ratione dol. com missi à principio, sed illi-
14 us qui committitur in agendo. Nam tunc † incipit competere cùm incipitur agi, & non prius. l. 1. §. circa. ff. de doli exceptio. & in exce-
15 ptione † compensationis, quæ non elidit obligationem, vel actionem antequam agatur, sed cùm incipitur agi incipit competere ad exclusionem agentis, vt patet in l. qui inuicem. ff. de condict. indebi. & rerum amota. l. si cùm dos, potuit ergo tolli hæc exceptio per dictum nouum statutum (id est) eius natiuitas impediri, secus si ante dictum statutum conditum fuisset dictum instr̃m productum in
16 iudicio, & contra ipsum fuisset dicta exceptio opposita. Nam † tunc procederet illud, quod allegatur per alteram partem, scilicet, non potuit tolli sibi ius quæsitum, quia exceptio fuisset orta, sed hic non erat quæsitum, sed sperabatur quæri si instrumentū produceretur.
17 Vnde facilius † impeditur ei natiuitas, iuxta not. in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alien. iuris. Non obstat si dicatur, quòd per prædictum statutum requiruntur duo, scilicet, quod interfuerint duo notarij, & quod ambo se subscripserint, & hoc non constat ꝙ alius interfuerit, nisi per assertionem ipsius notarij, qui confecit hoc instr̃m. & asserit se fuisse principalem, cui non videtur credendum, quia statutum prædictum vult, ꝙ instr̃m sit ipso iure nullum. Vnde vr̃ ꝙ saltim debeat probari per testes de interessentia secundi
18 notarij, ꝙ nō factum, ergo &c. † Nam ista allegatio tollitur per statutum nouum, quod vult, ꝙ concurrentibus illis tribus, de quibus supra dixi, scilicet, ꝙ ambo notarij sint mortui, & ꝙ requiratur instrumentū scriptum, & subscriptum per principalem notarium, &
19 ꝙ ille non sit suspectus, vel infamatus de falso, credatur sibi & fidem faciat, ac si esset subscriptum manu secundi notarij, & sic vult quòd illa tria succedant in locum subscriptionis secundi notarij, sed constat quòd si esset subscriptum à secundo notario non requireretur probatio per testes de interessentia sua, quia crederetur sibi hoc asserenti in sua subscriptione in qua † debet de hoc mentionem facere, scilicet qualiter interfuit, & fuit rogatus vna cum alio principali, & etiam staretur subscriptioni notarij principalis, similiter in sua subscriptione de prædictis debet facere mentionem, & ita est moris. Idem ergo debet esse in casu nostro, cum illa tria loco secundæ solennis subscriptionis habeantur auctoritate dicti noui statuti.
20 Præterea † quòd illud statutum velit, quòd dicto instrumento stetur super eo, quod principaliter continetur contra ipsum conuentum, necessario etiam videtur velle, quòd probet interessentiam secundi notarij, si de ipsa principalis notarius facit mentionem, sine qua non posset haberi pro subscripto, si enim interfuisset, non potuisset subscribere, & illud statutum vult, ꝙ illis concurrentib. habeatur pro subscripto, ergo etiam vult ꝙ probet interessentiam sine qua subscribi non potuisset. arg. l. illud. ff. de acqui. her. alias sicut requisiuit illa tria, de quib⁹ supra. ad hoc vt haberetur pro subscripto, ita requisiuisset quartū, scilicet, ꝙ probaretur ꝑ testes de interessentia secundi notarij, si nollet stari relationi principalis notarij de tali interessentia, cōstat autem dictum statutum non posse com-
21 modè intelligi, nisi † de instrumentis, de quibus principalis notarius facit mentionem de interessentia secundi, & sic non deficiebat, nisi subscriptio, ad cuius subscriptionis defectum supplendū emanauit. vt patet sub rubrica, & etiam ex nigro in princ. Item non obstat id, quod dicitur in contrarium, scilicet ꝙ dictum statutum videtur requirere, ꝙ etiam imbreuiaturæ notarij principalis produ-
22 cantur vna cum instr̃o, dum dicit † copulatiuè, ꝙ credatur breuiaturis & tali instr̃o, &c. Quia ista non est intentio eius, sed alia, videlicet, ꝙ cùm in ꝓcedenti parte posuit duos casus alternatiuè, scilicet cùm apparent breuiaturę notarij defuncti in forma debita & solenni, non aũt instr̃m publicum, vel cùm appareret instr̃m publicatum & subscriptum à principali notario, ꝙ vnoꝯ casu si ambo notarij sunt defuncti debeat registrari, & sic singula verba dictæ copulatiuæ referuntur singulis verbis alternatiuæ præcedentis, prout not. in fin. glo. C. de nego. gest. l. si negociorum. alias sequeretur absurdum, ꝙ cùm instrumentum non esset publicatum, non sufficerent solæ breuiaturæ, sine instrumento, sicut nec econtra, si ambo copulatiuè requirerētur ad fidem faciendam, & sic alternatiua primo loco posita nunquam sortiretur effectum suum, ꝙ non fuit de
23 mente dicti statuti, quia si hoc voluisset, fuisset loquutum copulatiuè in parte præcedenti, sicut in sequenti quod non fecit. Item † non obst. ꝙ istud statutum nouum non potest prodesse agentibus, cùm sint forenses, quia si hoc esset nihilominus statutum vetus posset eis obesse, & sic contra hoc instrumentum non possent conuenti exci-
24 pere de veteri statuto, vnde allegatio ista facit contra eos. † Præterea statutum sicut afficit personas subditas ratione originis, ita & actus celebratos in loco statuentium, quia dr̃ ibi oriri, & nasci. C. de testamen. l. antiquitas, post principium, ibi, codicillus nascitur, &c. &
25 propter † hoc in actibus celebratis etiam cum forensibus debet seruari & adhiberi solennitas requisita à statutis loci, in quo celebrantur, * sedm communem sententiam doct. qui hoc tenent in l. oēs populi, per l. si fundus. ff. de euict. & l. 2. C. quemadmo. test. ape. sed hic
26 † contractus fuit celebratus Brixiæ, & instrumentum fuit ibi rogatum, igitur subijcitur instr̃m legibus, & statutis dicti loci non habi-
27 ta distinctione personarum, quæ contraxerunt, quia † statutū afficit instrumenta notariorum dicti loci, nec distinguit ad cuius instantiam sint confecta cum iudicium agitur ibi, ergo &c. l. 3. in fi. ff. de testi. Item non obst. si dicatur, ꝙ primum statutum annullat instrumentum ipso iure, & sic videtur ꝙ ante nouum statutum erat ipsis conuentis quæsita exceptio nullitatis, cuius cōtrarium dixi in principio. Nam aut volunt dicere, ꝙ ex hoc contractus depositi rederetur nullus, & hoc est falsissimum, quia statutū hoc non dicit,
28 sed de instrumento tantū loquitur, in quo † non consistit substantia contractus, sed probatio. Vnde posset probari per testes. l. 1. de fide instru, cum multis concor. ff. de pig. l. contrahitur, aut dicitur, ꝙ ipsum instrumentum erat nullum, & tunc etiam est falsum, quia
29 tunc † ex subscriptione, quæ postea fieret non potuisset conualescere. l. quod ab initio. ff. de reg. iur. de testamen. l. si filius. de leg. 3. l. 1. §. 1. cuius tamen cōtrarium erat verum, quia subscriptio poterat fieri qñcunque, antequam produceretur in iudicio & etiam post ante conclusionem. vt infra dicam, & sufficiebat, cùm nō sit solennitas,
30 † quæ requiratur à principio, sed qñcunq; poterat adhiberi. Verba
31 ergo statuti, dum dñt, ꝙ non valeat, † nec teneat ipso iure possunt stare, ppriè & impropriè. Nam in superiori parte requisiuit duo, scilicet ꝙ duo notarij adhibeantur. Item ꝙ ambo se subscribāt, & postea subdit, ꝙ si aliter factum fuerit non valeat, &c. Prout ergo clausula illa refertur ad primum, stat propriè, quia si non fuisset secundus notarius adhibitus, esset nullum ipso iure, nec exhibentia postea facta reconualesceret, quia istud requirebatur ab ipso principio, sed prout clausula, illa refertur ad secundum de subscriptione stat impropriè, & exponi debet, non valeat nec teneat, scilicet in effe-
32 ctum, & illud verbum, † ipso iure, tunc importat, ꝙ etiam parte altera non opponente iudex posit de facto supplere, iuxta not. in l. si vnus §. pactus. ff. de pact. in gloss. in opponendo, quia talis defectus apparet iudici ad oculum, & constat sibi vt iudici, ergo &c. iuxta no. in l. vbi pactum. C. de transact. per glo. & hæc etiam verba probantur ex his, quæ not. Barto. in l. 1. ff. de testamen. in reprobatione opinionis Martini. iuncta l. vniuersa, cum glo. ibi posita. C. de precibus imper. offeren. & l. 1. cum ibi not. in glo. de offic. proconsu. quæ dicit,
33 † quòd verbum semel positum potest poni propriè & impropriè, prout refertur ad diuersa, & not. in l. cum mulier. ff. solut. matrimonio. cum igitur istud instrumentum ante conditum statutum

nouum

nouum non est nullum, sed veniebat annullandum per obiectum exceptionis propter defectum subscriptionis secundi notarij, sed certè nec propriè veniebat annullandum, sed proprius loquendo veniebat repellendum tanquam fidem non faciens, quod patet, quia etiam postquam fuisset productum, & oppositа fuisset exce-
34 ptio ante dictum statutum † potuisset subscribi & mihi profuisset in eadem instantia, vel etiam in causa appellationis quousque potuissent probationes fieri per instrumenta, puta vsque ad conclusionem. cap. cum dilectus. de fide instrumento. sequitur quòd istis conuentis non poterat ius dici aliquod quæsitum contra dictum instrumentum, quòd per partem agentium non potuisset tolli, scilicet, faciendo ipsum subscribi, fortius tolli potuit per sta-
35 tutum. Nam propriè loquendo non erat ius, † sed quædam potentia in actu, seu facultas opponendi contra instrumentum. Si in iudicio produceretur quæ potentia fuerat deducta in actu, & sic potuit per statutum nouum impediri, ne deduceretur, & ne transiret in ius, quia non erat exceptio quæsita, sed quærenda secundum theoricam Bartol. in dicta l. omnes populi, ita allegatam. Patet ergo ex prædictis statutis ineptam fore exceptionem quæ opponitur de iure quæsito, quòd tolli non potuit per dictum statutum. Vnde concluditur dictum instrumentum sufficere ad probationem dicti depositi. Super secundo vero dubio de rescripto breuior ero, quia adhuc magis est expedita responsio. Dico ergo, quòd dicta exceptio nullo modo obstat tali ratione. Nam regula traditur per do-
36 ctores, † quòd quando superuenerit impedimentum iuris ante inchoatam præscriptionem, scilicet, quominus creditor agere possit impeditur præscriptio inchoari. C. de annal. exceptio. l. 1. §. fina. & l. cum notissimi. §. illud. de præscript. 30. annor. de iure dotium. l. in rebus. in fin. & not. in l. ea quæ. §. cum vero. C. de tempor. in integr. restitu. in 1. glo. & traditur per Cyn. in l. quoties. C. de precibus
37 imper. offeren. quinimo dicitur, quòd etiam † si tale impedimentum iuris superueniat post inchoatam præscriptionem, idem sit, videlicet, vt impediat eius cursum, & faciat eam dormire quousque durat impedimentum. C. de iur. delib. l. fin. §. donec. in fi. vbi casus, licet Barto. in l. naturaliter. ff. de vsucapio. videatur dicere quòd de iure ciuili hoc vltimum non reperitur, nisi in casu. l. sicut in fi. C. de præscript. 30. annor. & certè imò inuenitur, vt patet in d. §. donec.
38 in fin. sed impedimentum facti † non impedit ipso iure cursum præscriptionis, sed facit restitutionem concedi, l. & Attilicinius. de seruitu. rustico. prædio. de offic. præsid. l. senatus. quibus ex cau. maior. l. sed etsi per prætorem. in princip. & §. si feriæ. sed constat quòd ante factam liberationem dicto Ioāni debitori per dictum Petrum non potest dici, quòd fuerit inchoata præscriptio in actione princi-
39 pali contra ipsos agentes propter malam † fidem dicti Ioannis,
* qui sciebat se debitorem secundum * communem opinionem per cap. malę fidei. de regu. iur. lib. 6. Nec obstat opinio Barto. in l. sequi-
* tur. §. si viam. ff. de vsucapio. quia * communiter illa opinio reprobatur, vt not. Bald. in l. 2. C. de seruitu. & aqua. & idem Bart. contrarium videtur dicere in l. omnes populi. in 3. quæstio. princ. vbi dicit
40 † non valere tale statutum, quòd debitor sciens se debitorem præscribat, & cum loquitur generaliter, debet intelligi in casu in quo posset valere, scilicet, in debitore malę fidei, vt not. Ioan. And. in c. fi. de except. lib. 6. in nouel. & quod not. in l. si quis sub condictione. ff. de condit. instit. per Bart. cum vero postea fuit sequuta dicta liberatio, si volunt dicere, quòd causauerit bonam fidem, & sic licet de se
41 non esset respiciens ad liberationem statutum, † saltim causam dedit præscriptioni inchoandæ, per ea quæ not. in cap. de quarta. de præscriptio. in glos. & in cap. si diligenti. eodem titu. & quod not. Bart. in l. Celsus. ff. de vsucap. in antepen. colum. qui dicit, quòd titulus putatiuus, etiam iniusto errore interueniente causat bonam fidem, vt sic posset procedere præscriptio longissimi temporis, in
42 qua titulus non requiritur. l. nunquam. eo. tit. & ista † præscrip. 20. annor. statutaria succedit loco præscriptionis longissimi temporis, vt not. Barto. in l. 2. §. si rem. ff. pro emptore. & sic in ea videtur esse idem quòd in illa cuius loco succedit argumen. in contractibus. post principium. C. de non numer. pecu. dico quòd si vellent dicere dicti conuenti, non possent de iure, nec ista allegatio procederet, eo quia statim cum ista deliberatione fuit subsecutum, & illatum im-
43 pedimentum iuris. † Dum dictus Pandulphus per suum decretum (quod tunc ibi pro lege habebatur, & faciebat ius) voluit quòd dictus Ioannes super dicto debito non posset amplius molestari, vnde fuerunt dicti agentes statim impediti petere per dictum decretum, dicti domini, & sic per legem. Vnde dicitur fuisse impe-
b ditione *b* iuris, & superuenit ante inchoatam præscriptionem, vnde impediuit eam inchoare etiam de iure ciuili per dict. leg. 1. in fin. Cod. de annal. exceptio. cum alijs supra allegatis. & per theoricam doctorum in dicta l. quoties. Cod. de precibus imper. offeren. vnde fortius si volunt dicere quòd inchoauerit præscriptio post mortem Ioannis in persona hæredum eius, cum ipsi fuerint in bona fide, licet Ioannes non fuerit per ea quæ habentur in cap. cum quis in
44 eius. de regulis iuris, libr. 6. † Nam dudum ante mortem Ioannis & sic ante inchoatam præscriptionem, superuenerat dictum impedimentum iuris, ergo fortius impediuit eam inchoari quam quando eodem instanti quòd debebat, & poterat inchoari, superuenit, prout est in casu præcedenti, quousque igitur durauit impedimentum præscriptio non curret, & sic durantibus præcedentibus dormiet. Item posito, quòd cessasset prædictum impedimen-
45 tum iuris, tamen fuit aliud impedimentum facti, † scilicet, hostilitas inter locum vbi erant creditores & ciuitatem Brixiæ, ad cuius curiam oportebat eos concurrere pro iustitia consequenda, sed non potuerunt, & istud impedimentum non solum impedit præscriptionem inchoari, sed etiam inchoatam facit dormire ipso durante, vt in cap. ex transmissa. de præscriptioni. & non solum de iu-
46 re canonico, sed etiam † de iure ciuili secundum Innocen. ibidem in princip. & Barto. in l. naturaliter. ff. de vsucapio. quicquid de alijs impedimentis facti. not. Cyn. in d. l. quoties, scilicet quòd non impediunt nec dormire faciunt, sed concedi faciunt restitutionem in
47 integ. In isto † autem impedimento hostilitatis est speciale, vt impediat cursum ipso iure, quando est tanta, quòd ius non redditur in ciuitate secundum not. in dictis locis, sed tunc licet redderetur ius ciuibus Brixiensibus non sic in forensib. habentibus cum illa guer-
48 ram. Vnde quantum † ad eos perinde est ac si ius in ciuitate illa
49 simpliciter non fuisset redditum, sicut paria † sunt aliquem non habere mandatum, vel habere mandatum generale quod ad id de quo quæritur non extenditur. l. alias. ff. de iureiuran. & nota. in l. 1. §.
50 quæsitum. ff. ad Trebel. Nec obstat, † quòd debuerant protestari se agere non posse, secundum quòd sentit Innocen. in d. c. ad quos. facit. l. 2. cum sua glo. ff. de nau. fœnore. & l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper. noui nuncia. vel experiri non valendo illuc accedere & agere. l. fina. §. illud. post medium. Cod. de tempor. appellatio. ibi summa ope nissum, &c. ff. de re milit. l. qui commeatus. §. primo. & not. Bart. in l. 2. ff. si quis cautio. Nam dico ista procedere, quando de impedimento constare non potest, vel cum agitur de constituendo aduersarium in mora. vel cum diligentia fuisset proficua, vt patere potest ex dictis iuribus cum ibi not. si bene inspici-
51 antur, sed quando † impedimentum fuit notorium. & diligentia nil profuisset, prout fuit in casu isto, quia non poterant accedere & experiri sine ipsorum periculo. Nec igitur de constituendo aduersarium in mora, sed de excusando se à negligentia petendi, vt hic erat, non expediebat dictam protestationem inutilem & superflu-
52 am facere: qua † veritas vel patens & manifesta verborum adminicula non desiderat. Cod. si minor ab hæredita. abstineat. l. pri-
53 ma. de liberis præteritis. l. 3. in fin. Nec tenetur quis † facere, quod factum non releuat nec prodest. ff. si quis in ius vocatus non ierit. l. 2. §. fiua. & de arbitrijs. l. arbiter si calendis. & l. fina. §. quæri potest, in fin. ff. si quis in bono. posses. seruet. vbi est bonus text. ad propositum, & not. Bart. in quęstio. disputata per eum quę incipit, pupillus, & posita in l. 2. ff. qui petant tutor. post princip. quæstio. in
54 quart. argument. Concluditur ergo dictam præscriptionem, † nedum non fuisse decursam, sed nec vnquam inchoatam obstante mala fide à principio, & impedimento iuris, ex post facto & ante ipsam inchoatam superueniente, nec non impedimento hostilita-
55 tis, quod licet † sit facti, tamen impedit præscriptionem inchoari & inchoatam dormire facit, & licet ista impedimenta cessauerint, postquam ciuitas Brixiæ peruenit ad manus Illustrissi. D.D. tamen adhuc non inchoauit durante malafide superueniente in
56 † hæredibus debitoris, & etiam lite mota, & sic exceptio principalis non obstat istis agentibus & hoc de secundo principali dubio. Super tertio passu dico liberationem factam per dominum Pandulphum non prodesse in aliquo dictis conuentis, nec nocere dictis agentibus, quod pluribus modis ostenditur. Et primo, quia certum est, quòd bona illius creditoris patris istorum agentium non erant confiscata, & sic dictus Pandulphus, vel eius camera non successerat in hoc credito, nec fuit sequuta solutio, sed simplex li-
57 beratio verbalis & gratuita, † non potuit dominus Pandulphus, vel alius de suo mandato per actum tollere talem actionem de æquitate. Cod. de nouationibus. l. non abstulit. ff. eodem. in l. Stichum. §. penultimo. sed hoc de confiscatione, vel solutione facta per dictum Ioannem debitorem non constat nisi per confessionem dicti domini Pandulphi, contentam in suo mandato dire-
58 cto suis officialibus, vt liberarent, constat autem quòd † dictæ confessioni non est standum in præiudicium tertij creditoris, cui

non

c non potuit auferri actio nisi fuerit facta confiscatio, c vel nisi fuerit facta solutio à debitore coacto in iniuriam creditoris, inuen. plene not. per Bart. in l. creditor. post principium. ff. de solutio. post Dyn. quo vltimo casu non liberaretur potius de æquitate quam de rigore. l. qui hominẽ, §. si nullo. ff. eo. tit. iuncta l. bona fides non patitur. ff. de regu. iur. & l. si merces. §. culpæ. ff. loc. solu. matrim. l. penult in
59 princip. quæ æquitas † cessat si solutio non fuit facta, quia † tunc
60 debitor tractat de lucro captando, id est, de consequenda liberatione gratuita, sed si soluisset tractasset de damno vitando, & tunc secus, quia non est par eadem que ratio, &c. C. de conduct. l. fina. non ergo debet stare dictæ confessioni domini Pandulphi de confiscatio. & solutio. prędictis, si aliter non apparet de ipsis in prędiudicium creditorum, vt sic faciat valere liberationem quæ alias non valeret, tum quia fictio fieri potuisset ob gratiam dicti Ioannis debitoris, qui erat cõsiliarius dicti domini Pandulphi. argumen. de transctio. l. cum hȳ. §. cum lis. ff. de fide instrumen. l. repetita. cum ibi
61 nota. tamen † quia testibus iuratis & non testimonijs talibus credendum est. l. 3. §. idem diuus. cum ibi no. ff. de testibus & pluribus.
62 non vni etiam † de gestis coram se iudicialiter. C. de arbitr. l. ne in arbitris. §. sin autem in scriptura. cum ibi nota. per gloss. & doctores, de testibus. l. iureiurando. extra eodem titu. cap. cum à nobis. Et breuiter, quòd confessioni vnius non stetur in præiudicium tertij est casus in l. Seia mancipia. in princip. ff. ad Velleianum. quam allegat Specu. ad hoc in titu. de instru. æditio. §. postremo. vers. sed nunquid. & in Authent. de æqualita. dotium. §. Primum quidem. & l. si quis in graui §. 1 ff. ad Syllan. cum ibi not. per Bart. C. de testamen. l. verba. & C. debito. vendi. pignor. impedire non posse. l. 1. & quod not. Cyn. C. de iure dotium. l. vbi adhuc. in 12. quæstio. & quod not. glo. parua in l. assiduis. C. qui potio. in pignor. habeant super verbo data. & in l. si quis posthac. C. de bonis proscripto. & quod not. Bart. in l. Lucius. §. tutelæ. ff. de administra. tuto. & l. 2. in fin. ff. si certum petatur. & in l. duobus. §. à fideiussore. ff. de iureiuran. Perinde enim a habentur, ac si confiscatio prædicta & solutio factæ non fuissent, si aliter de ipsis non apparet, quàm per confessionem domini Pandulphi contentam in dicto mandato, & sic reputatur ista liberatio merè gratuita, & facta ob gratiam dicti Ioannis, & causa sibi com-
63 placandi, & sic † tanquam ambitiosa non valet in præiudicium dictorum creditorum. C. de transactio. l. præses. & ff. de decret. ab ordi. faciend. l. ambitiosa, & alias iuribus supra allegatis. Secundo dico, quòd etiam si appareret de solutione, adhuc tamen non prodest
64 dictis conuentis, quia † non potest dici facta coactè postquam non contradixit præcepto facto per officiales dicti domini, etiam si appareret dictum præceptum sibi fuisse portatum per nuncium, quod tamen non apparet, vnde potius dicitur fuisse facta sponte, & sic non liberat. l. qui hominem, §. si nullo. ff. de solutio. & de condi.
65 indeb. l. si vrbana, quòd autem † requireretur resistentia & contradictio. & postea iussus non obstante contradictione, ad hoc vt possit dici solutio non spontanea, sed facta iussu superioris & sic habeant locum. not. in d. l. creditor. de solutio. & in Speculo de obligatio. & solutio. §. nunc aliqua. versicu. illud quæritur, & prosit. ff. quæ b in fraudẽ credito. l. qui autem. §. apud Labeonem. est text. expressus
in simili. ff. de minorib. l. ait prætor. §. permittitur. ibi puto autem si allegant, &c. & ibi per Barto. in l. minor. 25. annis habito. eodem titu. per eundem. & nota. Bald. C. de testi. l. parentes. post principium. ad quod optimè text. in l. secunda, in fin. principij. ff. de iudicijs. ibi autem si cum restituisset, &c. Maximè, quia suberat legitima
66 † causa resistendi, quia creditor non potuit esse rebellis, nec propter rebellionem eius bona potuerunt esse confiscata, postquam mortuus fuerat ante adeptum dominium per dominum Pandulphum, & præceptum continebat contrarium. Imputetur ergo sibi
67 † & suis hæredibus quare exceptionem peremptoriam quam sciebat & scire poterat sibi competere, & per quam si eam opposuisset c potuisset euitare solutionem, non opposuit. ff. mandati. l. si fide-
68 iussor. post principium. Tertio quòd dicta liberatio † non prosit conuentis, (posito quod appareret de solutione probata) quia non potest videri facta virtute mandati domini Pandulphi, nisi appareat quòd dictum mãdatum fuerit sibi prȩsentatum per nuncium, cui fuerit hoc commissum. C. de exhib. & transmitten. Rei. scilicet. l. neminem. & per eius relationem iuxta not. per Barto. ff. de condit. & demonstrat. l. multum. & C. de iudici. l. properandum. §. & si quidem. quorum neutrum hic est, & sic licet reperiatur dictum mandatum seu præceptum copiatum in camera, tamen ex quo non apparet exequutum præsumitur ille Ioannes de ipso nullam notitiam habuisse. l. verius. ff. de probatio. & per consequens ad ipsum non habuisse respectum aliquem, nec propter ipsum solutisse, sed
69 sponte & sua propria voluntate. Igitur non fuit liberatus, quia † tũc liberatur soluens alteri quàm creditori quando non sponte, sed iussu superioris soluit. l. qui autem. §. apud Labeonem. ff. quæ in frau. credi. quia talis iussus excusat. l. quanquam. ff. de aqua plu. arcen. &
70 l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. Item quod non † soluerit virtute dicti prȩcepti, facit quia dudum post ex interuallo dī soluisse. argu. eorum quæ habentur in l. per retentionem. C. de vsur. quasi non duraret voluntas mãdantis propter tĩn interuallũ, per ea quæ
71 not. per doct. in l. nõ solum. §. si mandato. ff. de iniur. & quia † solutio fuit facta in alia forma q̃ contineat mandatum. s. domini Pandulphi cũ mandatum dicat cameræ, ergo &c. ar. l. si is qui quadringenta. §. quædam. ff. ad l. Fal. ad exhib. l. Iulianus. §. si quis rem. in fi. de acq. rer. domi. l. adeo. §. insulam. ante fin. Quarto & vlti. quòd nõ
72 possit probatur, quia tam ex qualitate personæ cui facta fuit † dicta liberatio, quia erat consiliarius & sic dilectus dñi Pandulphi, quam expressione manifestæ falsitatis, quia fuit narratum, ꝙ ille creditor erat, vel fuerat rebellis domini Pandulphi, & ꝙ propter rebellionẽ eius bona fuerant confiscata, quod esse non poterat postq̃ mortuus erat, antequam esset ei subditus, ac etiam ex modo & forma rei ge-
73 stæ, quia † cum essent plures rei debendi, elegit istum Ioannem qui erat domino Pandulpho magis dilectus, cum esset eius cõsiliarius. Vnde credendum est, ꝙ elegerit, vt illi proficeret non vt ipsum condemnaret ad soluendum, quia tunc elegisset alios minus dilectos. Credendum est ꝙ omnia ista fictitia, & simulata, scilicet ꝙ nulla interuenerit solutio, sed ꝙ dominus Pandulphus volens sibi complacere de alieno, stimulatus forsitan ab eo voluit ipsum liberare sub
74 isto colore prætenso, nam † simulatio ex talibus coniecturis detegitur. ff. qui & à quibus. l. maritus. cum l. sequenti. & de collusio detegen. per totum. ideo † iniquum esset malitiam suam sibi prodesse,
75 vel hęredibus eius, & de ipsa lucrum consequi. l. itaq; ff. de fur. Laus Deo, ego Paulus de Castro.

ADDITIONES.

a Ante confectionem ipsius statuti.) Adde ꝙ statutum † simpliciter
76 loquens trahitur ad præterita si declaratiuè loquitur, iuxta tex. in l. vlt. C. de pac. pig. Authen. de rapt. Mulier. §. fin. c. cùm in cunctis. §. hoc sanè. de elect. Io. And. in c. fi. de verb. signi. lib. 6. in vlt. col. vers. in gl. per hoc ibi declaratoria Fel. in c. quoniam. de constit. nu. 4. Dec. ibi. nu. 13. Bal. in l. non dubium. C. de leg. in 3. not. Paul. Cast. in l. hęredes palam. §. si post. num. 3. & seq. ff. de testamen. Feder. de Sen. consi. suo 112. Amice carissime nu. 3. Alber. de Ros. in tract. de statut. quæst. 70. li. 1. nu. 20. cum seq. Ias. in l. non dubium. C. de leg. nu. 10 Rom. consi. suo 42. post num. 3. Visis quæ egregiè. Alex. consi. suo 7. lib. 2. Visis & diligenter animaduersis. nu. 4. Ang. de Vbal. consi. 174. Non est dubium. post nu. 2. & nouissimè Doctissi. Iac. Menoch. in suo opere de arbitra. Iud. q. 73. num. 17. & 18.
77 Fallit tamen superius dictum in casibus † sententia, vel transactione decisis per text. in l. pen. & fin. C. de sacr. san. eccl. & in casibus qui diuturnitate corroborati sunt. Auth. de non alie. §. alienationis. & si hac in re copiosius scire velis, recurras ad Alber. in tracta. statut. vbi nobis in hac materia scriptum reliquit ad saturitatem dicta q. 77.
b Impedimentum iuris. Adde † quod iuris impedimentum & facti,
78 puta hostilitas impediunt præscriptionẽ non currere & ipsam dormire faciunt secundum Inn. in c. ex transmissa. de præscrip. nu. 1. Io. And. ibid. 1. col. vers. dicunt quidam. Host. ibid. col. 1. versi. sed contra, &c. ibi, hostilitatis & Abb. nu. 13. Fel. nu. 8. Henri. Boye. num. 2. & per totum. vbi distinguit Bart. in l. 1. §. si quis. nu. 1. ff. de itin. act. priua. & in l. naturali. nu. 22. ff. de vsucap. & in l. senatus. ff. de offi. præsid. vbi distinguit in impedimento iuris & facti. Bal. in l. quoties. C. de precib. imp. offeren. nu. 3. Alber. de Ros. in l. senatus. ff. de off. præsid. nu. 3. Pet. de Ancha. consi. 443. nu. 12. Cravet. consi. 148. nu. 7. ver. non obstat. & nouissimè D. Roland. à Valle consi. suo 79. nu. 15. cum seq. vol. 1. Afflict. dec. 5. consi. Neap. 139. col. 3. & est commu. opin.
c Confiscatio. Adde ꝙ si filius debebat Mæuio † decem commune seu
79 curia quæ prętendunt bona Mæuij sibi confiscata, liberant Titium, quæritur an sit tutus & liberatus aduersus creditorem & dicitur ꝙ non, nisi prius sequuta confiscatione bonorum Mæuij, vel ꝙ dictus Titius coactè soluerit secundum Spec. tit. de obliga. & solut. §. nunc aliqua de solut. num. 6. & ibid. Bald. in addit. quę incipit soluere illa decem sub litera h. facit tex. no. in l. Paulo Callimacho. §. fi. ff. de leg. 3. Cyn. in l. cum te. C. de his quæ met. cau. circa fin. super 5. exceptione. Fede de Sen. consi. suo 239. nu. 2. & Compostellanum per ipsum relatum in c. mandatum. extra de rescrip. Bal. in l. liberta. num. 2. ff. solu. matri. & in l. falsus. C. de fur. nu. 30. Alex. in d. l. liberta. num. 2. Bar. in tract. de Tyran. nu. 23. Dec. consi. 225. nu. 1. Bal. consil. 128. vol. 2. nu. 1. ver. antiqua est quæst. & nouissimè Doc. Iul. Clar. in sua praxi criminali. §. h. q. 79. ver. item in fiscum transeunt sequuta confiscatione, vbi plures auctoritates adducit, & testatur de commu. opin.

Iussu

d Iussu superioris. Coactè dicitur soluere † qui iussu superioris soluit,
80 secundum Bart. in d. tracta. de tyrannide. num. 25. Dec. consi. 25. nu. a
2. vbi plenius, & ibi testatur de communi opinione. Bald. consil. 128.
vol. 2. num. 1. Alber. de Ros. tract. de stat. q. 86. lib. 1. num. 1. 5. & 10, vbi
plura congerit, & videas.

ARGVMENTVM.

Filius viuente patre mẽte capto recepit dotem. Quæritur vtrum pro restitutione illius bona patris sint obligata, si filius viuo patre decesit.

SVMMARIA.

1 *Obligatio sequitur personam & rem obligatam.*
2 *Actio de peculio est personalis.*
3 *Pater tenetur se & bona sua obligare pro restitutione dotis receptæ à filio suo & eo quòd consentit filio contrahenti matrimonium censetur se obligare, & quomodo procedat, num. 10.*
4 *Consensisse videtur qui propter furorem cõsentire non potest, si non subest aliqua iusta causa contradicendi.*
5 *Pater naturali ratione tenetur dotare filiam ita & pro filio dare donationem propter nuptias ne impediatur matrimonium propter defectũ dotis.*
6 *Quod contingit ex causa necessitatis ne publica vtilitas impediatur lex exigit vt habeatur ac si factum esset.*
7 *Qui potest actum facere & non facit ex negligentia eius ad quem spectat sibi imputetur.*
8 *Pro dote in dubio determinandum est.*
9 *Filius viuente patre est quasi Dominus.*
11 *Pater mente captus non potest se obligare.*
12 *Pater non tenetur de dote data filio.*
13 *Mente captus non potest contrahere matrimonium.*
14 *Surdus & mutus sine seruo non possunt dotem stipulari.*

CONSILIVM XIIII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Proponitur in facto quòd quidam Franciscus habens patrem nomine Guidonem, qui pater erat mente captus & sine intellectu & mente, accepit vxorem & confessus est ab ea recepisse certam quantitatem nomine dotis, deinde viuente dicto suo patre mortuus est. Postea decesit dictus Guido pater eius. Quæritur nunc vtrum pro dotis restitutione sint obligata bona dicti Guidonis patris domini Franciscí? Et videtur quòd non, quia
1 † ipse Guido non recepit dotem, nec se pro ea obligauit, sed ipse tantum Franciscus & eius bona sunt obligata, Guido vero non nisi vsque ad vires peculij si Francisco peculium concesserat. ff. solut. matrimo. l. si cum dotem. §. transgrediamur. cum ibi not. quæ † actio
2 de peculio est personalis. l. summa. in fin. ff. de pecul. & plenè nota. in l. frater à fratre. ff. de condictio. indebit. per Barto. Contrarium videtur verius per not. in dict. §. transgrediamur. per Barto. vbi de-
3 terminat, quòd pater † cogitur obligare se & bona sua pro restitutione dotis receptæ à filio suo, & eo ipso, quòd consentit filio contrahenti matrimonium & recipienti dotem videtur se & bona sua obligare per l. si filius. ff. de tut. & l. si inter tres. §. imperator. ff. de excusat. tutor. sed qui propter furorem consentire non potest habe-
4 tur † pro consentiente si non suberat aliqua causa contradicendi, & sit casus in quo, si esset sanę mentis cogeretur consentire, vt habe-
5 tur eodem titu. solut. matri. l. 2. §. voluntatem. Igitur &c. Nam † pater naturali ratione sicut tenetur dotare filiam, ne propter defectum dotis matrimonium impediatur, ita & pro filio dare donationem ante nuptias. l. qui liberis. ff. de ritu nupt. & vbi non est consuetudo talis faciendi donationem ante nuptias, debet & tenetur obligare se & sua secundum Bart. in d. §. transgrediamur. Posito er-
6 go, quòd se non obligauerit, nec consenserit, quia † tamen hoc contingit ex causa necesitatis propter defectum consensus eius ne
publica nuptiarum vtilitas & matrimonium impediatur, lex exigit, vt habeatur perinde ac si consensisset. ff. de capt. l. in bello. §. medio. vbi est text. optimus, ad propositum facit, quod habetur. in l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infecto. ibi cautio, quæ erat fienda necessariò pro facta habetur. ff. de vsufru. ea. rer. quæ vsu consumun. l. hoc senatus. §. 1. de lega. 3. l. fin. §. filia. & de euictio. l. 2. & de adopt. l. his verbis. Nec obstat, quòd primo loco allegaui in contrarium,
7 quia procedit vbi pater potuisset consentire & filius † vel eius vxor
a fuissent negligentes in faciendo eum consentire *a* vel notificando
8 sibi, quod hic non est ad quæ facit, quia † in dubio pro dote determinandum est, vt in regu. iuris. cum semper & vbique præcipua sit
9 eius causa. ff. solu. matrimo. l. 1. cum similib. Item filius † viuente patre fuit quasi Dominus in l. suis. ff. de libe. & posthu. Laus Deo, Ego Paulus de Castro.

ADDITIONES.

Consentire. Adde quòd pater tenetur se obligare pro dote data filio qui duxit vxorem eius voluntate si non duxerit indignam, secundum Specu. titu. de dot. post diuort. restit. §. formatis instrumentis. num. 11. Bart. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. solut. matrimo. num. 2. Bal. ibid. in 2. q. ver. Oldr. tenet dictum Dyn. Pau. Cast. ibid. num. 14. Ange. Imol. & Alber. num. 6. ex hac conclusione Paulus Castrensis consultus dixit, ꝙ pater mente captus teneatur ad dotem receptam à filio suo, & præmortuo illã restituere. idem voluit ipse Castrensis in d. §. transgrediamur. circa fin. num. 14.

Contrariam sententiam sequutus est Alex. in d. §. transgredia-
11 mur. nu. 7. ver. iuxta prędicta, vbi scriptum reliquit, ꝙ † pater mente captus non obligatur, nisi filia petat dari curatorem patri mente capto, vt se obliget, secũdum l. 1. & l. admone eam. C. qui petant tut. & respondet ad adducta per Paulum. Quam sententiam amplector, & confirmo auctoritate. l. quemadmodum. ff. de iur. dot. vbi est ca-
12 sus, si pater † non ratificauit iustrumentum dotis receptę à filio, nõ tenetur. ibi in illis verbis traditione, &c. ita ꝙ neꝙ periculum neꝙ culpam dominus aut pater præstet quandiu ratam promisionem
13 non habuerit. eo magis, quia † mente captus matrimonium contrahere non potest, scdm Ang. & Ias. in l. humanitatis. nu. 7. in fin. C.
14 de impub. & aliꝭ substit. Confirmatur simili de surdo, & muto, qui per seruum finguntur stipulasse dotem, alias absꝙ seruo minimè, secundum Bal. Nouel. in tracta. de dot. part. 6. in 2. & facit nouisimè dictum Ioan. Croti consi. suo. 5. vol. 1. Visa eleganti instructione. nu. 23. vbi dicit, ꝙ instrumentum mente capti etiam ad pias causas non valet, quia non obligatur naturaliter. Balthas. Quinctius V.I.D.

ARGVMENTVM.

Vtrum secundus creditor posita agere hypothecaria contra emptorem pignoris si ex precio illius satisfactum fuerit primo creditori, & an succedat in locum primi creditoris, & quòd vnus testis qui deponit de facto proprio probet.

SVMMARIA.

1 *Qui habet causam à filio necesse habet fateri bona fuisse ipsius filij.*
2 *Simplex solutio non operatur pactum succedendi in iure communis.*
3 *Solutio facta camerario recipienti pro communi operatur successionem, in bona communia.*
4 *Quod intellige quo ad retentionem & exceptionem non quo ad hypothecam.*
5 *Intellectus ad gl. in l. cum prætor. ff. de distractio. pigno.*
6 *Verbalis productio non sufficit.*
7 *Depositio camerary probat & est casus in quo dictum vnius testis probat contra reg. iur.*
8 *Deponenti de facto suo etiam seruo creditur & quando.*
9 *Intellectus ad l. vbi numerus. ff. de legibus.*
10 *Emptor pignoris habet retentionem quando pecunia peruenit ad primũ creditorem, & secundus intendit pignus vendicare.*
11 *Dictum prævalet scripto & quando.*
12 *Deponenti de facto proprio est ei fides adhibenda.*

CONSILIVM XV.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ. Amen. Visis actis & actitatis in curia potestatis Prati inter Guidutium Petri Guidutij agẽtem ex parte vna, & Spemen reum ex parte altera, super quadã domo & quibusdam petiꝭ terræ quas dictus Guidutius per hypothecariam sibi vendicauit tãquam bona, quæ fuerunt Ioannis olim Bartholomæi, qui vna cum bonis suis erat obligatus dicto agenti ex instrumẽto compromisi, & laudi, præsuppositio, quòd intentio agentis sit fundata in hypothecaria tam ex dicto instrumento, & laudo, quam ex eo ꝙ dicta domina prætendit causam habuisse à dicto Ioanne, & sic habet † necesse fateri dicta bona fuisse Ioannis. C. de probatio. l. siue possidetis. & quod not. eodem titu. l. cum res. Quæritur an ex hoc solo, quòd precium dictorum bonorum fuit solutum per dictam dominam camerario communis Prati recipienti pro dicto communi cui prædictus Ioannes & eius bona erant per prius obligata ratione extimi (vt asseritur) & sic habebat priora, & meliora iura, q̃ dictus Guidutius, debeat obtinere. Et dubium stat in hoc, an prædicta domina sic simpliciter soluendo nõ interueniente pacto, quòd in ius dicti communis succedat, an in dictum ius succedat nec ne? & videtur, quòd † non per l. Aristo. cum ibi plene no. ff. quæ res pig. oblig. poss. & C. de his qui in prior. credito. loco succed. l. 1. Præterea etiam si pactum illud interueniisset, non videtur aliquid operari, ex quo dicta domina dominium acquisiuit cum quo non potest stare ius pignoris, vt l. neque pignus, ff. de regu. iur. In contrarium vide-
3 tur † tex. quod quatenus soluit prædicto camerario pro dicto communi

muni recipienti sit tuta, & nisi illud sibi auferatur, possunt dicta bona per hypothecariam ab ea aduocari. etiam alio pacto de succedendo in ius illius non interueniente. ff. qui potio. in pign. habeantur. l. qui à debitore. l. 3. §. cùm ex causa. & de distra. pigno. l. cum prior. versicu. si tamen debitor. Breuiter, licet quo ad actionem hypothecariam, & eius pignoris prædicta domina non successerit dicto communi per prima iura, & rationem, tamen successit quo † ad
a retentionem, *a* & quo ad excipiendum, ex quo possidet, vt est casus, in l. 1. in princip. ff. quib. mod. pigno. vel hypotheca soluitur. & istud sensit gloss. mouendo dubium & arguendo in d. l. cùm prætor. ff. de distract. pigno. & licet in fin. non videatur approbare, dum dicit, q̃ non placet, &c. tamen ego nescio quo † spiritu ducta dixerit illud verbum vltimum, cùm dicta pars sit verissima per dicta iura, quod etiam firmat glo. in d. l. 1. in princip. ff. quibus mod. pigno. vel hypotheca solui. super verbo desiderabit, dum remittit ad dictam leg. cum prætor, & eam aliter intelligit, quam intellexit in illa. l. cum 1
prior, & ista pars æquior videtur. Producit primo procurator dictæ dominæ extimum ratione cuius dicebatur prædictus Ioannes debitor communis Prati, & sic etiam dicta bona per consequens erant ei obligata. l. Imperatores. ff. de public. & C. sine cens. vel reli- 2
qui, per totum, & dico quòd producat realiter, & fidem faciet iudi-
6 ci. Nam † verbalis productio non sufficit, quæ est facta, super hoc
7 autem, quòd solutio fuerit facta camerario prædicto, & † conuersa fuerit in solutionem dicti debiti. satis sufficeret depositio & testificatio dicti Camerarij. Primo per tex. in l. 2. §. ad hęc. C. de quadrien.
8 præscript. Secundo, quia agitur de facto suo, † de quo etiam vni seruo creditur licet cum tortura. l. quæro. in fin. ff. de ędil. edict. sed 3
homini libero credendum est sine tortura, nec obstat. l. iusiuran. C.
9 de testi. & l. vbi numerus. ff. eod. quia † illa procedunt quando producuntur testes super facto alieno, secus quando super proprio per prædicta. Concludo quòd facta fide iudici de dicto extimo & 4
debito communis prædicta Domina debet obtinere & absolui.
Laus Deo. 5

ADDITIONES.

a Quoad retentionem. Adde † Alber. de Rosa. in l. cum prior. post
10 num. 11. ff. de distract. pign. vbi tenet q̃ emptor habet exceptionem, & secundus tenetur offerre precium quando pecunia peruenit emptoris ad primum venditorem firmat, Barto. eo. loco. num. 1. Bal. in 6
l. 1. C. si antiq. cred. pig. vend. per totam legem.

b Dicto camerarij. Adde Bald. in l. 2. C. de iure emphyt. in 2. lectu. nu.
17. versi. sed iuxta hoc dubitari potest. Barto. in l. illa stipulatio. ff. de
verbo. oblig. post num. 19. & in l. si decem. eod. titu. nu. 6. & est ratio, 7
11 quia † dictum prævalet scripto, quando ille idem qui dixit, scripsit,
12 secundum Bar. in l. quoties. §. 1. nu. 22. ff. de hære. instit. & cum † deponat de facto proprio plena fides est ei adhibenda. l. cum probatio. ff. de probat. Paul. de Cast. in l. eos. nu. 1. & 2. C. de test. & in l. quicunque. C. de ser. fugit. post nu. 11. & nouissime doctiss. Ioan. Ceph. consil. suo 179. volu. 2. nu. 7. Multum Magnificus & consi. 225. nu. 4. eod. vol. Ad fauorem Domini Francisci. Bal. Quin. V. I. D.

ARGVMENTVM.

An legitimatio Papæ in terris Imperij valeat & concludit quòd sic.

SVMMARIA.

1 *Legitimatio facta per Papam in terris Imperij non valet, & num. 14.*
2 *Legitimatio facta per Papam in terris Impery sine consensu patris non valet cum intellectu. c. per venerabilem, qui filij sint legi.*
3 *Pater sine iniuria venientium ab intestato potest eis bona auferre & alteri relinquere.*
4 *Pater consentiendo legitimationi videtur prorogare iurisdictionem Papæ.*
5 *Iurisdictio temporalis Imperij pendet ab Ecclesia.*
6 *Donatio Constantini fuit quædam resignatio in manu superioris.*
7 *Actus iurisdictionis voluntariæ potest per contrahens exerceri extra iurisdictionem exercentis.*
8 *Actum exercenti in præiudicium ecclesiæ debet ei ecclesia gremium claudere.*
9 *Imperator in terris Ecclesiæ ad patris requisitionem potest legitimare.*
10 *Papa in terris Imperij habet iurisdictionem in habitu.*
11 *Imperator in terris Ecclesiæ non habet iurisdictionem nec habitu nec actu, quia totaliter se spoliauit donando.*
12 *Iurisdictio facilius prorogatur de habitu in actum quàm de nulla ad aliquam.*
13 *Clausula sine præiudicio venientium ab intestato vendicat sibi locum quando nullum fuit conditum testamentum.*
15 *Legitimatio Papæ in terris Imperij valet & quando concilientur communes opiniones contrariæ. num. 16.*

CONSILIVM XVI.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Visa quadam dispensatione Papali facta cum Paulo filio Siluestri Bucchæ nato cum ipso Siluestro coniugato, & ex quadam muliere soluta per dominum Ioannem Papam decimum tertium & confirmatam per dominum Papam Martinum præsentem ad instantiam & supplicationem dicti Syluestri Bucchæ, vt possit succedere dicto Syluestro non habenti tunc nec postea liberos legitimos, & naturales. Quæritur an valeat, & vtrum ex ea fuerit effectus habilis ad succedendum eidem ex quodam nepote & fratre carnali, & attento, quòd facta est in terris imperij non subiectis Papæ quo ad temporalem iurisdictionem. Circa quod discutiendum, quia vetus est quæstio, & trutinata per Doctores summatim, & concluiuè procedendo, videtur textus clarus & a- 1
pertus, † quòd non valeat in cap. per venerabilem. qui filij sint legitimi. Nam diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet, in Authen. quomodo oporteat Episcop. in principio, nec debet alter de alterius iurisdictione se impedire, de iudici. cap. nouit. qui filij sint legitimi.
cap. causam. Breuiter istud procedit, si ista † legitimatio vel dispen- 2
satio facta esset sine consensu patris, puta post eius mortem, sed quia facta fuit de postulatione dicti Siluestri patris, ille text. cap. per venerabilem. post medium, in versiculo rationibus igitur, probat contrarium, scilicet, quòd valeat, quia ibi Papa legitimauit filium Regis Franciæ, qui non erat sibi subiectus in temporali iurisdictione, quia Pater pro hoc supplicauerat, nulli etiam fit præiudicium non venientibus ab intestato, quibus † sine aliqua illorum iniu- 3
ria potuit Siluester sua bona auferre relinquendo alteri, & penitus extraneo, iuxta not. per Barto. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthumis. ante fin. argumen. l. si adoptio. de adoptio. Et quia pater † consentiendo videtur prorogasse iurisdictionem Papæ, quòd fieri potuit maximè secundum opinionem, quam tenet Ecclesia. iurisdictio † temporalis imperij pendet ab Ecclesia quæ substantia sibi reseruata, commisit exercitium eius imperatori. per ea quæ not. Innocen. in cap. licet ex suscepto, de foro competen. & ideo dicunt quòd donatio Constantini fuit quædam Resignatio in manu † superioris. Sicut ergo Papa potest prorogari de habitu ad actum per consentientem & sine præiudicio & iniuria alicuius. l. 1. & 2. ff. de iudic. & quod not. Innocen. in cap. prudentia. de offic. deleg. non potest conqueri superior dicti Siluestri quòd sibi & suæ iurisdictioni in hoc derogetur, vt l. fin. fam. erc. & l. 1. §. & post operis. ff. de no. oper. nuncia. item quia † iste est actus iurisdictionis voluntariæ, qui pōt inter contrahentes exerceri extra iurisdictionē exercentis. ff. de adopt. l. eum qui. §. apud proconsulem. ff. de offic. proconsul. l. 2. Nec obstat, quòd Papa in d. c. per venerabilem, voluit hoc facere ad postulationem patris de quo ibi in suprascriptione habetur, quia istud non fuit ex eo quòd non posset, sed ex eo, quòd 8
sibi non placuit, quia pater † ille vxorem expulerat sine iudicio Ecclesiæ, & alteram superduxerat in contemptum Ecclesiæ, vnde debuit Ecclesia sibi in pœnam claudere gremium, argum. l. auxilium. ff. de minor. & istam opinionem firmat ibi Hostien. & Ioan. Andreæ videtur etiam sentire in versiculo, super verbo requisiti, pro quo etiam facit, quia econtra Imperator, vel habens auctoritatem ab eo 9
† potest in terris suppositis Ecclesiæ Romanæ quo ad temporalem iurisdictionem legitimare ad requisitionem patris, vt ibi not. per Ioan. Andreæ & Anton. de Butr. & per Bal. expressè in c. 1. constitu. c.
ante finem. fortius econuerso, quia (vt dixi) secundum opinionem
10 Ecclesiæ quam tenent Canonistæ Papa in terris † imperij habet iurisdictionem saltim in habitu, sed Imperator in terris Ecclesiæ
11 non habet habitu, nec actu, cùm totaliter † donando se spoliasse videtur, vt not. in addit. Specu. tit. de iurisdict. omnium iudic. con-
12 stat autem, quòd facilius † debet posse prorogari iurisdictio de habitu ad actum, quàm de nulla ad aliquam, vt l. priuatorum. C. de iurisdict. omn. iudic. & q̃ not. in l. si testantium. ff. de testam. Concluditur ergo dictam dispensationem valere. Item non obstat, q̃ in dispensatione dicitur, quòd non præiudicat venientibus ab intestato,
13 † quia hæc clausula vendicaret sibi locum si decessisset intestatus, sed quia decessit testatus, nō dicitur fieri præiudicium aliquod venientibus ab intestato, ex quo pater sic voluit, per no. in d. §. & quid si tantum. per Bart. & facit q̃ idem not. ff. si quis testa. aliquem prohibue. l. 1. Laus Deo, ego Pau. de Cast.

ADDITIONES.

a Legitimatio Papæ in terris Imperij valeat. Adde † Calderinum
14 consi. 3. nu. 3. circa fin. titu. qui filij sint legit. Abb. in c. per venerabilem. eod. tit. nu. 25. cum quadam distinctione, vt ibi per eum. Henr. Boyc. d. c. nu. 5. in princ. Bart. consi. 751. nu. 4. in fin. vol. 1. Ang. consi.

29.nu.2.Paris.consi.1.col.2.vol.1.& consi.10.nu.128.cum seq.eo.vol. & in casu consultationis viuente patre,Bald.in præsenti.C.col.pen. ver.iuxta hoc quæro.nu.6.Soc.consi.47.col.7.vol.4.Deci.consil.52. nu.3.Viso eleganti.cons.& hanc esse communem opinionem testatur consi.150.nu.1.versi.2.facit.& similiter testatur de communi opinione Alex.consi.suo 10.vol.7.nu.11.Aliàs consului.

15 Contrariam sententiã tenuerunt † Butr.in d.c.per venerabilem. Iac.But.in l.1.C.de iure annul.aureo.in fi.Soc.Tun.consi.165.super præmissa col.14.versi.quo ad ista omnia. Aflict.dec.5.consi.Neapo. 128.fuit dubitatum.Bal.in d.l.1.de iure annul. aur. nu.5.Anch.cons. 320.nu.2.Fulgo.consi.23.vbi testatur communem esse opinionem. Alex.consi.77.vol.1.nu.1.Consideratis his, quæ & testatur esse magis communem opinionem,& ab ea non esse in iudicando recedendum Guliel.de Bened.in c.Raynutius.in verbo & vxorem,in 1.par. fol.59.197.Nouissimè doct.Rolan.à Valle.consi.suo 88.vol.1.nu.25. & Ioan.Pau.Laniel.inter consilia diuersorum ad vltimas voluntates consi.176.vol.1.Multa sunt, per totum.

15 Prædictas communes opiniones † ad concordiam reduci posse arbitror, vt opinio affirmatiua, & sic prima procedat,quò ad legitimationem quo ad tollendum infamiam natalis,secunda verò negatiua quo ad successionem bonorum. corroboratur auctoritate gl.in c.lege imperatorum.10. distin.& in c.si officia.19.distin.Henr. Boyc. in d.c.per venerabilem.nu. 5.vbi distinguit,ꝙ non potest legitimare quo ad successiones temporales extra suam iurisdictionem existentes.Dec.cons.207.num.1.2.& 7.Pulchrum est dubium. Bulthas.Quinct.

ARGVMENTVM.

Error iniustus an causet bonam fidem,& quanto tempore hæres præscribat contra legatarium petentem legatum.

SVMMARIA.

1 *Hæreditas pupillæ defertur matri ab intestato de iure communi, & num.14.*
2 *Substitutio pupillaris expirat post pupillarem ætatem.*
3 *Mater non transmittit hæreditatem non aditam ad suos proximiores.*
4 *Proximiores omnibus alijs veniunt ex persona propria per successorium edictum.*
5 *Legitima iure naturæ debita non tollitur ex substitutione fideicommissaria.*
6 *Statutum disponens, quòd extantibus masculis vsq; ad certum gradum excludit matrem.*
7 *Præscriptio non currit scienti se debitorem.*
8 *Mala fides includit peccatum & sic non præscribit.*
9 *Ignorantia iusta quæ consistit in facto alieno facit valere præscriptionẽ.*
10 *Ignorantia quæ consistit in facto proprio non inducit præscriptionem nisi cum titulo.*
11 *Præscriptio actionis personalis quæ venit sine titulo de iure communi nõ requirit bonam fidem,secus de iure canonico.*
12 *Causa quæcunq; etiam iniusta excusat à dolo & mala fide.*
13 *Dispositio.c.possessor.de reg.iur.in 6.cessat vbi ignorantia etiam iniusta excusat à mala fide.*
15 *Hæreditas non adita non transmittitur ad proximiores.*
16 *Statutum quod malæ fidei possessor præscribat non valet.*
17 *Titulus proueniens ex errore iuris non potest ad præscribendum.*

CONSILIVM XVII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris glorioſiſſimæ virginis Mariæ, Amen. Hæreditas dictæ puellæ de
1 iure communi † (si aliud statutum non obsisteret) delata fuit dictæ matri ab intestato. C. ad Tertullianum. Auth.
a defuncto, *a* non autem dictis Titio & Gaio ex facta substitutione de ipsis prædictæ pupillæ sub conditione, si decesserit sine liberis, quia illa non potuit esse pupiliaris per quam succederetur pupillo,
2 postquam ipsa decesit post † pupillarem ætatem.l.verbis ciuilibus.ff.de vulgarib.& pupilla. & l.in pupillari.licet fuerit fideicommissaria, quæ potuit fieri in prædicto relicto pro dote,scilicet,ducatorum quingentorum. Quãtenus excederet legitimam debitam iure naturæ.ff.de legatis secundo.l.fin.§.filiæ.& ibi not. per Bartol. post alios & per Cynum.Cod.de rei vxor. actio. §. videamus. Præ-
3 fata † verò mater dictam hæreditatem non aditam non transmisit ad dictos proximiores hæredes.C.de caduc.tollen.§.in nouissi-
b mo,de iure deliberan.l.quoniam sororem, *b* & sic dicti proximiores ex parte matris & ex iure transmisso, sed ex persona propria(si
4 sunt † proximiores omnibus alijs) possent venire per successorum edictum tanquam matre de medio sublata per mortem. Institut.de legit.agnat.succes.§.placebat,& quod in simili nota.in l.si quis filium.Cod.de inofficio.testamen.& in dicta hæreditate reperirent dictum relictum quadringentorum ducatorum quatenus
5 necessarium esset pro legitima iure naturæ illi debita † licet quatenus esset vltra, illud peruenire in dictum Titium & Gaium ex substitutione fideicommissaria prædicta,similiter & certa bona paterna vltra dictos quingentos ducatos, in quibus illa puella fuit instituta pertinent ad dictum Gaium & Titium virtute substitutionis factæ de bonis in casu quo non nasceretur masculus,sed fœmina si dictus casus euenerit.Si verò in ciuitate Vincentiæ vigeat aliud statutum in contrarium (prout audio quod est) licet in puncto prædicto non fiat mentio de ipso, videlicet,quòd stantibus agnatis
6 masculis vsque † ad certum gradum mater non succedat, cum hic extent dicti Titius & Gaius agnati dictæ puellæ,si sint infra gradum comprehensum in statuto cessarent prædicta, quia dicta hæreditas puellæ non matri suæ, sed dictis agnatis fuisset delata,& sic haberent hæreditatem & bona primi testatoris ex testamento & ex substitutione, & hæreditate dictæ puellæ ab intestato & forma statuti vna cum dicto relicto quadringentorum ducatorum, & hoc de primo quæsito. Quantum ad secundum quæsitum dicendum
7 est, quod si dicti Titius & Gaius sciebant † se tanquam hæredes dicti testatoris esse debitores dictæ mulieris in dicta dote & legato,
c non potuerunt præscribere *c* aduersus petitionem dictæ mulieris etiam ex dispositione dicti statuti, quia vel intelligitur dictum statutum eo casu, quo debitor ignorat se debitorem,& est bonæ fidei & sic excluderet peccatum,& sic validum, vel si loquatur etiam eo
8 casu quo scit & sic † malæ fidei non valet,tanquam includens peccatum prout hæc habentur ex nota.per Ioan.Andr.in cap.fin.de except. libro sexto.& per Bartol.in l.omnes populi. de iustitia & iure. in tertia quæstio. princip. versicu. ecce alia.iuncto cap.malæ fidei. de regu. iuris. libro sexto. & quod not.in l.si quis sub condition.ff.
9 de condict. institu.per Barto.in fin.si vero † ignorabant prædicti se esse debitores dictæ dominæ potuerunt præscribere aduersus petitionem eius tempore comprehenso in dicto statuto,quòd succedit loco temporis statuti à iure communi,scilicet 30.annor.argum. eius quòd habetur in l.in contractibus.in fin.principij.Cod.de non num. pecun. quòd not. Barto.in l.2.§.si rem alienam.ff.pro empto. iuncto.c.cum quis.in ius.cum ibi not.in glo.de reg.iur. lib. 6.& hoc sine dubio verum est si ignorantia fuit iusta,quod faciliter esse potuit,in dote dictæ mulieris, de qua potuerunt iustam causam habere cùm consisteret in facto alieno, quod iuste potuerunt ignorare. l.fin.ff.pro suo,& in dicto legato si fuisset factum in codicillis,argu. l.fin. §. fin.ff.de legat. 2.si verò ignorantia fuit iniusta,vt quia in iu-
10 re consistebat, vel in facto proprio,tunc † est maius dubium per l.nunquam. ff. de vsucapio.tamen potest dici,quòd illa loquitur in præscriptione longi temporis quæ non currit nisi cum titulo, vnde requiritur in ea bona fides & iusta causa procedens,sed in præscriptione actionum personalium, quæ currit sine titulo,& sic de
11 iure commnni non requiritur in ea † bona fides,licet de iure canonico secus propter peccatum euitandum, cùm peccatum non committatur in hoc casu,nisi vbi adest dolus & mala fides, & quæ-
12 cunque † causa etiam iniusta excusat à dicto dolo & mala fide.l. sed si lege.§.scire.ff.de petit.hære.l.igitur.de libe. cau.& quod no.in l.1.in fin.magn.glo.ff.si quis ius dicen. non obtemp. Videtur dicen-
13 dum ꝙ quantumcunq; ignorantia fuerit † iniusta ꝙ tamen excusет à mala fide & à peccato,& cessat dispositio iuris canonici, de qua in cap. possessor.de reg.iur.lib.6.& sic potuerunt prædicti præscribere præscriptione statutaria, non tamen hoc assero affirmatiuè, licet prima facie satis ad hoc intellectus inclinet.Laus Deo,ego Paulus de Castro.

ADDITIONES.

a Defuncto. Adde Bal. † in l.vnica.C.de caduc.tol.§.in nouissi.post
14 nume.5.versi.multi tamen.& gl.in l.vxoris abortu.C.de posthu.& hæred.insti.in verbo restitui,& optime in casu nostro in l.apud hostes.C.de suis & leg.nu.1.& in l.si infanti.C.de iur.delibe.nu.8.Bart. in l.apud hostes.num.1.& in d.l.si infanti.nu.3.& in l.1.C.de his qui ante aper.tab.nu.1.& in l.ventre.ff.de acquir. hær.nu.3.Deci.consi. 245.nu.1.qui testatur esse communem opinionem.& 250.nu.1.in fi. vbi similiter de commu.opinione testatur.nouiss.doctiss.Ioan.Cephal.consi.56.nu.4.vol.1.Quoniam frustra.Quinctius.

b Non transmittit. Hæreditas † non adita non transmittitur ad
15 proximiores secundum Barto.in l.1.C.his qui ante aper.tab.nu.27. Bal. in l.quoniam sororem.C.de iur.delib.in princ.ante nu.1.Cor. consi.1.lib.2.col.2.circa medium.Anchar.consi. 37.nu. 4.nouiss.doctiss.Ioann.Cephal.consi.56. Quoniam frustra.nu.1.vol.1.& Astor. de Guid.de Acumulo inter consi.diuersorum ad vltimas voluntates,vol.1.consi.161.num.36.Quinctius.

c Præscribere. Adde quia malæ fidei possessor non præscribit.cap.
16 fin.extra de præscript.nec † valet statutum quòd possessor malæ fidei præ-

dei præscribat, secundum Felin. in c. vigilanti. de prescript. num. 12. quia præscriptio titulum requirit, secundum Roma. consil. 156. Visa diligenter. nume. 6. & consi. 123. numer. 2. Circa primum. & quod
17 titulus † ex errore iuris veniens non prodest ad præscribendum, secundum Felin. in c. de quarta. extra de præscriptio. qui ad saturitatem allegat. Quinctius.

ARGVMENTVM.

Præteritio etiam materna reddit testamentum nullum, etiam si nepotes ex filio sint instituti in defectum ipsius filij.

SVMMARIA.

1 *Præteritio materna sine causa reddit testamentum nullum, & num. 12.*
2 *Nepotes instituti ex filio præterito non excusant testamentum à nullitate etiam in defectum filij præteriti, & num. 3.*
4 *Filij exhæredatio requirebatur olim quando instituebantur nepotes ex filio præterito & acquirebant proprietatem patri & sic filio.*
5 *Testamentum ex præteritione est nullum etiam quòd à filio non dicatur nullum.*
6 *Qui facit id quod citra ius & nomen hæredis fieri non potest, vt hæres dicitur facere.*
7 *Hæreditatem suo nomine adiuisse dicitur qui sine mãdato facit id quod citra ius hæredis fieri non potest.*
9 *Voluntas probatur per actum.*
9 *Hæreditas dicitur possideri iure familiaritatis ab his quibus non est delata, & num. 14.*
10 *Filius viuente patre dicitur Dominus rerum paternarum.*
11 *Voluntas tacita non sufficit vbi requiritur prætoris aditio.*
13 *Filius potest dicere testamentum nullum in quo est præteritus vsque ad 30. annos, & vide opiniones.*

CONSILIVM XVIII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Dictum testamentum sine dubio à principio fuit nullum, quia † præ-
1 teritio materna sine causa reddit hodie testamẽtum nullum sicut paterna, vt not. in Auth. de hære. & falcid. §. exhæredatos, per gl. & per Bart. in l. filio præte-
2 rito. ff. de iniust. test. non obstante ꝙ nepotes † ex filio præterito fuerint instituti. nam hoc non excusat testamentum à nullitate, etiam si nepotes fuerint instituti in defectum filij præteriti, vt not. glo. in l. Gallus. in princ. ff. de liber. & posthu. quam tenet Bald. & Angel. & communiter Moderni per §. in omnibus. in eadem l. & per l. si quis
3 cum. §. fina. ff. de vulga. & pupil. quanto magis † si non in defectum, quia est filio talis præteritio damnosa, cùm filij eiusdemꝙ nepotes sibi non acquirant hodie proprietates, sed solum vsumfructũ. Nam
4 † & olim quando proprietatem acquirebant necessaria erat exhæredatio filij quando nepotes insolidum instituebantur, ne propter præteritionem esset nullum, vt colligitur ex l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acquiren. hæred. quanto fortius hodie cum proprietas per eos non acquiratur patri præterito, & sic est hodie dicta præ-
a teritio *a* magis sibi nociua quàm olim. Nec etiam obstat, † quòd
5 dictus filius nunquam dixit testamentum nullum, nam nihilominus nullum fuit, & hæreditas materna fuit sibi delata ab intestato non autem nepotibus filijsꝙ suis ex testamento. l. inter cætera. ff. de liberis & posthumis. & l. 1. §. fin. ff. si tab. testamen. nullæ extab. & est
* * communis sententia Doct. licet glo. videatur aliud dicere in l. his qui. ff. de leg. præstan. quæ communiter improbatur per dicta iura. Præfatus autem filius tenuit & possedit tanto tempore bona præ-
6 dicta & fecit † quæ citra ius & nomen hæredis geri non potuerunt, & inter alia (vt dicitur) imposuit seruitutem cuiusdam census anni super vna re hæreditaria, quod facere non potuit, nisi suo nomine & pro iure sibi competente, non nomine filiorum suorum si-
7 ne † ipsorum mandato, & ideo videtur adijsse hæreditatem prædictam pro se & ab intestato. l. gerit. ff. de acquirend. hæred. & quod
8 ibi not. Barto. in quæstio. illa † qualiter voluntas probetur confecta, in articulo tertio. versicul. ad tertium quando ante actus, &c. vbi hoc determinat si bene inspiciatur, ibi, quidam sunt in quibus nullo modo cadit talis præsumptio, &c. Ex quo sequitur quòd neque nocuit sibi lapsus triginta annor. licet si non fuisset præteritus, sed duntaxat institutus lapsus tanti temporis per quem excluderetur à petitione hæreditatis noceret, prout hæc habentur clarè per Barto. in l. filio præterito. ff. de iniust. rupt. testa. in penul. colum. super 3. quæst. princ. in versic. expedita est secunda pars, veniamus ad tertiam, &c. ibi in versiculo, quandoꝙ filius non approbat expressè, sed tacet, &c. ibidem, puto si bona hæreditaria possedit, &c. & pro hoc. l. si is cuius. cum ibi not. ff. ex quibus caus. maio. & sic dicta bona materna videntur esse in hæreditate dicti filij occupata. Nec etiam obstat, quòd dicti filij instituti simul cum fratre possederint,
9 quia † cum eis non esset delata hæreditas ex testamento, videntur
b possedisse iure familiaritatis. *b* l. qui iure familiaritatis. ff. de ac-
10 quiren. possesio. & ex illo capite, quia filius † viuente patre censetur dominus rerum paternarum. l. in suis. ff. de liber. & posthumis. non ratione dictæ institutionis, quæ erat nulla, & pater potius iure suo (quia sibi erat delata hæreditas) quam videatur voluisse approbare testamentum, & voluisse ꝙ filij adirent. Maximè, quia non reconualescret de iure ciuili quantum ad effectum adeundi, sed de iure prætorio & quantum ad effectum petendi secundum tabulas,
* secundum * communem opinionem in qua opus erat aditione
11 † prætoris viui, quæ hic non interuenit, & sic non potest dici filios effectos hæredes tacita voluntate ipsius filij tanquam tacitè approbantis per l. 1. C. de iure deliber. & ibi not. & d. l. gerit, per Bart. Laus Deo, ego Paulus de Cast. &c.

ADDITIONES.

a Præteritio materna. Adde † quòd præteritio materna reddit testa-
12 mentum nullum si non est inserta causa, secundum Cyn. in Auth. ex causa. C. de liber. præter. num. 6. versi. aut prætereuntur. Bal. ibi. nu. 4. & 5. Bart. in l. filio præterito. ff. de iniust. rupt. num. 6. in fin. & nu. 20. Paul. de Cast. in d. l. filio præterito. nu. 9. vbi testatur de communi opinione Alex. in l. posthumo. C. de bono. posses. contra tabu. nu. 10. Iaso. ibid. nu. 14. & 15. & ibid. Roma. quanquam Alex. aliqualiter discrepet, tamen. consi. 125. quoniam abundè satis. vol. 6. num. 3. quod etiam affirmat. Guid. Pap. dec. 426. num. 2. & 596. in fin. Boer. dec. 96. nu. 1. vbi de communi opinione testatur.
13 Sed vsque ad quod tempus † filius possit dictum testamentum maternum in quo fuit præteritus, nullum dicere, sunt opiniones. Nam Barto. in l. si filius. qui in potestate. ff. de liber. & posthu. nu. 28. versi. nam ex hoc testamento. voluit ꝙ elapso anno à die mortis matris non posit amplius dicere testamentum nullum, sed Ang. & Bald. in l. filio præterito. ff. de iniust. rupt. nu. 3. in fine versi. quæro si præteritus, tenuerunt ꝙ posit dicere dictum testamentum nullum vsꝙ ad triginta annos, idem voluerunt Ioan. de Imol. & Raph. Cuma. in l. si filius. qui in potestate. ff. de liber. & posthu. & est communis opinio teste Guid. Pap. dec. 426. nu. 3.
b Iure familiaritatis. Adde † Bart. in d. l. qui iure familiaritatis. ff. de
14 acqui. poss. nu. 1. Alex. ibid. nu. 3. Bald. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito, post nu. 3. & Socin. consi. 121. vol. 1.

ARGVMENTVM.

An appellatione fratris contineatur frater legitimus.

SVMMARIA.

1 *Incestuosus is dicitur qui natus est ex consanguinea.*
2 *Adulterinus is dicitur qui natus est ex coniugata.*
3 *Stuprum cum inhonesta non est punibile.*
4 *Naturalis dicitur natus ex soluto & soluta pro concubina retenta.*
5 *Coitus quanquam non punibilis est illicitus & improbus, & num. 17.*
6 *Statutum loquens de fratribus an comprehendat legitimos tantum, & num. 7.*
8 *Statutum prohibens matrimonium inter fratres comprehendit etiam fratrem naturalem tantum.*
9 *Statutum puniens delictum inter consanguineos comprehendit etiam illegitimos.*
10 *Statutum mandans reuerentiam deberi à filio patri comprehendit filium naturalem.*
11 *Statutum puniens filium propter patris delictum comprehendit filium naturalem.*
12 *Statutum priuans filium propter delictum eius comprehendit filium naturalem.*
13 *Statutum puniens filium non comprehendit illegitimum vbi tractatur de damno tertij.*
14 *Statutum concedens commodum filio non comprehendit filium illegitimum, num. 15.*
16 *Præiudicium dicitur fieri ex eo solo quòd quid tenuit & non vult aliquid fieri.*
18 *Pater non potest in præiudicium aliorum filiorum acquirere filium nequam.*
19 *Beneficium quod competit filio legitimo non competit illegitimo.*
20 *Verbum prolatum à lege municipali est stricte intelligendum.*
21 *Statutum de compromisso faciendo est contrarium iuri communi.*
22 *Statutum contrarium iuri communi debet restringi.*
23 *Vsus loquendi attenditur in interpretatione statutorum quando non est contrarius interpretationi legali, & num. 24.*
25 *Statutum loquens de filio intelligitur de legitimo.*
26 *Frater illegitimus dicitur frater cum adiectione illegitimus.*
27 *Statutum loquens de fratre non intelligitur de fratre secundum quid.*

28 *Statutum quod statuta intelligantur grosso modo non tollit iuridicam interpretationem.*
29 *Illegitimitas patris nocet filio, & num. 30.*
31 *Medium inhabile impedit transitum ad extremum.*
32 *Filius non debet esse melioris conditionis quàm pater.*
33 *Filia excluſa omnes ab ea deſcendentes cenſentur excluſi.*
34 *Qui non proficit ſibi nec alys prodeſt.*
35 *Officium iudicis non denegatur ei cui denegatur petitio.*
36 *Actus cenſetur factus ad inſtantiam eius cuius vtilitatem concernit, & num. 37.*
38 *Iudex competens non facit actum nullum.*
39 *Iudex poteſtatem ſuam exercendo in eo quod ignorabat facit actum nullum. & 40.*
41 *Quod non dicitur expreſsè, & ſumitur ex auctoritate idem esse videtur.*
42 *Coactio quælibet impedit iuriſdictionem dari, nec refert fiat à competenti, vel incompetenti iudice, & 43. 45.*
44 *Incompetentem esse in toto, vel quo ad caſum de quo agitur paria ſunt.*
46 *Compromiſſum non ſponte factum iudicis officio reſcinditur.*
47 *Inuitus dicitur actum facere quando facit reſiſtentiam.*
48 *Iudex quod facit ex auctoritate inualida quod ſequitur redditur nullum.*
49 *Laudum latum inter perſonas de quibus loquitur ſtatutum non habet oppoſitionem.*
50 *Nullitas proueniens ex defectu iuriſdictionis non intelligitur excluſa per ſtatutum.*
51 *Statutum quod claudit viam appellandi etiam quod ſummè lædat enormiter non poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri, ab eo.*
52 *Statutum continens apertam iniquitatem non valet.*
53 *Sententia arbitri ſtandum eſt, niſi interueniat dolus partis.*
54 *In omni diſpoſitione cenſetur dolus exceptus.*
55 *Dolus vnius alteri prodeſſe, vel obeſſe non debet.*
56 *Renunciatio generalis non limitatur, niſi ſit enormis læſio.*
57 *Excluſio proueniens ex lege vel ſtatuto reſcinditur ex enormi læſione.*
58 *Enormis læſio intelligitur quæ excedit dimidiam iuſti precij.*
59 *Mitius agitur cum lege, quam cum nomine.*
60 *Diſpoſitio legis facilius recipit limitationem, quàm diſpoſitio hominis.*
61 *Arbitris licitum eſt in modica quantitate lædere.*
62 *Iudici mero & ſimplici non licet etiam in modica quantitate lædere.*
63 *Iudici & arbitratori non licet in modica quantitate lædere.*
64 *Reductio eo caſu poteſt peti quo poteſt appellari.*
65 *Propoſitum in propoſito operatur, idem quod oppoſitum in oppoſito.*
66 *Iudicatus cum arbitratu transfert beneficium appellandi quod competit iudici ad petitionem reductionis ad arbitrium boni viri.*
67 *Pater, filius, frater, & ſimilia ſunt ſignificatiua naturæ & comprehendunt omnes tam ſpurios, quam naturales, & quando non, num. 68.*
69 *Statutum loquens de fratre intelligitur tantum primi gradus.*
70 *Baſtardi & naturales ſiue ſpurij non dicuntur de domo.*
71 *Iudicis officium eſt loco partis.*
72 *Iudicis officium imploratur vbi deficit actio.*
73 *Compulſio iudicis facit actum nullum.*
74 *Renunciatio quæcunque non tollit reductionem laudi, in quo enormis læſio interuenit, ad arbitrium boni viri.*
75 *Statutum quod tollit appellationem non tollit recurſum ſupplicationem & querelam.*
76 *Læſio qualis, & quanta eſſe debeat in laude ad hoc, vt poſsit reduci ad arbitrium boni viri.*

CONSILIVM XIX.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris glorioſiſsimæ virginis Mariæ, Amen. In cauſa quæ vertitur coram domino Vicario locumtenente domini Capitanei ciuitatis Trigeſti inter ſer Albatium de laſparis petentem annullari quoddam laudū latum in fauorem Bartholomæi de Iaſparis nepotis ſui ex fratre legitimo, & dictum Bartholomæum reſiſtētem ex parte altera, viſis actis quibuſdam plura occurrunt videnda. Pro quorum euidentia præmittendum, ꝙ pater dicti Bartholomæi licet † non eſſet legitimus, non tamen erat inceſtuoſus, quia nō proponitur, ꝙ natus fuerit ex conſanguinea, nec etiam erat adulterinus, † quia non proponitur, ꝙ natus fuerit ex coniugata, licet pater eius eſſet vxoratus, imo vt teſtes dicunt erat vidua, & ſoluta, ergo &c. iuxta ea, quæ not. in l. 1. C. de adul. per gl. ſed potius ex ſtupro dicebatur natus. ff. de adult. l. inter. §. lex Iulia. Item dictum † ſtuprum non fuit punibile, quia ille nonviuebat honeſtè, ſed meretrix erat, vt dicunt quatuor teſtes, ergo &c. eo. tit. l. ſi vxor. §. iam ſi, cum ibi not. C. eo. tit. l. ſi ea. Quoniam etiam ſi fuiſſet nupta tunc temporis & fuiſſet talis, idem eſſet ſecundum Dyn. qui ita de facto conſuluit, licet gl. ſentiat contrarium, vt refert Cyn. C. de raptu virg. l. 1. in addit. & per Barto. d. l. ſi vxor. §. 1.

4 Item non † poterat ille dici ſimpliciter naturalis, quia talis non eſt, niſi qui naſcitur ex ſoluto, & ſoluta retenta pro concubina, & indubitato affectu, vt not. Ioan. And. in addi. Spec. tit. qui fil. ſint legi. ſuper Rub. dicebatur ergo ſpurius, & immundus à purgatione. ff. vnde cog. l. ſpurius. de ſtat. homi. l. vulgo. licet enim coitus, ex quo natus fuit non eſſet punibilis, tamen † fuit illicitus & improbatus,
5 quia ſolus matrimonialis, & concubinarius videtur licitus, vel ſaltim non improbatus à iure ciuili, ſed ſi mater ſua fuiſſet honeſta, alias fuiſſet punibilis. C. de adul. l. pen. & no. ibi, in glo. & per Barto. Hoc præmiſſo videndum eſt primo (vt perueniamus ad notitiam
6 eius, de quo quæritur per debitos gradus) vtrum † pater dicti Bartholomæi ſpurij (vt dictum eſt) comprehenderetur in ſtatutis ciuitatis Trigeſti diſponentibus, ꝙ cauſę, quę vertuntur inter patruum & nepotem debeant compromitti, vel inter fratrem & fratrem, ſi talis quæſtio, quæ hodie vertitur inter iſtos verteretur cum illo, qñ viueret (cum re vera ipſe eſſet frater licet non legitimus.) Stat ergo
7 dubium, † an ſtatutū loquens de fratribus debeat intelligi de legitimis & naturalibus, an etiam de illegitimis, a & quia in hoc iura & auctoritates videntur variare, quādo talia verba proferuntur à lege iuris communis. Reperio quatuor vel quinque caſus, in quibus
8 comprehenduntur etiam non legitimi. Primus † quando prouiſio talis legis concernit actum matrimonij naturalem, vt patet in prohibitione matrimonij ratione conſanguinitatis. ff. de ritu nupt. l. nuptiæ. cum l. ſequenti. & l. adoptiuum. §. 1. fuerunt verba Guliel.
9 de Cun. in l. parentes. ff. de in ius vocan. Item † patet in punitione delicti per conſanguineum in perſonam conſanguinei. ff. de accuſa. l. hos accuſare. §. omnib⁹. Quia contra naturalem charitatem. Se-
10 cundus † eſt, quando concernit vis quaſi naturale, vt reuerentiam adhibendam à filio patri, vt d. l. parentes. iuncta l. veluti. ff. de iuſtit. & iur. & eo quod not. in gloſſ. in l. regula. ff. de iur. & facti ignoran.
11 Tertius † eſt, quādo ageretur de puniendo filium propter delictum patris. Nam ſi punitur filius legitimus fortius poteſt puniri non legitimus, ne habeat plures prærogatiuas luxuria, quam caſtitas, in Authen. de reſtit. & ea quæ parit, in fin. & iſto modo loquitur, quod not Cyn. C. ad l. Iul. Maieſta. l. quiſquis. & glo. in c. ſtatuentium. el 2.
12 de hæret. lib. 6. Quartus caſus † eſt, quando tractaretur de priuando ipſum illegitimum propter delictum eius, & lex ſic puniens loqueretur per verba naturalia puta filius, nepos, frater, vel natus patre nobili, quia licet ſtatutum punitiuū ſit odioſum, tamen odium eſt rationabile, cùm Reipublicæ expediat delicta puniri. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. l. bona fides. ff. depoſi. l. ſi à reo. §. quod vulgo. de fideiuſſor. & ſic large interpretatur, iuxta not. in c. odia, de reg. iur. lib. 6. per Dyn. & iſto modo loquitur determinatio Bald. in l. tutelas, de capi. diminu. & in l. pronunciatio. de verbo. ſign. Quintus eſt
13 caſus † vbicunque etiam extra caſus prædictos tractaretur de aliquo damno vel præiudicio alterius, tunc illegitimus non comprehenditur, & hic eſt caſus in l. lege Iulia. §. hoc capite. ff. de ritu nupt.
14 Idem † ſi tractaremus de honore, commodo vel beneficio ipſius illegitimi, & hoc dicit gloſſ. ordinaria, in Clement. prim. de baptiſ. idem ſi eſſet diſpoſitio merè iuris poſitiui, vel ciuilis extra caſus, de quibus ſupra, & hoc voluit Gulielm. de Cun. in dicta l. parentes, & allegat l. libera. Cod. de ſuis & legitimis. l. generaliter. Cod. de inſtit. & ſubſtitu. de adulterijs. l. 3. Guido autem de Suza. in quæſtione illa de ſtatuto diſponente, quòd pater teneatur ſoluere condemnatio-
15 nem pro filio, & ſic † cùm agitur de præiudicio alterius quam filij videtur voluiſſe, quòd ſaltim filius naturalis natus ex concubina comprehendatur, alius autem illegitimus non, vt refert Ioannes Andr. in additio. Specul. titu. qui filij ſint legitimi. ſuper Rubric. item quando proferuntur verba à lege municipali, vel ſtatuto Bald. videtur velle indiſtinctè, quòd debeant intelligi de legitimis & naturalibus, & nullo modo de illegitimis, vt ipſe not. in dicta l. quiſquis. ad legem Iulia. Maieſtatem. Modo ad propoſitum hic plura concurrunt propter quæ hic dicere debemus, quòd prædictum ſtatutum non comprehendat illegitimos, & ſic non comprehendiſſe patrem iſtius Bartholomæi, ſi viueret, & haberet hanc litem cum Ser Alberico, & quòd non gauderet beneficio dicti ſtatuti. Primum
16 eſt, † quia agitur de prę̨iudicio alterius partis nolentis & renuentis, ex quo ſolo dicitur verti ſuum præiudicium. ff. de vſu & habit. l. fin. & de vſufruct. l. vſufructuarius, & quod nota. gloſſ. de ſolut. l. Paulus. ff. ſi certum petatur. l. vinum. in glo. ſecun. & quod in ſimili econuerſo habetur in l. 2. ff. de condict. ob. cauſ. Vnde etiam tenen-
17 do opinionem Guido. de Suza. procedit quòd dixi, † quia ille non erat natus ex concubina, vnde ſufficit, quòd eſſet illegitimus,

licet

licet non ex coitu punibile, & quòd non esset naturalis, & sic non
18 tolleratus à lege, sed potius reprobatus, non enim † est congruum
dicere, quòd pater illius potuerit talem filium nequam acquirere
in præiudicium aliorum filiorum & consanguineorum, & contra
eos posset gaudere tali statuto, sicut nec per actum ciuilem (scilicet)
per adoptionem, licet sit actus approbatus, sed matrimonialiter, &
concubinaliter hoc facere potuisset, argumen. l. si ita quis. §. fina. ff.
19 de legat. secundo. Secundum est, † quia hic agitur de commodo
& beneficio dicti legitimi (scilicet) vt possit compellere fratrem ad
compromissum vigore dicti statuti, & sic quod eius beneficio gau-
deat, ergo &c. vt not gloss. in dicta Clemen. 1. de baptis. Tertium est,
20 † quia prolatum est dictum verbum à lege municipali, ergo &c. se- c
21 cundum Bald. in dict. l. quisquis. Quartum est, † quia dispositio di-
cti statuti est contraria iuri communi. Nam de iure communi nul-
lus potest cogi ad compromittendum de lite sua ab inferiori à prin
cipe. C. de iure deliberan. l. nec emere. ff. de euictio. l. si dictum. §. si
compromisso. & tenet expresse Barto. in l. si furti. §. quid, de infam.
& Bald. C. de arbi. l. 1. quamuis per principem aliquando quis com-
22 pellatur, de electio. cap. inter seniorem, debet ergo † restringi ad le-
gitimos tantum, vt quanto minus possit corrigat ius commune, de
consuet. cap. cum dilect. & quod not. in Authen. quas actiones. C. de
23 sacrosanct. eccles. cum similib. Nec obstat, † quòd secundum vsum
loquendi appellaretur frater, & quod verba statuti debent intelligi
secundum dictum communem vsum. l. libror. §. quod tamen cas-
24 sius. ff. de lega. 3. quia † verum est, quando non esset contrarium in-
terpretationi legali, nam ista possunt simul stare, q9 talis sit frater
meus, & tamen non est talis frater, de quo sensit statutum, quia sta-
25 tutum † sensit de legitimo, & ipse est illegitimus, vnde communis
vsus loquendi verificatur in tali fratre, qualis est legitimus. Vnde
dicendum, quòd si aliquis attẽta dispositione iuris communis nul-
lo modo possit nuncupari frater, & secundum vsum, secus secundũ
ius commune potest quis quoquo modo appellari frater, vt in casu d
26 nostro, nam † illegitimus potest appellari frater, sed tamen nõ sim-
pliciter imo cum adiectione illegitimitatis, sicut cũ dicitur homo
mortuus. ff. de verb. oblig. l. si homo mortuus, & q9 non simpliciter,
patet in l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. ibi in seruos quantũ
ad verba pertinent non cadit, &c. tunc statutum loquens de fratre
debet intelligi in potiori significatu, vt supra de illo qui simpliciter
27 potest dici frater, & sic de legitimo & naturali, † & non de illo qui
secundum quid appellatur frater. ff. de lega. 3. l. & hoc legatum, quia
ille est in potiori significatu, & se habet per prius, ergo &c. l. 2. §. qui
in perpetuum. ff. si ager vectigal. & l. si cum laudum. ff. de lega. 3. sed
vsus loquendi est communis ad vtrumq3 significatum, id est, tam
ad illos qui simpliciter, & per prius, quam ad illos qui secundum
quid, & posterius appellantur fratres, & sic possunt simul stare, vt
28 dixi. Item non obstat, † quòd in volumine statutorum sit vnum sta-
tutum, in quo dicitur, quòd statuta sint intelligenda grosso modo
prout iacent, &c. quia hoc paruum operatur, & non tollit necessa-
riam, vel iuridicam interpretationem, vt not. Bart. in l. omnes po-
puli. de iustit. & iur. in 7. quæst. 6. quæst. princ. ex quibus omnibus
concluditur, quòd frater dicti Bartholomæi non pertinebat ad hoc
statutum, & quòd non posit vti beneficio eius si viueret, & haberet
hanc cõtrouersiam cum dicto ser Alberico, sicut habet ipse Bartho-
lomæus per prædicta, quia non sumus in aliquo de casibus in qui-
bus verba prolata à lege intelliguntur etiam de illegitimo, sed in il-
b lis in quibus solum de legitimis, vt patet ex prędictis. *b* Secundo vi-
dendum est, an hoc idem sit in Bartholomæo prædicto, qui est legi-
timus & naturalis, licet natus ex illegitimo, & videtur quòd non,
29 quia † illegitimitas patris non videtur sibi nocere, sed potius sua le-
gitimitas sibi prodest, argumen. ff. de in ius vocan. l. adoptiuus. §. fi.
30 Contrarium est verum, quia † ipse non coniungitur ser Alberico,
nisi mediante patre suo, vnde sicut pater suus erat ser Alberico ille-
gitimus, ita Bartholomæo videtur sibi nepos illegitimus, quia ex il- e
legitima radice processit & deriuatur, licet quo ad patrem suum sit
filius legitimus & naturalis, vnde cùm beneficium dicti statuti fun
detur in coniunctione, necesse est quòd ad nepotem transeat medi-
ante persona fratris patrisq3 dicti nepotis, & ideo si in persona fra-
tris non fecit principium, & fundamentum, non potuit ad nepo-
tem transire. C. de quæstionib. l. diuo Marco, & de operis liberto. l.
qui libertinos. §. fina. in princip. ibi, quod proficit libertino, &c. de
bonis libert. l. si ex patronis. §. primo. versi. quod si à patre de falsi.
31 filius. §. quod si pater naturalis. † Nam medium inhabile impedit
transitum ad extremum. l. tua prædia. in fin. ff. de seruit. rustic. prę-
32 dio. l. penult. §. 1. ff. de diuers. & temporal. præscriptio. Non † enim
debet esse Bartholomæus melioris conditionis quam suus auctor,
id est, pater. ff. ad Velleian. l. fin. §. 1. & de exceptio. doli. l. apud Cel-
sum. §. de auctore, de reg. iuris. l. in his. §. non debet. Et ad hoc facit
33 determinatio doctorum in quæstio. de filia † excluſa à succesione,
nam & omnes ab ea descendentes censentur excluſi. 10. collatio. ver-
ſicu. feudum. Qui feudum dare possunt. §. notandum. de succesio.
feudo. § pen. & not. Barto. in l. 2. §. 2. ff. ad Tertullianum. & Bald. in l.
maximum vitium. Cod. de liber. præterit. facit quod idem Bald.
not. in Authen. si quas ruinas, in fin. Cod. de sacrosanct. eccles. & ex-
presè ad propositum nostrum. in l. fin. C. de verbor. signific. in fin.
& quod not. in Specu. de nota. §. nunc aliqua, versic. 136. qui enim
34 † non proficit sibi minus alijs. l. qui aliena. §. quanquam. ff. de nego.
gest. Ad Macedonia. l. filium. & in quæstio. Richar. Malum. quæ in-
cipit, Titius habens duos fratres, &c. in secundo articulo. c Tertio c
quæritur posito, quòd prædicti non potuerunt vti beneficio ante-
dicti statuti, nec petere cogi ser Albericum ad compromittendum,
an iudex ipso Bartholomæo non petente potuerit hoc facere ex of-
ficio suo? Nam hoc non apparet fuisse petitum, & etiam statutum
non videtur hoc requirere, sed solum imponere necesitatem iudi-
35 ci, & videtur quòd potuerit, quia † non sequitur, denegatur petitio
ergo & iudicis officium argum. eius quod not. C. de pact. l. 1. & ff. de
petitio. hæredi. l. fin. & l. planè, in fin. & ita consuluit dominus Bar-
tholomæus de Pratis antiquus aduocatus Bononiæ, in quæstione
sibi commissa. Contrarium puto, per ea quæ not. Barto. secundum
Iacob. Butriga. qui solenniter disputando sic determinauit. ff. de in-
iur. l. non solùm. §. quanquam. & de in ius vocan. l. quæsitum. Nam
36 † ad eius instantiam censetur factum, ex quo eius vtilitatem con-
cernit, argum. l. seruo legato. §. si testator. ff. de legat. 1. statutum er-
37 go prędictum videtur intelligendum aliquo † ex ligantibus postu-
lante. l. 4. §. hoc iudicium, de dam. infect. vel eis existentibus habili-
bus ad postulandum alias secus, & hoc non erat in dicto Bartholo-
mæo, vnde nec iudex pro eo potuit supplere, quia vltra casum, &
personas de quibus sensit statutum iudex eius virtute se intromit-
tere non debuit, nec potuit. *d* Quarto quæritur licet non debuerit d
compellere, an nihilominus validum fuerit compromissum, per
talem compulsionem factam? & videtur quòd sic, quia multa fieri
prohibentur, &c. de his qui sunt sui vel alien. iuris. l. patre furioso.
38 Nam † quando iudex est competens, & hæc erat compulsio eius nõ
reddit actum nullum. ff. quod fals. tuto. aucto. l. interdum. Contra-
rium est verum. Primo, quia debuit sibi fieri fides de parentela, quę
erat causa dandæ ipsi iudici potestatem, vt cogere posit ad compro
mittendum, quòd (vt supra dixi) non poterat facere de iure com-
muni, quæ fides facta non fuit, per ea, quæ ex actis colligi possunt, &
39 sic ignorabat † iudex id quod erat causę suę potestatis in cognosce-
do prædictos, igitur non valuit ipso iure quod egit, argum. l. quæro.
ff. eo qui pro tuto. l. hæc autem. ff. ex quibus cau. in poss. ea. ibi con-
stare liquereq3 debet prætori, &c. & ibi per Bart. & per eundem in l.
properandum. §. & si quidem. C. de iudi. ff. de condict. & demonstr.
l. multum, de dam. infect. l. si finita. §. Iulianus. quinimo debebat si-
bi constare, quod Bartholomæus non solùm esset nepos ex fratre,
de quo potuisset fides fieri, & facta non fuit, sed etiam, quod esset ex
fratre legitimo & naturali, & quia de tali loquitur, & debet intelli-
40 gi statutum (vt supra dixi) & † hoc nec factum fuit, nec fieri potuit,
quia non erat. Præterea hic agebatur de iurisdictione danda arbi-
41 tro, quòd patet, quia statutum facit eos iudices, & posito, † quòd
hoc non diceretur expresè, tamen ex quo auctoritate statuti eli-
guntur, idem esse videtur, quod patet, quia ab eis appellatur cùm
habeant vim iudicum delegatorum. Cod. de iudi. l. fin. & ibi Barto.
l. ab arbitr. ff. qui satisda. cogan. de offic. deleg. cap. arbiter. lib. 5. sed
42 quando † agitur de iurisdictione danda ei qui non habet debet esse
consensus liber, & quælibet coactio impedit ipso iure dictam iuris-
dictionem dari. l. 2. ff. de iud. & est casus specialis, sicut & alij, in qui-
bus metus, & coactio reddit actum ipso iure nullum. l. si mulier. §. si
dos. ff. quod metus causa. ex quo non tenebatur hoc facere, vt supra
dictum est. *e* Nec † curo, quòd coactio fuit facta à iudice compe- e
43 tente, quia imo in hoc non erat competens, cùm reuera in casu isto
talem potestatem non haberet contra ser Albericum per supradi-
44 cta, si illa sunt paria † quod quis sit ex toto incompetens, vel saltim
quo ad casum, de quo agitur, prout in simili dicimus in procurato-
re habente mandatum, sed tale, quod ad illam causam non porri-
gitur. l. alias. ff. de iureiurando. & quod ibi nota. & quod not. in l. 1.
§. fuit quæsitum. ff. ad Trebellia. in gloss. & per Barto. Præterea hic
agebatur de danda iurisdictione arbitris, qui nullam habebant.
45 Vnde † non refert à quo facta fuerit coactio, vel ab ipsis quibus
erat danda, vel ab alio, quia vtrobique non viget. l. secun. ff. de iudi.
Et per hoc non obstat. l. interdum. ff. quod fals. tuto. quia ibi non
erat iudex competens ad dandum iurisdictionem non habenti, sed
ad litigium coram se, quod facere poterat ex mera potestate, seu

ordinaria, cùm iudicia reddantur in inuitum.l.inter stipulantem.
46 §. primo. ff.de verbor.obliga.Item † posito quòd mero iure valuisset compromissum, ex quo tamen non sponte, sed per indebitam
f coactionem factum fuit debet iudicis officio *f* rescindi,& quicquid factum est ob illud sicut factum metu reuerentiæ, & multo magis. l.1.§.quæ honorandæ.ff.qua.rerum actio.non detur,de furt.l.pen. vbi est bonus text.& argumen. de varijs cognitio. l.medicus.C.de transactio. l. interpositas,cum ibi nota.cap.causam matrimonij.de offic.delega.cum ibi notatis per Innocen.facit generalis regula quę ponitur.C.quod metus causa.l.fin.de offi.præsid.l.illicitas,in prin-
47 cip.cum similib.& hoc † si facit resistentiam in coactione sibi facta, alias non videretur inuitus,vel coactus feciss..dict.l.2.de iudic.ibi autem si cùm restituisset,&c.ff.de mino.l.ait prætor.§.permittitur, ibi,puto autem,&c.& not.Bald. C.de testi.l.parentes,de hæredit.actio.l. sub prætextu,quod probatum reperio per vnum testem,sed & posito quòd resistentiam non feciset,& quòd ex capite coactionis non deberet irritari, saltim ex primo capite,vel ex eo quòd per
48 errorem iuris deuenerit ad compromissum, credentes esse in casu prouiso à statuto cùm non essent.l. si per errorem. ff.de iurisdictio. omnium iudic. Et † quia vicarius in præcipiendo fundauit se in statuto prædicto, quod facere non poterat, ergo &c.argumen.c.ex parte Astensis.de concessio.præben. post mediũ. ibi facta occasione
49 consilij memorati carere debet roboris firmitate,&c.ex quibus omnibus concluditur dictum compromissum,& quicquid ex eo sequutũ fuit deberi irritari ex defectu potestatis arbitrorũ,aut nulliter datorũ,aut reuocabiliter.C.de legi.l.non dubium. Nec obst.q; † contra laudum talium arbitrorum nihil potest obijci ex forma di-
g cti statuti *g* istud est verum,quando fuerunt electi inter personas,de quibus loquitur statutum,& prout ipsum statutum disponit,& de hoc constare debet prius,alias secus,vt ex ipsomet statuto apparet, & patet in l.diuus,cum ibi notatis.ff.de testamen. mil.& l.1.in princip. ff. quod vi,aut clam,per Barto.& hic non sic,quia sumus inter personas de quibus statutum non loquitur cùm natum ex illegiti-
50 mo non comprehendat(vt supra dixi.) Item † quòd quatenus ex defectu iurisdictionis & potestatis venit nullitas non censetur per tale statutum exclusa,vt no.in Clem.1.de sequestratio.possess.& fructuum. Quinto, & vltimo videndum est, præsuppositò quòd ista non cessarent,an saltim possit peti rescisio dicti laudi propter euidentem & enormem læsionem, quæ præponitur fuisse facta, & videtur quod non propter statutum, quod claudit & tollit omnem
51 viam etiam appellandi. † Nam constat, quòd quando tollitur appellatio etiam si summa lædat enormiter, & in magna quantitate non potest peti reductio ad arbitrium boni viri,quia ista duo simul ponuntur in statuto, argumen.l.fin. C.de senten.l.iam hoc iure. ff. de vulg.& pupil.iuncto toto tit.C.quot.appella.non recip. Contrarium videtur verius.Primo per l.si pater.ff.de inoffic.testamen.vbi
52 licet † stetur sententiæ, quæ est in testamento inter plures discordantes, tamen istud limitatur,nisi contineat apertam iniquitatem, & ibi,in versic.nisi &c.Item per l.si postquam,in fin.ff.de peti.hære. vbi manifesta calumnia excipitur de generali dispositione legis. Itẽ proprius ad casum nostrum per legem,diem proferre.§.stari.ff.de
53 arbit.vbi dicitur † quòd sententiæ arbitri standum est,siue sit æqua siue iniqua,iuncta l.ita demum,eod.tit.& §.arbitrorum,vbi hoc limitatur, nisi interuenerit dolus partis,& gloss.in d.§.arbitrorum, dicit idem si solius arbitri, quod est notandum pro qua glo.facit.ff. de arbitr.l.non distinguemus.§.cum quidam, sed quando est enormis, & euidens læsio, & iniquitas appareret de dolo arbitri.scdm Barto.in l.si societatem.§.arbitrorum.ff.pro soc.per l.omnes.§.Lu-
54 cius.ff.quæ in fraud.cred. ergo &c. † Nam de omni dispositione censetur dolus exceptuatus, vt in generalibus verbis non includatur,maxime cùm alter alterius iactura lucraretur.l.creditor.§.Lu-
55 cius.ff.mand.l.tres fratres.ff.de pact. † Nec debet dolus vnius alteri esse nociuus,& alteri lucrosus.ff.de doli excep.l.1.& l.apud Celsum.
56 §. quæsitum. † Nec video quòd renunciatio generalis de reducendo ad arbitrium boni viri per quam quis excludit se ipsum limitetur,nisi sit enormis læsio,& in nimis magna quantitate secundum Barto.in d.§.arbitrorum,& Ioan.& Dyn.in additio.Spec.tit. de arbitr. §. sequitur,de quibusdam,in addit.quæ incipit clarius sic for-
57 matur. † Fortius hoc idem dicere debemus in exclusione,quæ fit per l.vel per testamentũ,vel statutum cùm nihil sit quid parti possit imputari,sicut potest imputari,in casu præcedẽti,ad quod idem Barto. not. in d. §.arbitrorum,super l.vnde si Neruæ,in contrario,
58 de lega.2.C.de rescinden.vendit.Vnde non † agitur, nisi per læsionem, quæ excedat dimidiam iusti precij,eo quia se ipsum ibi decepit, vnde est quod imputetur, sed quando decipitur in alium,agit
i pro læsione in sexta parte, *i* secundum eundem Barto. in d.l.vnde
59 si Neruæ, pro socio. † Item facit, quòd mitius agitur cum l.&c.
60 ff.de arbitr. l. si cùm dies,in fin.iuxta l.Celsus,in princip. † Item dispositio l. facilius recipit limitationem, quam dispositio hominis. l.cùm pater.§.ab instituto.ff.de lega.2.iuxta l.si cùm serui.§.1.ff.de legat. 1.& cum ibi nota.per gloss. Nec obstat allegatio supra facta in contrarium, quia loquitur & procedit in illis qui essent meri iudices & non arbitratores, quorum sententiæ si remoueretur appellatio debet regulari, secundum naturam reductionis ad arbitrium boni viri,quod sic patet,pone enim quod tales lęderentur in modico, vel nullo modo læderentur, certe non posset peti cum effectu reduci ad arbitrium boni viri,etiam si statutum,vel pactum compromittentium non tolleret talem petitionem, quia tollit eam ius
61 commune. † Nam licitum est talibus in modica quantitate lædere, & auferre de iure vnius & dare alteri.l.si de meis.§.recepisse.ff. de arbitr.& ibi not.& multo minus quando in nullo læderet,& sic non posset peti reductio ad arbitrium boni viri in dictis casibus,
62 quia laudum non dicitur iniquum,nec appe.& tamen secus † esset in sententia illius, qui est merus & simplex iudex,qui etiam si modicum lędat,vel in nullo lędat potest appellari cùm indistincte permittatur appellatio à tali sententia,non autem sub conditione si est iniqua,vt patet in l.1.circa princip.ff.de appellat.ibi licet nonnun-
63 quam,&c. sed quando † est iudex, & arbitrator,tunc demum conceditur appellatio si excedat,& immodicè lædat,alias nihil operaretur ista qualitas arbitratoris iuncta cum verbo iudex,quod non est dicendum, sic ergo dicto casu cùm non est prohibita appellatio, vel petitio reductionis per statutum, vel per pactum,nihilominus non potest appellari eo casu quo nec peti posset reductio ad arbitrium boni viri,(vt dixi)ergo & econuerso in casu quo vtraq; sit prohibita à statuto, vel pactò debent vniformiter regulari,videlicet,
64 quòd eo casu, † quo posset peti reductio posset etiam appellari,vt est quando lęsio esset immoderata,& in nimis magna quantitate secundum ea, quæ dicta sunt,vt contrariorum eadem sit disciplina,
65 & † quod operatur propositum in proposito similiter & oppositum in opposito. ff.de legat.tertio.l.fin.de vulgar.& pupillar. l. & si
66 contra.Nam ex ista † mixtura iudicatur cum arbitratu,beneficium appellandi, quod conuenit iudici. trahit ad se petitionis naturam reductionis ad arbitrium boni viri,& vbi posit illa peti sic etiam appellari,& vbi non posit illa peti,nec etiam appellari,& econuerso petitio reductionis potest trahere ad se naturam appellationis,vt posit fieri perviam appellationis,& coram superiore,vel iudice appellationis,& infra fatalia, prout in simili,& ad propositum videmus in iure accrescendi, quando iungitur substitutioni pupillari. de acq.hæred.l.qui patri.l.si is qui duos.ff.de liberat.lega.in ratione sui.& l.si communem,in princ.ff. quemadmo.seruit.amittat.Laus Deo,ego Paul.de Cast.V.I.D.

ADDITIONES.

a An etiam de legitimis tantum.) Adde quòd ista nomina † pater,
67 filius,frater,sunt significatiua naturæ,quæ naturalitas congruit tã legitimis quam spurijs.l.tutelas.ff.de capi.dimin.Angel.consil.366. Quidam Ioannes de Camerino. num. 2. & dum hæc nomina indifferenter prolata sunt, comprehendunt omnes. dict.l.tutelas.Ioan. And.in c.statutum,el secundo.de hęret.in 6.num.4.Cyn.in l.libertum.C.de interdict.Matr.nume.1.& in hac re, vide glo.in l.generaliter,in verb. sobole.C.de instit.& substit. & regulam tradit *de hac* materia Angel. præallegato consil.& firmat regulam *negatiuam*,
68 † cum pluribus limitationibus, vbi ad saturitatem poteris videre. Quinct. V.I.D.

b Ex prędictis.)Adde † quòd in materia statutorum loquentium de
69 fratribus, intelligitur tantum in primo gradu fraternitatis, scdm Bald.in l.iubemus.§.illud.C.ad senatusc on.Trebel.num.3.& in c.1. de feud.Marchiæ.Rom.consi.411.Omnipotentis,&c. quatuor sunt. num.4.& 5.& consi.16.viso themate.num. 5.Alex.consi.204.Consideratis,lib.2.nu.11.15.& 17.& est communis opinio teste Tiraquello. in l.boues. §. hoc sermone.ff.de verb.sig.nu.47.facit dictum Alber. de Ros.in tract.de stat.q.38.num.12.lib.4.vbi dicit, q; statutum personale non egreditur personam. Quinctius.

c Nato ex illegitimo etiam q; ipse sit legitimus.) † Adde quod bastar-
70 di, & naturales siue spurij non dũr de domo, scdm Bald.in l.si ex liberta.C.de suis & leg.ante nu.1.Pet.de Anch.cons.389.In Christi nomine,visis diligenter.nu.2.Dyn.per eundem Pet.relatum in consil. suo incipiente,in Christi nomine diligenter considerata,Guliel.de Bened.in c.Raynutius.in verbo,Raynu.part.1.nu.33.fol.lib.meo 3. Guid.Pap.q.580.nu.1.& 2.& q. 280.nu.1.& 2.Odofre.in l.si qua mulier.C.ad Orfic.num.1.& nouissimè Alex.Tertius inter consilia diuersorum ad vltimas voluntates. vol.1. consi.162.nu.34.& est communis opinio teste dict.Alexan.præcitato consi.num.5.

Nec

d Nec potuit.) Adde † quòd iudicis officium est loco partis. l. rescri.
71 §. si quis accusatorum. ff. de muner. & hono. c. qualiter & quando. el 2. extra de accus. Boer. decis. 26. num. 2. Cur. Senior consi. 72. col. 2. in
72 fin. & † vbi iudicis officium, imploratur ibi deficit actio, secundum Rom. consi. 325. Omnipotentis Dei, &c. quo ad primum, numer. 24. Roland. à Valle, consi. suo 1. vol. 1. num. 55. & 56. Mars. sing. 277. Licet supra. Quinctius.

e Vt supra dictum est.) Compulsio † iudicis facit actum nullum. Ad-
73 de tex. in c. merito. 15. q. 1. & l. mulier. ff. quod met. caus. c. Abb. extra de his qui metúsve cau. Abb. in c. de regular. extra num. 1. Deci. in c. cum Marcus. extra de constitu. nu. 27. Felin. in c. in præsentia. extra de proba. num. 10. circa fin. ibi, voluntarium militem non coactum Bart. in l. si mulier. §. dos. ff. quod met. cau. num. 1. Bal. in l. falsus. nu. 28. C. de furt. eundem Deci. in l. cum te. C. de transact. nu. 4. Cagnol. in l. si quis maior. C. de transact. nu. 2. & 67. Deci. consi. 22. nu. 2. & in proprijs terminis compromissi, consi. 25. nu. 1. Cyn. in l. 2. C. de his, qui per metum iud. non appel. circa fin. versi. sed quid si iudex. & in l. cum te. C. de his qui metúsve cau. post num. 2. in addi. versi. in cip. additio. & ff. quar. rer. act. non detur. Alb. de Ros. ea. l. cum te. num. 3. & est communis opinio teste Deci. d. consi. 25. & hac in re in proprijs terminis. Rob. Maran. in suo Spec. aur. ord. iud. actu 2. num. 20. plures congerit auctoritates. Quinctius.

f Iudicis officio rescindi.) Adde † q; reductio ad arbitrium boni viri.
74 laudi in quo interuenit enormis lęsio, per quamcunq; renunciationem non potest tolli in compromisso appositam, scdm Bar. in l. cum antea. C. de arbit. nu. 5. Bal. in l. si cum vnius. §. illud. ff. de pact. nu. 3. Alex. consi. 131. In causa vertente coram prætore. lib. 2. num. 12. Spec. tit. de arbit. §. sequitur, versi. item si compromissum, nu. 22. Dyn. in c. scienti. de reg. iur. in 6. versic. item, videtur facere, Ange. consi. 177. Laudum arbitratoris. nu. 1. & 2. Dec. consi. 39. Iuridicam. nu. 6. Abb. in c. Quintauallis. extra de iureiur. num. 33. Pau. Cast. cons. 70. Quia frustra. vol. 1. nu. 1. Pet. de Anch. consi. 208. in quæst. nu. 7. Rom. cons. 90. viso themate quæst. nu. 3. & eundem Dec. cons. 533. Iuridicas. nu. 2. & dicit esse communem opinionem. Quinctius.

g Ex forma dicti statuti.) Adde regulam ad quæst. q; licet valeat sta-
75 tutum † quod tollit appellationē, non tamen tollit recursum, supplicationem, & querelam. scdm gl. in l. fin. C. de edict. diui Adri. tollen. in verbo quiescente. Bald. in l. fin. §. fin. post nu. 5. C. de temp. appel. Dec. in d. l. fin. C. de edict diui Adria. toll. nu. 51. Anto. de But. in c. pasto. in 3. not. de appel. Pau. de Cast. in d. l. fin. nu. 16. Dec. cons. 533. nu. 2. Iuridicas. vbi testatur de communi opinione.

h Euidentem lęsionem.) Adde quod supra diximus in additione incipiente iudicis officio, sub litera F.

i Pro læsione in sexta parte.) Adde q; contrariam sententiam tenuit
76 Abb. in c. cum causam. extra de empt. & vendi. nu. 8. Alber. de Ros. in l. societatem. nu. 6. ff. pro soc. tenet cum Castrense quando apparet manifesta iniquitas, q; rescindatur laudum pro læsione in 6. parte, idem ipse Castrensis, in l. 2. C. de rescin. vend. nu. 5. Alex. tamen in l. sciendum. ff. de verb. oblig. nu. 27. dicit, q; præsumitur pro laudo, eo casu quādo fuit data potestas procedendi in scriptis, & sine scriptis. Nouiss. Cagno. in l. 2. C. de rescin. vend. nu. 166. tenuit, q; fit opus læsione vltra dimidiam iusti valoris litis, & communem esse opin. affirmat, quam amplector, cum temperamento tamen per Albe. præcitato loco quando apparet de manifesta iniquitate. Quinct.

ARGVMENTVM.

De materia Authenticæ, hoc autem. C. de fideicommissis.

SVMMARIA.

1 *Præceptum aduersus quod fuerunt oppositæ exceptiones non arctat, nisi super exceptione fuerit pronunciatum.*
2 *Exceptiones oppositæ si non fuerit super eis pronunciatum dicitur per iudicem stetisse.*
3 *Exceptionum oppositio impedit præcepti executionem, sicut appellatio sententiæ.*
4 *Statutum quòd reijcit exceptiones post decem dies quomodo intelligatur.*
5 *Monitio vel iudicis præceptum dicitur merè interlocutoria.*
6 *Pronunciatio tunc est necessaria, quando pars contradixit.*
7 *Quantitas incerta non potest solui, vel deponi.*
8 *Instrumentum continens incertam quantitatem stante statuto quòd instrumenta mandentur exequutioni, quomodo intelligatur.*
9 *Monitio si arctat, vt faciat pœnam incurrere eo magis præceptum.*
10 *Monitio iudicis est loco præcepti.*
11 *Intellectus Authenticæ hoc amplius.*
12 *Præceptum sine termino habet terminum legalem.*
13 *Terminum iuris iudex non potest abbreuiare.*
14 *Monitio non fit ad hoc, vt monitus incidat in pœnam, sed vt soluat.*
15 *Legatarius non creditur esse solicitus de commodo substituti.*
16 *Pœna etiam quòd fit præstanda non debet offerri.*
17 *Pronunciatio super exceptionibus requiritur quātum ad executionem.*
18 *Terminus non dicitur præcessisse dum in dubium reuocatur.*
19 *Quod factum non releuat fieri non debet.*
20 *Pronunciatio non obstantibus exceptionibus operatur quo ad exequutionem non ad tollendum defensiones.*
21 *Exceptiones quæ requirunt altiorem indaginem nō impediunt exequutionem.*
22 *In iudicio ordinario potest quis probare contra exequutionem factam in iudicio extraordinario.*
23 *Pœnæ incursio requirit verum debitum.*
24 *Exequutio potest esse rite facta, non tamen respecta veritatis negotij.*
25 *Exequutio non debet esse principium iudicij.*
26 *Pronunciatio de non finiendo exequutionē, licet operetur ad impediendum non tamen ad excusandum.*
27 *Causa exequutionis est summaria, & causa pœnæ est ordinaria, & nil commune habent.*
28 *Iusta causa excusat à pœna.*
29 *Sententia in dubio intelligitur diffinitiua.*
30 *Pœna semel decisa non potest in dubium reuocari.*
31 *Iudicium regulariter non inchoatur à præcepto.*
32 *Iudicium in casu Authenticæ hoc amplius, potest inchoari à præcepto.*
33 *Confessus in iudicio semel coram iudice non potest contradicere.*
34 *Exceptiones oppositæ tempore præcepti reseruantur ad merita causæ.*
35 *Quantitatis specificatio omissa non releuat à mora.*
36 *Interpellatio facta ei qui certus est quid, & de quo fuit interpellatus si in ea omittatur non releuat ipsum à mora.*
37 *Quæ dependent ab arbitrio iudicis antequam declarentur non constituunt in mora.*
38 *Exceptionum oppositio ostendit animum contendendi.*
39 *Hæres qui non sponte soluit efficitur indeuotus testatori.*
40 *Exceptionum oppositio sub inuolucro verborum ostendunt malitiam opponentis.*
41 *Qui potest facere, vt possit videtur posse.*
42 *Præceptum cum clausula iustitiæ per comparitionem resoluitur in simplicem citationem.*
43 *Præceptum quod fit in confessis, & causa cognita mandatur exequutioni. Item si fit ad publicam vtilitatem.*
44 *Præceptum quod fit causa cognita est interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ sententiæ.*
45 *Monitio monito non comparente remanet firma.*
46 *Libellus debet continere quantitatem expressam.*
47 *Iudicis monitio est loco præcepti, & quæ differentia sit inter mandatum, & præceptum.*
48 *Morte iudicis monentis expirat monitio.*
49 *Iudex quando possit dilationes abbreuiare.*
50 *Hæres, vt priuetur quæ requirantur, dic tria.*

CONSILIVM XX.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. In facto isto post longam præmeditationem, & disceptationem, omissis superfluis, & impertinentibus, duo potissimè videntur facere dubium, quia ex his quæ gesta fuerunt inter dñm Christophorum & Vrbanū, non debet ipse Vrbanus, vel eius hęredes perdere hæreditatē sui patris d.
1 Vrbani. Primum est, † quia post quam pro parte mei prædicti patris Vrbani fuerunt oppositæ exceptiones contra præceptū sibi factum à iudice, vī q; super eis debuerit pronunciari, scilicet q; eis non obstantibus parendum erat præcepto, quod cùm factū non fuerit, vī
a q; dictum præceptum *a* non arctauerit Vrbanum quasi fuerit resolutum in vim simplicis citationis post comparitionem, & contradictionem dicti Vrbani, iuxta nota. in l. de pupillo. §. meminisse. de oper. noui nunc. & effectum fuit adeo dubium, q; in rem iudicatam non transiuit. C. de re iud. l. 3. §. non prouocaueris, à contrario sensu qui ad libertatē proclama non licet. l. 3. & l. 2. per totū. C. comminatio. vel epistolas, stetit enim † per iudicē quo minus pnunciauerit,
2 postquam fuerunt oppositæ, & sic non debent nocere, argum. C. de tempo. appel. Authen. etiam si appellatione, vnde remansit nudum pręceptū cum iustificatione, cui parendum non fuit dubietate pendente, sicut nec sententiæ diffinitiuæ per appellationem rescissæ,
3 † quoniam hæc conditio & exceptionū oppositio loco appellationis cuiusdam succedere videtur. arg. ff. de arbit. l. nō distinguemus. §. cum quidam. facit in ratione sui. ff. de doli excep. l. fi. ex quadrante, in fi. Nec videtur † obstare statutum, quod post decem dies reijcit exceptiones, quia loquitur de quibusdā exceptionib. ibi cōtentis
4 concernentibus efficaciam, vel inefficaciam debiti, sed hic fuerunt

oppositæ per plures exceptiones concernentes efficaciam & formam præcepti, quia dicitur quòd fieri non potuit, & quòd non valebat, & quod tamen poterat incipi à tali via executiua, vnde necessario pronunciandum erat super eis, quia prius constare oportebat, an esset præceptum validum, & in forma debita cui parere tenetur, argumen. ff. de testamen. milit. l. diuus, & quod not. Bart. in l. 1. in princ. ff. quod vi aut clam, & isto modo videtur posse reduci ad
5 concordiam text. Auth. (Qui dicit † annũ currere à tempore monitionis iudicis, quæ monitio, vel præceptũ dicitur mere interloquutoria, cùm nihil differat, & nullo iuris ordine seruato emanat. C. comminatio, vel epistol. per totũ.) Cùm tex. nouellarum, qui dicit, ℭ à tempore pronunciationis, quę saltim in hoc dr̃ diffinitiua, quia diffinit dubietatem aliquam, quæ est inter partes. l. si quis iusiurandum. cum ibi not. C. de reb. credi. & ℭ no. Bart. in l. si cum exceptione. §. hæc actio. ff. quod met. caus. & in l. Titia. de accusa. de quo text. nouellarum glo. facit mentionem, in Auth. hoc amplius, & non soluit. Alij (quos Cyn. videtur sequi ibidem) dñt standum tex. Authenticorum alio retento, videlicet, melius, & probabilius videtur dicendum, ℭ tex. Authenticorum locum habeat eo casu, quo monitus
6 vel iussus non contradixit monitioni, vel iussui, sed † si contradixit, tunc necessaria est pronunciatio, quę contradictioni obstet, ad hoc,
b vt monitio remaneat firma, *b* & iustificata, & antequam hoc fiat nõ habet arctare rationibus supra allegatis. Secundo principaliter facit dubiũ, quia dominus Christophorus nullam quantitatem expres-
c sit, *c* vel exprimi fecit in pręcepto iudicis, vnde non videtur aliquid potuisse imputari Vrbano, si non soluit, vel si nõ depositauit, ignorauit quid haberet soluere, vel deponere, cùm † quantitas incerta
7 non posit solui, vel deponi. ff. de acq. poss. l. locus. §. incerta. & quia
8 † licet instr̃m continens incertam quantitatem mereatur exequutionem, tamen debet à principio, vel ex post facto specificari, alias sententia exequi non potest pro actore, sed debet reus absolui, vt not. per gloss. in l. 1. §. si quis argentum. ff. depos. & in Spec. de libel. conceptio. §. 1. versi. cau. etiam, nam hic fuerunt legatæ expensæ studij, & sic precium certum, quæ in studio necessaria sunt, iuxta not. in l. quibus. §. 1. per Dy. & Bart. ff. de condi. & demon. & censetur legatum annuum, quod pro primo anno est purum, pro sequentibus conditionale, arg. l. legatum, in princ. ff. de annuis lega. & facile fuit eidem domino Christophoro exprimere quantitatem necessariam pro primo anno, ergo sibi imputet. Alia vero de quibus fuit per aliquos dubitatum non me mouent, scilicet ℭ hic iudex non monuit,
9 sed præcepit. Nam † si monitio arctat, vt faciat in pœnam incidere, quanto magis præceptum. 14. quæst. 1. ℭ præcepta iuncta. l. idem ℭ. §. si quis ea. ff. mand. & ℭ not. glo. in l. 1. in princ. in glo. quæ incipit,
10 ex hoc. monitio † *d* enim iudicis loco præcepti est. ff. quod iussu,
d quod etiam voluit Bar. in quodam cõsilio quod incipit statuto cõis Gualdi, super materia Auth. hoc amplius, vbi non facit dr̃iam inter monitionem, & iussum, dum dicit monit⁹, vel iussus. Nec etiam illud mouet, ℭ hic non fuit iussus soluere inf. annum scd̃m formam
11 illius Authenticæ, quia † negatur, ℭ ipsa forma ibi tradatur, non enim requirit illa Authen. quod terminus anni apponatur in monitione, vel præcepto iudicis, sed ipsa Authen. dictum terminum as-
12 signat ei, qui monitus est, vnde etiam si nullum † terminum apponat iudex in præcepto, succedit immedietatè post præceptum ille terminus legalis, sicut qui datur iudicatis. C. de vsu. rei iudica. l. fin. & si iudex minorem terminum apponat (vt fuit hic) quia decem dies lapsi termini appositi à iudice facit, vt fieri non possit exequutio. Quatenus autem deficit de termino anni quantum ad faciendum ipsum in pœnam dictæ Authen. incidere suppletur per legem. ff. de
13 re iudicata. l. 4. §. si quis condemnatus, & iudex † illum terminum
e anni non potest abbreuiare, *e* de reg. iur. cap. indultum, libr. 6. Nec etiam mouet, ℭ hic dominus Christophorus non fecit fieri dictum præceptum, ad finem faciendi dictum Vrbanum incidere in pœnam dictæ Authenticæ, sed ad finem exequutionis obtinendæ, vt ex eius petitione colligitur, &c. argumen. l. non omnis. ff. si cert. petat.
14 Nam † ℭ sit interesse, ℭ ad hunc finem fiat monitio dicta, vt in pœnam alius incidat, nescio vnde colligant qui hoc dicunt, & satis esset absurdum hoc dicere, imo potius fit ad finem, vt non incidat, quia fit vt soluat, sicut interpellatio extraiudicialis, licet si non soluat etiam præter omne propositum iudicis præcipientis, vel etiam legatarij facientis præcipi sequitur dicta pœna priuationis, quod patet, quia non applicauit ipsi legatario, sed substituto vulgari si i-
15 psum habet hæres, vel cohæres de quorum † commodo legatarius præcipi faciens non creditur esse solicitus, ridiculũ enim est de hoc dubitare. Nec insuper mouet, ℭ dominus Christophorus, qui ordinauit præceptum fieri Vrbano, non obtulit cautionem de stando
16 iuri. l. quibus diebus. §. fin. ff. de cond. & demon. Nam † & si illa forte præstanda sit, non tamen habuit necesse eam offerre, sed pars aduersa debuit eam petere. ff. de legat. 2. l. peto. §. fratre. versic. cauendũ quod fecit. Solum ergo videntur vrgere illa duo, quæ primo loco allegantur in contrarium, sed si bene considerentur non obstant. Et ad primum dum dicebam, ℭ videbatur necessaria pronunciatio super exceptionibus oppositis, ℭ non haberent obstare. Respon-
17 detur, † ℭ hoc est verum quantum ad finem, & effectum, vt possit fieri exequutio per capturam personę, vel bonorum. Nam ad ipsam exequutionem impediendam fuerunt dictæ exceptiones oppositæ, vt ex eorum tenore deprehenditur, & quantum ad ipsam exequutionem impediẽdam reddunt pręceptum adeo dubium, ℭ quousq; per pronunciationem iudicis essent repulsæ non currerent 10. dies dati ad soluendum per iudicem, vt sic post eorum lapsum posit fieri exequutio realis, & personalis ex forma statuti. Nam ad hoc, vt posit fieri statutum requirit præceptum præcedere cum lapsu de-
18 cem dierum, sed † nõ videntur præcessisse, si fuit in dubium reuocatum ex defectu summæ, quousque super dubio fuerit pronunciatum, & ita procedunt omnes rationes in contrarium allegatæ. Cęterùm quantum ad finem constituendi hæredem in mora. & faciendum ipsum incidere in pœnam dictę Authenticæ, cùm reperie-
19 batur † dicta pronunciatio tali ratione, ℭ & si facta fuisset nihil quo ad hoc fuisset operata, sed solùm quo ad exequutionem concedendam, vel negandam, vt probabo, quia fieri non debuit, & non debet fieri quod factum non releuat. Cod. de probationib. l. neque. & l. ad probationem, & ℭ non releuasset, nec aliquid fuisset operata,
20 sic ostenditur. † Nam posito, ℭ pronunciasset exceptionibus non obstantibus parendum esse, dicta pronunciatio fecisset, vt posit fieri exequutio, non tamen abstulisset hæredi defensiones, quas ha-
21 beret super veritate negocij. † Nam possunt esse tales exceptiones, quæ non impedire potuissent, vel retardare exequutionem, quia forte requirunt altiorem indaginem, vel prohibentur à statuto opponi ad ipsam retardandam, & tamen postquam facta esset exsequutio, possent proponi per viam agendi, ad ipsam exequutionem retardandam in ordinario iudicio, & pronunciatio postea facta in exequutiuo & summario, haberet in ordinario præiudicare. l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudicata. l. si quis à liberis. §. si vel parens, de liber. agnoscen. & not. Barto. in l. prima. in vlt. col. C. quando prouoca. facit ℭ idem not. in l. 1. in fin. principij. ff. quod vi, aut clam, & in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbor. obligat. vnde posito, ℭ fuisset pronunciatum parendum fuisse præcepto, & ante hanc pronunciationem stetisset hæres per annum, ℭ non soluisset, si soluisset infra annum (licet coactus) non tractaretur de priuatione ante annum, & quod plus est, si facta fuisset post annum exequutio, & coactus hęres ad soluendum, deinde ageretur ad pœnam condictione Authent. hoc amplius, quòd iudicium pœnale sine dubio
22 deberet esse ordinarium, dico quòd hæres † in hoc ordinario iudicio, quo peteretur pœna posset assumere in se onus probationis, & probare ℭ illud legatum non erat soluendum, vel quia inualidum, vel quia alias solutũ, & sic allegare, & dicere se non incidisse in pœnam, licet ad mandatum iudicis infra annum non soluerit, quia
23 resoluendum erat, & sic non incidit in pœnam, quoniam ad † *hoc*, vt incidat in pœnam requiritur ℭ verè soluendum esset, & ℭ verè deberetur, alias non incidit, vt patet in corpore vnde illa Authentica sumitur, & Bald. nota. in dicta Authen. in vlt. col. quia *non* potest dici fuisse in mora, si reuera non debebatur, argum. l. vir bonus. ff. iudi. sol. & licet facta fuerit exequutio, non venit retractanda. Nam
24 † ista possunt simul stare, ℭ exequutio rite & debito *modo* facta fuerit, & tamen non rectè inspecta veritate negocij, & sic venit retractanda, argum. c. si debitores, de iureiuran. & l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebell. & hæc probatio in dicto iudicio pœnali, & ordinario sine dubio iudex deberet pronunciare ipsum non incidisse in pœnam dictæ Authen. non obstante dicto præcepto, & pronunciatione facta, ℭ ei esset parendum, non obstantibus exceptionibus contra ipsum oppositis, nec obstante etiam dicta exequutione, licet ergo isto casu pronunciatio facta fuisset operata quantũ ad exequutionem, quia fecisset eam fieri, non tamen fuisset operata quantum ad faciendum ipsum hæredem incidere in pœnam dictę Authen. similiter contra, si fuisset pronunciatum exequutionem non esse fiendam obstantibus exceptionibus, hoc non releuasset hærede quominus, si reuera legatum debebatur incidereṅt in pœnam dictæ
25 Authen. quod patet. † Nam de iure communi non est incipiendum ab exequutione. Cod. de execu. rei iudi. l. 1. de pact. l. si pacto quo pœnam, in fin. & tamen si post pręceptum, vel monitionem iudicis hę-
res tardauerit solutionem per annum, incidit in pœnam illius Authen. & tamẽ constat, ℭ etiã interueniente lapsu anni, licet hæres incidisset in pœnã priuationis hæreditatis, nihilominus nõ posset cõ-

tra eum

tra eum super legato, quòd fuit iussus soluere procedi via exequutiua, sed deberet dari libellus & condemnari, arg. l. 1. C. de peculio. & sic econtra isto casu talis pronunciatio, ꝙ talis exequutio non fuis-
26 set fienda, licet † operata fuisset ad eam impediendum, non tamen fuisset operata ad excusandum hæredem à mora, vel à pœna. Concludamus, quod ista possint stare simul, scilicet, ꝙ exequutio sit fienda, & parendum fuerit præcepto, & tamen in pœnam illius Authen. non incidit, & econuerso, ꝙ nõ fuerit fienda, & tamen in pœ-
27 nam illam incidit, quia † nihil commune habet causa exequutionis, quę est summaria, cum causa pœnæ, quæ est ordinaria, ergo &c. l. Papinianus exuli. ff. de minorib. Non est ergo curandum, ꝙ super dictis exceptionib⁹ non fuerit pronunciatum in causa exequutiua, sed solùm inspiciendum, an in iudicio ordinario, quo pœna petetur hæres dicti Vrbani possit ostendere aliquid, ex quo dictum legatum appareat esse nullum, vel non debitum, & tunc absoluetur à pœna, si hoc non possit ostendere, & tunc apparet recte ipsum Vrbanum fuisse in mora, & in contumacia, & tempus anni (vt supra) cucurrisse etiam pendente dubietate super exceptionibus, per ea quæ plene & eleganter not. Cyn. C. de inoffic. testamen. l. contra maiores, de dam. infect. l. si infinita. §. Iulianus, versi. sed quid si in prima citatione, &c. & per eundem in l. 2. §. non solùm. ff. ad Tertullia. nisi
28 † iustam causam habuisset non soluendi, secundum Cyn. in dicta l. contra maiores. Nec etiam obstat tex. in nouella, quia non loquitur de tali pronunciatione, de qua nos loquimur, scilicet fienda in iudicio summario (prout erat istud.) Sed loquitur de diffinitiua senten-
29 tia, vt patet ex illo tex. (si bene inspiciantur) dum loquitur de † sententia, quod verbum in dubio intelligitur. l. quod iussit. ff. de re iudic. & etiam loquitur de calculo, quod similiter pro diffinitiua ponitur. C. de appel. l. si actor. & nota. in l. 1. de errore calculi, in prima gl. cuius rei gratia notandum est, quando hæres denegat legata soluere, duplex est via. Vna ꝙ legatarius det libellum & agat ordinariè, faciatq; hæredem condemnari diffinitiuè, & tunc dictæ sententiæ (postquam tamen transierit in rem iudicatam) incipiet currere annus, & ita loquitur ille text. in nouellis, & est vtilis ille annus, quia in iudicio, quo postea pœna petetur non potest amplius in dubium
30 refricari, cùm † semel fuerit decisum. C. de fide instrumen. l. fin. & quod not. Bart. in l. Iulianus. ff. de condi. indebi. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. obliga. post Dyn. in quæst. illa cùm petitur pœna, quia petijt laudum reduci ad arbitrium boni viri. Secundus modus est, ꝙ faciat fieri hæredi præceptum per iudicem, ꝙ soluat,
31 † licet enim regulariter non incipiatur à præcepto de iure cõmuni, nisi in confessum. ff. de iud. l. si debitori, vel in condemnatum. ff. de
32 aucto. tuto. l. defendere, & ibi not. tamen in isto † casu permittit illa Auth. & in corpore vnde sumitur, ꝙ possit incipi à monitione, vel præcepto, quos tex. cũ indefinitè loquatur, intelligit siue hæres confiteatur se teneri, siue neget, in hoc tamen est dria, quòd primo casu à
33 non poterit postea in iudicio pœnali contradicere, ex quo † semel in iudicio coram iudice confessus est. C. de non nume. pec. l. generaliter, secundo casu secus, & tunc in iudicio quo pœna petetur, plene de hoc discutietur, an hoc legatum debeatur, vel non, & sic an fuerit soluendo, vel non, & si reperiatur, quòd debuerit solui, reuerà
34 pronunciabitur contra eum super pœna (vt supra dixi.) Non † autem debet hoc discuti tempore præcepti facti, si contra ipsum opponerentur exceptiones, immo quantum ad hunc effectum debent reseruari in dicto iudicio ordinario, cùm istud iudicium præcepti non sit iudicium, sed quædam monitio, & quia nihil prodesset discussio (vt supra dixi.) Cùm ergo in casu nostro fuerit electa hæc via præcepti, dicendum est, quòd alia pronunciatio non fuerit necessaria, imo ex euentu futuri iudicij super pœna apparebit, an fuerit in mora, currerit sibi annus, vel non (vt supra dixi.) facit. l. nemo. §. fina. ff. de verbor. obligatio. ex quibus patet clara responsio ad obiectionem. Quantum vero ad secundum, scilicet, quòd quanti-
35 tas † non fuerit specificata per dictum Christophorum, istud non habuit releuare Vrbanum à mora & pertinacia, seu indeuotione,
f ratione quarum imponitur pœna *f* illius Authent. licet non quantum ad consequendum sententiam, vel exequutionem requiratur expressio quantitatis, vt in iuribus & auctoritat. in contrarium al-
36 legatis, † interpellatione tamen vel monitione, quæ fit in constituendo quem in mora hoc non requiritur quando interpellatur, eo modo & pariter potest esse certus, quid & de quo senserit interpellans, vt sufficiat dicere, solue quod debes, vt patet in l. fi. ff. de aucto. tutor. ibi iudex facit præceptum nulla expressa quantitate dicendo facias iudicata, sed hic non poterat esse certus Vrbanus de eo, quod b
tenebatur, seu de quantitate debita, & quam debebat domin⁹ Chri-
37 stophorus, nam istud † dependebat ex arbitrio iudicis, secũdum generalitatem personarum & quãtitatem bonorum. l. prima. & l. quidam testa. in fin. ff. de lega. 2. & l. quæro. & l. siue generalis. ff. de iure doti. vnde non est, ꝙ imputari potuerit domino Christophoro si quantitatem non specificauerit, quia hoc facere non poterat, cùm ad iudicem etiam eius arbitrio pertineret hæc declaratio, non ad ipsum solùm, sed fuit imputandum Vrbano, cùm & statim facto sibi præcepto sine quacunq; alia conditione se non subiecit declarationi iudicis, offerendo se paratum soluere quicquid per iudicem fuerit declaratum, & se iterum compariturum coram iudice pro dicta declaratione faciẽda pro libito voluntatis dicti domini Christophori, & non si sic fecisset apparuisset ipsum noluisse litigare, nec moram facere dicto domino Christophoro, & non incurrisset pœ-
38 nam, sed ipse † hoc non fecit, imo plures exceptiones opposuit semper ex quibus apparet manifestè ꝙ voluit contendere, & litigare, & posito, ꝙ quantitas fuisset specificata, adhuc soluere non intendebat, vt ex eis & eorum tenore manifestè colligitur, & potissimè in illa, in qua opposuit compensationem, dum dixit, & si aliqua suprà dicta erant non obstarent, &c. Inter quæ erat illa de liquidatione non facta &c. tamen obstabat exceptio compensationis. Apparentibus igitur allegatis exceptionibus friuolis & legatum debitum fu-
39 isse, apparebit, & per consequens ipsum † Vrbanum fuisse indeuotum testatori, & voluisse potius litigare, quam soluere, & hoc est quòd illa Authen. intendit punire, scilicet, indeuotionem hæredis quando non sponte soluit, sed cum litigio & mora, vt patet in libro nouellarum, & argument. Institut. de actio. §. item mixta est a-
40 ctio contra eos. Item illam † exceptionem de expressione quantitatis non facta nõ opposuit simpliciter, sed cum malitia, & sub verborũ inuolucro, dicendo, quòd non erant liquidata, quæ erant liquidanda, &c. Quæ verba poterant intelligi de liquidatione quo ad alia quam quo ad specificationem quantitatis, & ideo tanquam malitiosè, & obscurè loquens debet puniri sicut si dictam exceptionem non opposuisset argumen. eorum quæ not. Cyn. in l. prima. C. vt quæ desunt aduoca. parti. iudi. supple. Cùm ergo dicitur quòd non potuit imputari Vrbano cur non soluit, vel deposuit, cùm nesciret quantum haberet soluere, vel deponere videbitur quod sibi
41 debuerit imputari, non sic fecit vt posset, quia † qui potest facere, vt possit, videtur posse, vt in reg. iur. qui potest, & quod nota. in l. cum notitiam. C. de præscriptio. triginta annor. gloss. quæ incipit quid ergo, poterat autem facere, vt possit, non stando in contentionibus, & in oppositione aliarum exceptionum, sed offerre se separatum purè & simpliciter id quod per iudicem partibus auditis fuerit declaratum, & se velle comparere coram iudice pro dicta declaratione fienda pro libito voluntatis dicti domini Christophori, quod cùm nõ fecerit, tanquam volens potius litigare quam soluere coercetur. l. nemo. §. fi. ff. de verb. oblig. Laus Deo, ego Paul. de Cast.

ADDITIONES.

à Præceptum non arctauerit. Adde quòd præceptum † cum clau-
42 sula iustitiæ si senseris te grauatum, per simplicem comparitionem resoluitur in simplicem citationem quod sensit Iacob. Butriga. in l. actione. C. de transactio. vers. sed quid in iudicio iudex mandat Titio. & Bald. ibidem nume. 5. Innocen. in cap. fin. de cohabit. cleric. & mulier. in gloss. mag. versic. item monitio, post numer. 6. Barto. in l. 1. C. de exequu. rei iud. num. 3. Bald. in l. 2. C. de episcop. aud. num. 7. & est glo. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de no. ope. nuncia. in verbo manum. Alexan. in d. §. meminisse. nume. 3. & 4. & Pau. Castren. ibidem. num. 3. vbi dicit quando fit ad priuatam vtilitatem. Iaso. in l. nequicquam. ff. de offic. proconsu. num. 6. Robert. Marant. in suo Spec. aur. ord. iudi. in princ. actu primo. nume. 27. & istud præceptum resoluitur, vt supra. & si reus non comparet remanet firmum, secundum Afflict. Dec. Sac. consi. Neapo. 167.

43 Præceptum vero quod fit causa † cognita in confessis, vel ad publicam vtilitatem, non requirit clausulam iustitiæ, & est ei paren-
44 dum, cùm † sit interloquutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, de quo per Felin. in Rub. de re iudi. num. 5. Deci. in c. cum cessante. de appellat. num. 13. Lanfranc. de Orian. in c. quoniam contra, versic. interloquutiones, extra de probatio. Afflict. in constit. Regni Neap. Regię Maiestatis. col. fin. nume. 10. Guid. Pap. decis. 359. num. 1. Paul. Castr. consil. 48. In causa, quæ vertitur, nume. 1. & 2. vol. 2. Petr. de Anchar. consi. 234. num. 3. & in l. si debitori. ff. de iudi. nume. 15. Alber. de Ros. in d. l. si debitori. num. 2. & doctiss. Prosp. Carauit. super ritib. mag. cur. vic. ritu. 187. num. 3. fol. 197. & dominus Mar. in d. Spec. dic. actu primo, nume. 28. Fed. de Senis consi. suo 251. numer. 2. Ant. consi. sing. confessio. il primo, num. 7.

b Monitio remaneat firma. Addde † Spec. tit. de citat. §. sequitur.
45 num. 22. & in tit. de comparitione. num. 6. Feder. de Senis consil. 251. post nume. 2. Bald. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. num. 10. Matth. Matthesil. not. 120. num. 1. & 2.

c Quanti-

c Quantitatem expressit. Adde in libello † debere exprimi quantita-
40 tem secundum Specu. titu. de libel. concept. §. iussa propositionis, num. 8. alias reus absoluetur, idem tenet in titu. de oblig. & solut. §. sequitur videre, numer. 4. vbi cumulat auctoritates, & ibid. Ioann. And. in addit.

d Monitio iudicis loco præcepti est. Adde Alexand. † in l. more. ff. de
47 iurisdict. omni. iudi. post num. 40. qui respondet glo. in l. sæpe. ff. de offic. prætor. ibidem facientem differentiam inter mandatum & præceptum, quia quocunque modo superior mandat inferiori, videtur præceptum fecisse, secundum glo. in l. 1. ff. quod iussu, in verbo quemadmodum. Bald. in l. si mandator. C. quod cum eo, circa medium, versi. & iuxta illud. Abb. in c. relatum. extra de offic. deleg. circa finem. Deci. in d. l. more maiorum. nu. 50. Imol. in l. qui aliena. §. quod iussu. ff. de acquiren. hæredit. Paul. Castr. in l. 1. in princip. ff.
48 quod iussu, & Deci. in d. c. relatum. nu. 8. & quòd talis † monitio expiret morte monentis, vel præcipientis, voluit Calcan. con. in princip. Card. tamen in Clemen. fin. de procurat. in versi. per hoc dico, tenuit contra, ea ratione, quia statim habuit effectum suum, & ideo per mortem non extinguitur, & idem firmat Dec. præcitato loco, & rationi consonum videtur. Balthas. Quinct. V. I. D.

e Non potest abbreuiare. † Adde Felin. in c. cum sit Romana, extra
49 de appellat. numer. 5. vsque ad 8. vbi ponit regulam, & fallentias, quando iudex ex causa potest dilationes legales abbreuiare. Abbas ibidem, numer. 10. Cyn. in l. 1. C. de dilat. nn. 4. & in fine additionis versiculo vltimo solet generaliter quæri. Iacob. de Aret. in dicta l. prima. circa finem ponit distinctionem dicens, aut dantur à lege sine hominis ministerio, exemplificans in appellatione, & non minuitur, si vero dantur ab homine sine hominis ministerio, & tunc aut sunt statutæ cum temporis præfinitione, aut sine. Primo casu, si est dictũ, non amplientur vel nõ minuantur, & tunc sine causa non minuuntur neque ampliantur, si vero non additur certum tempus, censentur remissæ arbitrio iudicis, quam distinctionem ponit similiter Iacob. Butriga. in Authent. offeratur. Cod. de lit. contesta. colum. 2. versic. modo quæro. vide etiam Alexan. in l. 2. ff. de re iudicata, num. 5.

f Imponitur pœna illius authenticæ. Adde tria † requiri ad hoc vt
50 hęres priuetur, de quibus in d. Authen. hoc amplius. Primo, vt illud quod hæres adimplere neglexerit, non sit à lege repræsentatum, videlicet quòd lapso anno illud lex non habeat pro adimpleto, sicut est in libertate data seruo iuxta tex. in l. cum vero. §. subuentum. ff. de fideicom. liber. Secundo quòd sit monitus à iudice per ipsummet iudicem secundum Ang. & Paul. Cast. in dicta Authen. hoc amplius. num. 2. Gul. de Benedic. in c. Raynutius. in 2. parte, in verbo si absque liberis. 2. nu. 198. & vnica monitio cum lapsu anni currit, secundum Bart. in d. Authen. nu. 2. Gul. in præcitato loco nume. 200. circa medium, vbi testatur de communi opinione. Tertio requiritur quod annus sit lapsus, qui currere cœpit à die monitionis factæ secundum glo. in d. Authen. & ibidem nume. 2. Gul. præcitato loco. num. 202. Bald. consi. 356. Licet allegatum, colum. 1. lib. 4. Ang. cons. 168. nu. 4. Roma. consi. 207. Si volumus hanc substitutionem, in fin. & consi. 225. num. 7. Dec. consi. 192. num. 4.

ARGVMENTVM.

Stante statuto, quòd filius possit vindicare necem patris occisi, an filius infans tempore necis patris factus adultus occidens homicidam sui patris censeatur vigore dicti statuti vindicasse.

SVMMARIA.

1 *Homicidium commissum tempore belli non est punibile.*
2 *Ius belli à iuregentium introductum est.*
3 *Conditio belli debet esse æqua.*
4 *Pace sequuta de homicidijs in bello commissis non fit remissio per magi-* 1
stratum.
5 *Homicida in bello dicitur exequutor reipublicæ & non vltor propriæ iniuriæ.*
6 *Respublica tenet locum principis.*
7 *Respublica potest remittere iniuriam priuatam inuita parte, & facere pacem, num. 8.*
9 *Princeps, seu respublica tenet locum parentis erga subiectos.*
10 *Pax sequuta non debet violari.*
11 *Pro facto habetur quod de necessitate quis debet facere.*
12 *Bannitus qui debet rebanniri non potest offendi.*
13 *Testes de auditu non sufficiunt ad condemnationem.*
14 *Probationes debent esse luce clariores.*
15 *Quod iudici non licet nec parti.*
16 *Factum, lege vel statuto permittente non punitur.*
17 *Publica vtilitas suadet maleficia puniri.*
18 *Maleficia distinguuntur voluntate & proposito.*
19 *Homicidium non committitur sine dolo.*
20 *Iuris exequutio non habet iniuriam.*
21 *Bellum motum per ciuem contra ciuitatem est illicitum.*
22 *Inimicum non licet occidere in bello postquam captus est, & num. 57.*
23 *Infans non dicitur habere notitiam eorum quæ fiunt in eius infantia cùm careat intellectu.*
24 *Ignorantia dicitur durare donec probetur de scientia, & contradicitur de scientia, num. 25.*
26 *Contrariorum eadem est disciplina.*
27 *Protestatio non valet nisi docto de eo quod protestatio continet.*
28 *Causa inhabilis annullat actum.*
29 *Quæ sunt diuersa & habent rationes diuersas diuersum reddunt effectum.*
30 *Causa habilis ex postfacto effecta inhabilis in sciente facit eum teneri de culpa.*
31 *Error iuris non excusat.*
32 *In facto alieno iustissima est ignorantia.*
33 *Restitutio in integrum conceditur propter iustam ignorantiam ex clausula generali.*
34 *Restitutio non est necessaria cùm agitur de maximo præiudicio pœnæ corporalis.*
35 *Homicidium non probatum habetur pro non facto.*
36 *Fama probata facit semiplenam probationem.*
37 *Confessio extraiudicialis parte præsente facit semiplenam probationem in ciuilibus.*
38 *Probationes duæ semiplenæ licet diuersi generis faciunt vnam plenam.*
39 *Testes singulares propter generalitatem verborum censentur concordare, & num. 40. & 41.*
42 *Probatio semiplena quæ facit fidem in ciuilibus facit fidem quando tractatur de absolutione in criminalibus.*
43 *Probatio indirecta inducit animum iudicis ad credulitatem.*
44 *Iudex ad sui motũ debet se informare ex multis & diuersis argumẽtis.*
45 *Probatio famæ dat iustam causam credulitatis.*
46 *Testium receptio non pertinet ad priuatum.*
47 *Quod publicè dicitur reddit quem certum.*
48 *Petitio pacis inducit confessionem delicti. & num. 60.*
49 *Petitio absolutionis ab excommunicatione inducit confessionem excommunicationis.*
50 *Testium depositio & si non probat reddit rem dubiam.*
51 *Nocentem absoluere melius est quam innocentem condemnare in dubio.*
52 *Assassini possunt impunè occidi à priuato.*
53 *Condemnatus & postea toleratus non potest offendi.*
54 *Bellum licitum, vel illicitum quid sit.*
55 *Bannitus potest impunè offendi.*
56 *Filius tenetur pugnare contra patrem pro patria.*
58 *Iudex debet exquirere excusationem innocentiæ.*
59 *Reus liberatur à morte per semiplenam probationem.*

CONSILIVM XXI.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Viso processu, & inquisitione formata per dominum Capitaneum ciuitatis Pistorij contra Dominicum Docti & socios de homicidio commisso, in Nicolinum Franciſci comitatus Pistorij, visaq; comparitione Bartholomæi procuratoris dicti Dominici, & contentis in ea pro defensione ipsius Dominici, & sociorum & attestationibus testium receptorum super articulis per eum datis. Videtur dicendum, quòd ipsis non obstantibus debeat procedi, ad condemnationem prædictorum inquisitorum triplici ratione. Primo, quia † homicidium commissum per dictum Nicolinum in personam patris dicti Dominici, ratione cuius dictus Dominicus se defendit, quasi licuerit sibi vindictam facere ex forma statutorum communis Florentiæ, proponitur fuisse factum tempore guerræ Sambucæ, & per inimicos communis Pistorij, vnde posito, quod est plene probatum, non erat punibile pœna fori iudicialis, quia licitum est inimi-
a cos in bello occidere. *a* ff. ad legem Corneliam de sicar. l. 3. §. si. &
2 hoc iure belli, quod † à iure gentium introductum est & permissum. ff. de iustit. & iur. l. ex hoc iure. & sicut nostris licitum est occidere alienos in bello, ita similiter econuerso, † cum æqua debeat
3 esse conditio vtriusque, sicut in captiuis videmus. ff. de capti. l. postliminij ius in fin. principij. & l. in bello. in princip. demum facta
4 † pace etiam si alia remissio facta non fuerit de præcedentibus homicidijs, & iniurijs factis in bello, non potest fieri punitio per ma-
b gistratum alterutrius partis, ergo nec sumi potuit vindicta *b* de
5 priuato, qui in hoc loco succedit, & † est potius exequutor Reipubl.

publ. quàm vltor propriè iniuriæ. C. quando liceat vnicui. sine iudi. se vindi. l. 1. cum ibi not. Vnde vbi Respub. per suos Magistratus non puniret, ibi nec priuato intelligitur permissa vindicta, quæ in defectum Magistratus permittitur, vt patet ex plene not. in addit. Specu. tit. de constitutionibus, ante fin. & in quæstio. Iacob. de Aret. quam refert Ioan. Andr. in dictis additio. & ex notat. in l. in laqueũ. ff. de acquiren. rerum domi. & l. 3. §. fin. ff. ad leg. Corneliam de sicarijs, per Bart. & l. libertas. ff. de statu homi. per Cynum. Secũdo, quia
6 hic non solum pax, sed generalis † remissio facta fuit de omnibus robarijs & iniurijs hincinde factis per commune Florentiæ quod locum principis tenet inter eos, & sic posito quod de illo homicidio commisso in Doctum, fuisset sumenda publica vindicta, fuit tamen remissa per habentes potestatem. ff. de pœnis. l. relegati. in fin. & l. moris. §. iste ferè. ff. de quæstionibus, & in l. 1. in fin. C. de generali abolitione. l. fin. potuit † etiam commune Florentiæ remittere
7 iniuriam priuatam factam filio dicti Docti, eo etiam inuito, & de ea
8 facere pacem, sicut † pater de iniuria filij. ff. de iniurijs. l. sed si vnus. §. filiofamilias, & quod ibi nota. per Barto. in l. in personam. ff. de
9 pact. cum † Princeps siue Respublica erga subiectos locum parentis teneat. C. de inoffic. testamen. l. si quis filium. post principium, & de defensoribus ciuita. l. 4. in Authen. vt iudices sine quoquo suffragio. §. eos. & iusiurand. quod præstatur ab his. §. deuotos & statutum fuit, quod ipse Dominicus & similes, qui tales iniurias recepissent,
10 tenerentur requisiti reddere pacem, & eam seruare. Constat † autem quòd si dictus Dominicus requisitus à dicto Nicolino fecisset
c cum eo pacem, non potuisset impune ipsum offendere *c* 10. collatio. de pace tenen. & eius violato, ergo nec etiam ea non facta postquam ad eam fiendam poterat cogi, argumen. optimum. C. de fideicom. l. si creditor. & quod not. glo. ff. de condictio. indebit. l. non sortem. §. adeo, quæ incipit, quamuis. facit l. si finita. §. eleganter. de damno infecto. & de fideicommis. liberta. l. cum vero, post princi-
11 pium, vbi pro libero habetur, qui † de necessitate manumittendus est. & quibus ad liberta. proclamare non licet. l. Licinius, & quod not. Barto. post Dyn. in l. 3. §. si seruus. de acquiren. possess. de illo, qui
12 debet † rebanniri, quòd antequam rebanniatur non potest impunè offendi, quasi habeatur pro rebannito, ex quo potest petere se cancellari, & est cancellandus de banno, prout hic erat in simili, & in dicta quæstio. Iacobi de Arena, de qua in addit. Specu. titu. de accusatio. §. sequitur. in 4 articu. in tertia parte Specu. Tertio & vltimo, quia & si prædicta cessarent, cum homicidium commissum in dictum patrem dicti Dominici non est probatum, cum nullus testis
13 deponat de visu, sed † solum de auditu, vnde clarum est, quod non sufficerent ad condemnationem Nicolini de dicto homicidio, quia
14 † in talibus debent esse probationes luce clariores. C. de probatio. l. sciant cuncti. ergo non sufficere debuerunt ad faciendam dictam
15 exequutionem, quia † (vt supra dixi) quod non esset licitum iudici non debet esse licitum priuato, qui loco iudicis succedit per nota. in locis prælegatis. His non obstantibus licet prima facie satis vrgere videantur, inclino in partem contrariam, quod debeant ab-
16 solui. Et hoc primo, quia † factum lege, vel statuto permittente pœnam non meretur. l. Gracchus. Cod. de adulter. sed statutum communis Florentiæ permittit filio facere vindictam patris interfecti cum comitatiua necessaria quod quidem statutum valet propter publicam vtilitatem, quæ sua debet maleficia puniri. ff. ad leg.
17 Aquil. l. ita vulneratus. † & si talia statuta non essent, multa remanerent impunita, vt plene disputando concludit in quæstio. disputata quam refert Ioan. Andr. in dicto titu. de accusatio. ad finem in additio. Specul. & in l. prima, quando liceat vnicuique se sine iudi. vindica. & in l. accusationis, in fin. glos. magn. C. quod metus causa.
18 Item, quia † voluntas & propositum distinguunt maleficia. ff. de
19 furt. l. qui iniuriam. in princ. l. vero. & † sine dolo non committitur homicidium punibile. ff. ad l. Corneliam de sicar. l. 1. §. diuus. quod enim habet locum in statutis punientibus homicidium, vt patet ex not. per Barto. in l. 1. §. non autem. ff. si quis testa. liber. iuss. esse fuerit, sed iste Dominicus non fuit in dolo, quia non animo committendi homicidium hoc fecit, sed causa faciendi exequutionem sibi à statuto permissam, & sic nullam iniuriam censetur fecisse, cum
20 † iuris exequutio non habeat iniuriam. ff. de iniurijs. l. iniuriarum. §. 1. ad quod bon. tex. ff. de vent. inspic. l. 1. §. non autem. verfic. cæterum si non iniuria faciendi, sed quia iuste credidit, &c. Nec obstant in contrarium allegata, per quæ clarius apparebit veritas, & primo
d non obstat prima ratio, quia habet locum in bello *d* licito, sed bellum in quo Doctus fuit interfectus, non fuit licitum ex parte qua
21 erat Nicolinus, quia † motum per ciuem contra propriam ciuitatem. l. si quis ingenua. §. in ciuilibus. ff. de capti. vnde homicidia commissa p adhærentes illi erant punienda non econuerso. l. mini-
e mè. ff. de religios. & sumpti. funer. e Præterea † etiam in bello licito non est permissum occidere *f* inimicum, postquam captus est. l.
f libertas. ff. de stat. homin. & ibi per Cyn. & in d. quæst. disputata per Iacob. de Aren. in 4. articulo, sed vt dicunt testes ille Doctus fuit captus per Nicolinum, & se sibi dedit attendendo se, vnde non debuit interfici. Item non obstat secunda ratio in contrarium facta,
23 quia dictus Dominicus tempore pacis factæ erat infans, † & sic non potuit habere notitiam dictæ pacis, & contentorum in ea cum careret intellectu, vt C. de falsi. moneta. l. 1. & ff. de iureiurand. l. qui iu-
24 rasse. vnde cum excusatus fuit à principio † si ignorauit dictam pacem durauit excusatio propter hoc, quia non fuit dictum aliquid de scientia. C. in quibus caus. in integr. restitutio. non est necessa. l.
25 1. & de his quibus vt indignis. l. minoribus. sicut † enim scientia, quę fuit à principio præsumitur durare, nisi probetur contrarium. ff. de administratio. l. fin. in princip. C. de contrahen. stipulatio. l.
26 magnam. ita conuerso ignorantia. ff. de probatio. l. verius, vt † contrariorum sit eadem disciplina. ff. de legat. tertio. l. fin. debuit dictus Nicolinus denunciare dicto Dominico, quod eum non poterat impunè offendere propter dictam pacem, & remissionem factam in ea, & sibi protestari, & de dicta pace, & de contentis in ea fidem facere ostendendo instrumentum, vel aliam scripturam authenticam, & requirere eum ad pacem priuatam, secundum contenta in pace prædicta publica, ita determinat Barto. in l. non solum. §. fina. ff. de oper. noui nunc. in 2. quæst. princ. de protestatione inhibi. quæstio. 2. quando quis protestatur, quòd non fiat id quod prohibetur, di-
27 cens quòd non † tenetur aliter credere, nisi modo prædicto fiat sibi fides, quando præcesit causa propter quã credebat se posse facere, prout fuit in casu nostro. Cùm ergo hoc non fecerit, non est imputandum dicto Dominico, & socijs postquam præcesit causa iusta, propter quam, si pax prædicta facta non fuisset, poterat illum impunè offendere. ff. mandat. l. si fideiussor. in fin. principij, & l. si cùm debitor. §. sequenti. Nec obstat si dicatur, quòd saltim de culpa debeat puniri, quia debebant explorare antequam ad talem præiudicialem actum procederent, per ea quæ not. Bart. in l. penultim. ff. de adulter. & in quæstio. disputata, de qua in additio. Specul. titu. de obligatio. & solutio. & super Rubric. in fin. tit. de accusatio. §. sequitur. in quæstio. Iacobi de Arena, in vlti. articu. & magna additione, ad quod bene facit. ff. de regulis iuris. l. qui in alterius. in fin. Nam respondeo, quòd Barto. in d. l. penult. de adulter. loquitur quando
28 quis † fuit motus ad offendendum ex causa, quæ nunquam fuerat habilis ad hoc, licet putaretur esse, vt propter bannum non rite latum, tunc enim est bene, quod sibi imputetur, si non exploraret, an bannum propter quod mouebatur erat ritè latum, vel non. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicata. de contra tabul. l. non putauit. §. non quæuis. sed quando præcesit causa habilis, puta bannum rite latum, licet postea fuerit effecta inhabilis, vt quia fuerat cancellatus de libro bannitorum, tunc non imputatur offendenti si non exploret, an esset bannitus, vel non. Item econtra imputatur offenso si non notificauit offendenti rebannitionem, & de ipsa fidem nõ fecit, ita loquitur Barto. in d. l. non solùm. §. fin. de oper. no. nunc. & isto modo debent reduci ad concordiam dicta sua, aliàs fuisset sibi contrarius, dum in l. non solùm, sensit, q; non facta denunciatione, & fide prædicta nullo modo debeat offensus puniri, sed in l. penulti. de adulter. vult, q; puniatur de culpa, quia non explorauit, quia in
29 diuersis casibus † loquitur & habentibus rationes diuersas, vt supra dixi, sed in casu nostro præcesit causa habilis, scilicet, homicidium in patrem dicti Dominici, licet propter pacem effecta fuisset inhabilis, & sic non est locus dicto Barto. in l. pen. sed ei quod dicitur in d. l. non solùm. §. fina. item non obstant dicta Ioan. Andre. in
30 locis prælegatis, qui loquitur in casu † quo præcesit causa habilis, quæ est effecta ex postfacto inhabilis, & tamen dicit idem, vt saltim de causa teneatur, quia si bene consideretur dictum suum ven-
31 dicat sibi locum, quando offendens sciebat factum, sed errauit † in iure, vt quia sciebat bannitum soluisse, & se debere cancellari, tamen quia nondum erat cancellatus putabat, se posse impunè offendere, quòd non poterat, & tunc est bene, quòd sibi imputetur, & idem esset in casu nostro, si probaretur, quòd sciuisset iste illam pacem, & remissionem, sed credidisset, quòd antequam ipse reddidisset aliam pacem, posset eum offendere, quod tamen non esset, vt in iuribus supra allegatis in secunda parte & ratione contraria, sed si ponetur, quòd offendens ignorabat ius & factum, puta quod bannitus soluisset; & deberet rebanniri, non posset procedere determinatio, quam ponit Ioannes Andreas in locis prædictis, scilicet vt de culpa puniretur, quia tunc in nulla culpa potest dici, cum
32 † in facto alieno iustissima sit ignorantia. ff. pro suo. leg. fina. l. doli. in fin. ff. de nouatio. & per Barto. in l. Celsus. ff. de vsucapioni.

& igno-

& ignorato facto non est quid imputetur, si non inuestigauit de iure disponente de illo facto, ad quod optimè ff. manda. l. si fideiussor. §. non malè. vbi dicta distinctio probatur. At in casu isto, tam factum, quàm ius ignorauit Dominicus, quia à principio propter defectum ætatis ignorauit pacem factam, & illa ignorantia præsumitur durasse non probato contrario, vt supra dixi, & sic nil est quod imputetur, si non explorauit de facto, quod ignorabat, licet quando sit factum bene imputetur si non explorauit, de iure disponente de illo facto, & ita loquitur Ioannes Andreas in locis præallegatis. Item non obstat lex qui in alterius, de regulis iuris. quæ generaliter loquitur, etiam quando ignorauit factum, nam licet tunc in petendo & alium molestando, non obstante ignorantia incidat in pœnam conditionalem ipso iure. l. ad diem. de verborum obligatio. & l. cum filius. §. in hac. tamen propter iustam ignorantiam restituitur in integrum, ex † clausula generali, vt in nihilum teneatur, vt in omnibus dictis locis not. per glos. sed in casu cum tractetur de pœna corporali talis restitutio non est necessaria, sed ipso iure seruatur illæsus, quia † de maiori agitur præiudicio. l. fina. C. in quibus caus. in integrum restitutio. vel ipse iudex sine omni alia petitione cum ex suo officio habeat quærere excusationes innocentiæ g g l. si non defendatur. ff. de pœnis. l. 1. in fin. ff. de quæstio. etiam inuito reo. l. non tantum. ff. de appellatio. debet eos absoluere. Restat respondere ad vltimum dum dicitur, quòd dictum homicidium factum in Doctum nõ est probatum, † & sic perinde est ac si factum non fuisset. l. duo sunt Titij. ff. de testamen. tutel. Ad hoc dupliciter respondetur, primo quia posito quòd non esset sufficienter probatum quantum ad condemnationem Nicolini de ipso homicidio si viueret, quia de maiori præiudicio, & de odio tractaretur, & sic cautius esset agendum. l. 1. §. sed & si quis. de Carbonia. edic. & C. de appellat. l. ne causa. & ibi nota. & l. addictos. & sic clariores probationes requiruntur. l. sciant. C. de probatio. tamen in casu nostro, vbi agitur de fauore, id est, de absolutione videtur sufficienter probatum, † cum probetur, fama saltim per duos testes, scilicet, primum & quartum, quæ facit semiplenam fidem, h quando habet iustum fundamentum, & causam, vt hic dicitur habuisse, vt not. in l. 3. ff. de testibus. & per Barto. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. Item per plures testes probatur confessio † dicti Nicolini facta extra iudicium, & partis præsentiam, quæ in ciuilibus facit semiplenam probationem, vt not. Barto. in l. admonendi. ff. de iureiurando. & Bald. Cod. de furt. in l. 1. in antepenult. colum. † quæ duæ semiplenę probationes licet sint diuersi generis faciunt vnam probationem secundum Bartol. & Bald. in dictis locis, & est text. in cap. fin. de succesio. ab intestat. Et si dicatur in probanda confessione sunt testes † singulares, quia non apparet, quod sint concordes in loco, & tempore. Respondetur quòd imo censentur, concordare, scilicet Nellus, & Andreas Franciscí, qui dicunt quod pluries, & coram pluribus fuit Nicolinus confessus, vnde propter generalitatem illorum verborum censentur in iure concordare, † quia cum possibile sit eos vno, & eodem tempore & loco audiuisse licet non recordetur alter de altero, quòd fuerit præsens, cum ex quo verba ipsorum, dum dicunt quòd pluries & coram pluribus, &c. possunt † hoc includere, & præsumũtur de eadem confessione deponere, ita notabiliter ponit Innoc. in c. qualiter. & quando, de accusat. in 1. col. versicu. & not. &c. & in Spec. de inquisitio. §. nunc tractemus. 3. col. versic. item sufficit siue eodem tempore, circa fin. Si ergo talis confessio probata faceret in ciuilibus † semiplenam fidem, eodem modo in casu nostro vbi tractatur de absolutione, facit. cap. quam sit graue. cum ibi not. de excessibus prælatorum, & quod not. in c. cum super. de confessis. idem videtur quòd si ex dictis testium prædictorum non resultaret directa probatio, † saltim, quia resultat indirecta, tunc quia eam vehementer adminiculantur, quod animum iudicis debet inducere ad perfectam credulitatem. Nam † ex multis & diuersis argumentis debet informare animi sui motum. l. 3. ff. de testib. & d. c. fin. de succesio. ab intest. i tum quia † sola probatio famæ videtur sufficere, cum illa det iustã causam credulitatis, & excuset credentem. C. si seruus. aut libertus ad decurionatum aspiret. l. preses. & ibi not. per glo. & Bart. & l. proprietatis. C. de probatio. l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquiren. hære. & l. fin. l. miles. §. pen. ff. de adulter. Nec † enim iste Dominicus habuit potestatem recipere testes super morte patris, cum ad priuatum non pertineat. vt not. Innocen. in cap. cum nobis olim. de electio. sed sufficere debuit, quòd sic publicè diceretur per fide dignos. Nam † ex hoc quasi certus redditus fuit quòd ita erat, etsi ita non fuisset. ff. de testamen. tutel. l. si quis ita. §. si quis. versicu. proinde, vbi bonus text. potissimè quia † fuit requisitus, vt redderet pacem, i & sic videtur ille fateri, quòd occiderit, sicut † ille qui petit se absolui ab excommunicatione videtur fateri se excommunicatum. c. venerabilem. cum ibi not. de elect. l. decem. & ibi Barto. de verborum obligat. l. manumissiones, cum materia. ff. de iustitia & iure. Non enim credidit relinquere, sed sibi licitum esse, & dabat operam rei, quæ si ita fuisset, sicut fama ferebat, erat licitum propter permissionem statuti, ergo &c. l. 1. §. & si omnes. versicu. cæterum. de ventre inspicien. supra allegato. Tertio & vltimo respondetur, quòd & si omnia prædicta cessarent, negari non potest, quin dicta prædictorum † testium reddant rem dubiam. l. 3. §. causæ cognitio. ff. de Carboni. & not. in l. 1. C. de procurato. per glo. docto. & in criminalibus regula est, quod in dubio † sanctius est nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare. ff. de pœn. l. absentem. ergo &c. Laus Deo, ego Paulus de Castro.

ADDITIONES.

a Inimicos in bello occidere. Adde Ang. consi. 14. nu. 3. circa fi. † quod idem est in assassinis, qui possunt impunè occidi à priuato. Barto. in l. 3. §. fin. ff. ad l. Corne. de sicar. post nu. 1. versi. Iacob. de Are. disput. Bal. in l. si quis non dicam rapere, nu. 1. in fin. & in prin. num. 2. C. de episco. & cler. & in l. 1. §. non fuit autem. nu. 1. ff. de dolo.

b Potuit vindicta. Adde glo. in Authen. de tabel. §. 1. vers. non potest, †vbi tabellio condemnatus, & postea tolleratus, non potest offendi. Anton. in c. quia circa. de consanguin. & affinita. Ang. in l. si duo. ff. de acquiren. hæred. Barto. in l. qui seruum. numer. 3. ff. de verbor. obliga. vbi dicit, quòd facta pace demum subsequuto banno, si offendatur bannitus, non impunè fit. Bal. in accusationes. num. 12. C. quod metus causa.

c Impune ipsum offendere. Adde Barto. † in l. qui seruum. num. 1. ff. de verb. obliga. Bal. in l. 1. §. non fuit autem. nu. 3. ff. de dolo. & refert Oldra. & Rayne. disputasse, & de facto vidisse pronunciari Florentię. Dec. consi. 352. num. 14. Ang. in l. iurisgentium. §. si paciscar. Cyn. in l. seruum. num. 2. C. de his qui ad eccle. confug. Nell. de San. Gem. tract. de bannit. in 2. part. secun. temporis, quæst. 11. Bart. in quæstio. Lucanæ ciuitatis. nu. 12.

d Bellum licitum, vel illicitum. Adde q bellum, † licitum, vel illicitum quando sit, Hostien. in sum. de treu. & pac. nu. 3. Inno. in c. olim de restit. spol. nu. 8. Bal. in c. sicut. de iureiur. Bart. in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur. nu. 3. & in l. hostes. ff. de capt. nu. 8. & 9. Ang. cons. 257. quia consultatio. nu. 4. Dec. consi. 691. num. 3. & 4.

e Religiosis & sumpt. funer. Adde Alber. in d. l. minime. nu. 1. & in l. veluti. ff. de iustit. & iur. num. 19. vbi tenet † q filius tenetur pugnare contra patrem pro patria, & in Rub. de re mili. num. 3.

f Non licet occidere. Adde quòd inimicum in bello etiam † licito non licet occidere postquam est captus. Bald. in l. libertas. ff. de stat. homi. versi. Iacob. de Aren. disputauit. Bart. in l. hostes. ff. de capti. & postlimin. reuers. nu. 14. Ibi, capti serui. Odofred. d. l. libertas. nu. 2. & ibid. Alber. num. 4. Dec. consi. 691. num. 1. Bal. consi. 343. nu. 2. Illustris. lib. 2. & in l. nam & Seruius. ff. de neg. gest. in princ. 1. notab.

g Iudex debet exquirere excusationem innocentiæ. Adde † Exodi c. 22. Bart. in l. seruum quoque. ff. de procurat. & in l. si non defendantur. ff. de pœn. nu. 1. Ias. in l. si is qui. ff. qui testamen. fac. possunt. post nu. 7. Nell. de San. Gemin. in tract. de bann. secund. part. secun. tempor. quæst. 33. Marsil. singul. suo 72. versi. scias etiam, vbi complures citat ad quem poteris recurrete, & est commu. opin. teste Ias. præcitato loco. Quinct. V. I. D.

h Semiplenam fidem. Adde per semiplenam † & dubiam probationem reum mortis pœna liberàri secundum text. in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. glo. in l. 2. C. de petit. hæred. in verb. probetur. Abb. in c. in præsentia. extra de probat. num. 7. Bart. in l. non solum. §. sed vt probari, num. 3. ff. de no. oper. nuncia. Alex. in d. l. §. sciendum. nu. 5. & 6. Ias. in d. §. sed vt probari. num. 8. Socin. cons. 67. col. 3. lib. 3. Alex. consi. 30. lib. 7. num. 4. 8. & 9. Anch. consi. 283. Iure stricto. nu. 4. Crauet. consi. 2. num. 16. & est communis opinio teste Alex. in d. §. sciendum. nu. 6. & ibi quem totus mundus sequitur.

i Pacem, & sic videtur fateri. Adde q ille qui petit pacem, † videtur fateri delictum secũdum text. in l. quoniam. ff. de his qui no. infam. l. 1. & 2. ff. de his qui ante aper. tabu. & ff. de iure fisci. l. eius qui. C. de pact. inter empto. & vendi. l. commissoria. Gand. in tract. de malefi. titu. de transact. nnm. 19. & Guid. de Suza. per eum relat. qui distinguebat hoc modo, videlicet, in his criminibus de quibus est prohibita transactio, pax, vel petitio, habeatur pro confessione, secus autem † in his in quibus licet transigere, vel paciscí, quia abundans cautela non nocet. l. testamentum. C. de testamen. & per eundem Gand. in d. tract. tit. de indicijs indubit. num. 3. & 6. Pau. Gril. tract. crim. §. de pœna compos. nu. 10. Parid. de Put. tract. de synd. in verb. An offic. episc. possit componere, vers. an soluens aliquid, libro meo. fol. 119. Balth. Quinctius. V. I. D.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Possessio præsumitur continuata si probetur de antiqua possessione, & de præsenti, & an ex locatione præsumatur possessio, & an appellatione patrui in statuto veniat patruus magnus, & legatum factum filiæ (si nupserit) an dicatur conditionale, an vero purum.

SVMMARIA.

1 *Possessio præsumitur continuata cum probatur de antiqua possessione, & num. 2.*
3 *Statutum excludens patruum non comprehendit patruum magnum.*
4 *Bannum nocet ad succedendum quando bannitus posset impune offendi.*
5 *Incapacitas patris proueniens ex banno non nocet filijs.*
6 *Legatum conditionale per mortem legatarij, & ante conditionem deficit, & accrescit hæreditati.*
7 *Legatum subrogatum loco legitimæ, si fuit factum sub conditione reijcitur conditio, & num. 9.*
8 *Statutum excludens filiam à succedendo comprehendit Collaterales & non patruum.*
10 *Statutum quòd filia fœmina sit cõtenta eo quod sibi relinquitur intelligitur extante masculo.*
11 *Statuti verba quòd filia fœmina sit contenta intelliguntur quo ad quantitatem non quo ad modum & conditionem.*
12 *Possessio præsumitur per locationem.*
13 *Possessio præsumitur probata probatis extremitatibus.*
14 *Statutum loquens de patruo non intelligitur de patruo magno.*
15 *Legatum si nupserit vtrum sit conditionale cum distinctionibus.*
16 *Legatum si nupserit cum consensu Titij & nuptiæ sequantur sine consensu Titij non debetur.*

CONSILIVM XXII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Videtur dicendum breuiter debere pronunciari pro dicto communi & hominibus de Custodia & secundum petita per eos, & eos esse in quasi possessione effectuandi dictum pensionaticum, seu pascuum, & dictum Christophorum condemnari ad non turbandũ in ipsos in dicta quasi possessione, & ad restituendam oues ablatas, & hoc ideo, quia † satis est probatum, tam per secundum testem præcedentem, quàm per sequentes, maximè Decium Bonum, dictos homines, & commune fore, & esse in quadã possessione dicti pensionatici, & fuisse à 30. annis citra & dicit se interfuisse locationi factæ per eos tempore Vngarorum. Item per Antonium Martini, qui dicit se conduxisse à dictis hominibus iam sunt anni vigintiquinque, cùm ergo † constet de locatione præsentis anni, *a* vt patet per Zachariam testem præcedentem, & de conductionibus præcedentium annorum per testes sequentes præsumitur continuè fuisse *b* in possessione etiam in annis mediis. l. sicut. §. superuacuum. in fin. quibus mod. pign. vel hypoth. soluitur & l. penult. C. de apoc. public. & not. Barto. in l. Celsus. ff. de vsucapio. & not. Cyn. in l. sola temporis longinquitate. C. de præscript. long. tempor. & quod not. 28. distinct. cap. 1. Patruo, & filijs eius. C. ad Tertullianum. Authen. defunct. sed ex forma statuti Florentiæ sub Rubric. qualiter mulier ab intestato succedat, in prin. videtur quòd ad patruum excluſa matre in toto. Contrarium est verius quòd ea non in totum excluditur, quia statutum prædictum excludens matrem extante patruo debet † intelligi de illo, quæ est simpliciter patruus *c* & per prius non autem de patruo magno, prout determinat expressè Bald. & dicit ita esse consultum per quamplures doctores, sed iste Dominicus quo ad dictam Agatam erat patruus magnus, quia patri suo fuerat patruus simplex, & quia fuit frater aui dictæ Agatæ. ff. de gradi. l. iurisconsultus. §. quarto gradu. non ergo locus est in casu isto in principio dicti statuti vbi ponuntur personæ matrem excludentes in totum, sed est descendendum ad sequentem versiculum, si tamen talis persona decesserat, &c. vbi ponuntur personæ matrem excludentes, præterquam in quarta parte, dummodo dicta quarta pars non excedat libras quingentas, sunt agnati masculi vsque ad octauum gradum, cuiusmodi est iste patruus magnus, qui erat cum dicta Agata in quarto gradu, vt in dicto §. quarto gradu, & filij eius, qui erant in quinto, si ergo bannum non nocet Dominico in hac successione quæ venit ex beneficio statuti contra ius commune, cum veniat ad exclusionem matris ipse vocatur aliàs vocantur filij. eius † autem bannum si posset impunè offendi noceret ex forma statuti, aliàs secus secundum ea quæ plene nota. per Bartol. in quæstio. disputata per eum quæ incipit Lucanæ ciuitatis. † Nec incapacitas patris proueniens ex banno noceret filijs eius. ff. de contratab. l. prima. in fin. de senatorib. l. emancipatum. l. fin. vocabuntur autem ad tres partes hæreditates dictæ Agatæ, mater autem ad quartam secundum formam, dicti statuti, in versicu. si tamen talis. Videndum est ergo secundo loco quid reperiatur in dicta hæreditate ad hoc, vt sciatur quantum debeatur matri pro sua quarta, & dubium est de dicto lagato, vtrum reperiatur in ea, vel non. Nam credo quòd non sint alia bona, & breuiter si diceremus dictum legatum fuisse conditionale (si nuptiæ sequerentur) & conditionem istam non reijceret de ipso clarum esset quòd in dicta hæreditate non esset, quia conditio non extitit, & sic † legatum per mortem illius defecisset, & in hæreditate illius reperitur. Cod. de caducitate tollenda. §. si autem aliquid sub conditione, secus si conditio reijciatur, & sic reputetur purum. Et breuiter iste testator quantum in se fuit voluit facere istud legatum conditionale, quia noluit sibi deberi, vel tradi nisi cum esset nubilis ætatis, & nuptui traderetur. Sed est videndum, an potuerit hoc facere. ad hoc inuestigandum oportet videre, vtrum isti Agatæ deberetur legitima in bonis paternis, quia † tunc cum illa debeatur purè reijceretur dicta conditio, secundum ea, quæ nota. Barto. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditio. & demonstrat. & hanc quæstionem præcedit alia, videlicet, vtrum dicta Agata potuisset succedere patri suo ab intestato, vel non esset successura propter interuentum alterius personæ iuxta not. in l. 2. §. fi. ff. ad Tertullianum. per Bart. cum sit portio portionis debitæ ab intestato. l. cum quæritur. & l. parentibus. C. de inoffic. testamen. & breuiter ego non video, quare succedere non potuisset patri suo ab intestato, quia † si bene inspiciatur statutum in illa parte, vbi excludit mulierem à succedendo, vel alteri ascendenti per patrem, non ponitur patruus, vel eius descendentes, vt possint eam excludere, sed ex Collateralibus soli fratres, vel nepotes ex eis & ex ascendentibus pater & auus defuncti, cùm ergo dictus patruus, vel eius filij non excluderent eam à successione intestati patris sui, sequitur quòd sibi debebatur legitima, & per consequens de dicto relicto, vel institutione facta pro dote, quæ succedit loco legitimæ, reijciebatur dicta conditio nubendi, per ea quæ plene not. & determinat. Bart. in d. §. Titio genero. & per consequens † tanquam purum fuit ad hæredes transmissum. C. de caduc. tollen. §. in nouissimo. & consequenter mater debet habere quartam deducto legato, quia non trãscendit summam quingentarum librarum, & reperitur in hæreditate residuum dicti patrui, vel filiorum eius. Nec obstat dictum statutum in fin. in versicu. si vero testatus. &c, vbi dicitur, quòd debet stare contenta de eo, quod pater sibi reliquit, quia † ibi loquitur quando extabat filius masculus, quod hic non erat. Item † illa verba deberẽt intelligi respectu quantitatis, vt si relinquatur minor quantitas, quàm debeatur pro legitima non possit petere plus, non autem quantum ad modum, & si relinquatur sub conditione, vel in diem, nam non tenebitur stare contenta, & ideo debet reijci. ita determinat Iacob. Butrig. quem etiam sequitur Bald. in l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. testamen. per illam. l. Laus Deo soli, ego Paulus de Castro.

ADDITIONES.

a De locatione præsentis anni. Adde † per locationem præsumi possessionem secundum Feli. in c. inter dilectos. extra de fide instrum. num. 8. Barb. consi. 50. vol. 1. col. 6. in fin. Dec. consi. 221. num. 7. Grat. cons. 90. nu. 15. & 16. lib. 1. decis. Rotæ Rom. in antiquis. tit. de fide instru. decis. 1. & nouissimè doctiss. Iacob. Menoch. in tract. de recuperand. possess. 11. remedio. num. 33.

b Præsumitur continuè fuisse. Adde quòd † possessio continuata probatur probatis extremitatibus temporum, quia medio tempore præsumitur secundum not. in l. litibus. C. de agri. & censi. lib. 11. in verbo colonorum. Bald. in l. fin. C. de edict. diui Adria. tollen. num. 34. Bart. in l. 1. ff. de aqua quot. & æsti. §. 1. nu. 1. & in l. super. nu. 1. C. de long. tempor. præscript. Rip. in c. cum ecclesia. de cau. pos. & proprie. nume. 38. Matthæ. Matthes. no. 116. Nota mirabilem doctrinam qui refert complures. & nouiss. doctiss. Iacob. Menoch. in suis commentarijs de recuperanda possess. remed. 25. num. 387. vbi ad saturitatem. Quinct.

c Simpliciter patruus. Adde ꝙ † patruus Magnus in statutis non venit appellatione patrui, secundum glo. in l. 1. C. de succes. edic. in verbo patrui. Barto. ibid. num. 1. Paul. de Cast. nu. 2. Alex. in l. 1. ff. si cert. peta. num. 1. & 46. Alber. in d. l. 1. in princ. & est ratio, quia est patruus cum adiectione Bald. in tracta. de stat. in quæst. incip. patruus. num. 1. fol. lib. meo. 133. 2. facie.

d Legatum si nuptiæ sequãtur. Adde ꝙ legatum † si nupserit, vtrum sit conditionale nec ne. Bal. in l. generaliter. C. de episc. & cleri. nu. 9. vbi hoc modo distinguit. Aut causa est inserta per modum conditionis, videlicet si nupserit, quo casu ante impletam conditionem legatum peti non potest. Aut causa est inserta per viam, modi videlicet, relinquo vt nubat, & tunc subdistingue, aut testator agebat vt

legatarius, deberet causam statim implere, aut quòd nõ statim, sed cum deliberatione, videlicet, quia legauit vt nubat, & nuptiæ debent fieri cum deliberatione. Primo casu refert, aut causa est implenda de eodem legato, quo casu potest statim legatum petere, aut aliunde causa est implenda, & tunc non petat antequam nubat. Secundo vero casu quando causa est implenda cum deliberatione, petit legatum cum cautione de adimplendo secundum text. in l. Titio
16 centum. §. pen. ff. de condi. & demonst. Sed quid si dixerit † testator, relinquo si nupserit cum consensu Titij, & si nubat absque consensu, & non debetur legatum, secundum docti. Ioan. Ceph. consi. 133. vol. 1. num. 2. & 30. multa sunt quæ aduersus Franc. de Alberg. cons. 52. inter consi. diuers. ad vlt. volu. per totum consi.

ARGVMENTVM.

Minor cum auctoritate tutoris, vel curatoris faciendo actum q̃ non potest fieri citra ius & nomen hæredis, ita videtur hæreditatem adire sicut maiores per se ipsos, & si in iudicium deducta sit vna causa puta depositi & semiplene probata sit traditio an sit probata causa depositi an mutui, an in dubio prius præsumatur mutuum an depositum. Item iudex an possit præcisè compellere partes ad litem contestandum, & si pronunciauerit quòd lis habeatur pro contestata. Si reus noluerit contestari, an à tali sententia possit appellari.

SVMMARIA.

1 *Probatio per duos testes sufficit ad condemnandum.*
2 *Maior 25. annis non potest se immiscere in hæreditatẽ sine consensu curatoris.*
3 *Hæres qui non docet se hæredem debet succumbere.*
4 *Actus qui non potest fieri citra ius & nomen hæredis habetur pro additione hæreditatis, & num. 5.*
6 *Qui vult vnum vult alterum sine quo illud esse non potest.*
7 *Causa intentata & probata de altera intentans succumbit.*
8 *Probatio partim vera partim præsumpta valet.*
9 *Traditio potius præsumitur ex causa depositi, vel mutui quam donationis.*
10 *Actio depositi est bonæ fidei.*
11 *Actio mutui est stricti iuris.*
12 *Depositum quantitatis numeratæ transfert dominium in depositarium & censetur actum, vt restituat tantundem non eadem corpora. 13.*
14 *Litis contestatio non inducitur ex responsione facta non animo contestandi litem.*
15 *Iudex non potest nolentem litem contestari cogere ad litem contestandum. & num. 16.*
17 *Iudex potest quem præcisè cogere ad respondendum.*
18 *Interloquutoria facit ius.*
19 *Iudex pronuncians se competentem fit competens.*
20 *Contestatio litis quando stat per reum habetur pro contestata ad hoc vt actio perpetuetur.*
21 *Hæreditatis aditio quæ requirat.*
22 *Agens ex numeratione & probans de confessione obtinet & quando.*
23 *Iudex potest partem cogere præcise ad litem contestandum.*
24 *Appellatio ab interloquutoria non ligat manus iudicis.*
25 *Appellans videtur se facere contumacem quo ad iudicem à quo.*
26 *Appellatio simplex ab interloquutoria grauamen duntaxat deuoluit.*

CONSILIVM XXIII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. In causa quæ vertitur in curia domini potestatis ciuitatis Castelli inter Thomam & Antonium fratres & filios quondam & hæredes Dominici quondam Matthæi de dicta ciuitate agentis & petentis ex parte vna, & Ioannem Angeli Vannis reum parte altera super summa florenorum viginti octo depositorum per Dominicum dictum patrem dictorum agentium penes dictum Ioannem & non restitutorum (vt asseritur) super eo, quod petitur à me Pau. de Cast. V. I. D. cui dicta causa commissa fuit consulenda de consensu partium per Dominum Collateralem prædicti Domini potestatis, scilicet, quæ sint, vel esse debeant partes eius in pronunciando pro dictis actoribus, & in condemnando dictum Ioannem pro dicta quantitate viginti & octo florenorum petita vna cum expensis legitimis factis.
1 † Et hoc ideo quia per duos testes, videlicet, Floridum & Nofrium satis probauerunt eorum intentionem, q̃ dictus Ioannes habuit dictam quantitatem à dicto Dominico, & per partem aduersam non est probatum, q̃ fuerit restituta nec aliquid aliud per quod debeat absolui, ergo &c. C. de probatio. l. fiue possidetis. Nec obst. allegata in contrarium, & primo dum videtur, quòd non constat dictos agentes factos hæredes patris eorum, scilicet, dicti Dominici, quia ex
2 actis apparet † q̃ ipsi sunt minores viginti quinque annis, & sic non potuerunt se immiscere sine consensu & auctoritate curatoris. l. pòtuit. cùm ibi not. C. de iure deliberan. & quòd hoc fecerint non ap-
3 paret ex actis, vnde videtur quòd debeant succumbere cum † non doceant se esse tales, quales se appellant, scilicet, hæredes dicti Dominici quamuis tanquam hæredes eius agant, vt Cod. qui accusare non pos. l. non ignorat. Sed ad hoc respondetur, cum ipsi agant vt hæredes Dominici cum consensu & auctoritate curatoris viden-
4 tur ex hoc adire, quia † cum iste actus non possit fieri citra ius &
5 nomen hæredis, sicut † si essent maiores viginti quinq; annis agen-
a do per se ipsos videntur adire *a* vel se immiscere. l. pro hærede. & l. gerit. ff. de acquiren. hæred. cum ibi plene notatis ita & nunc agen-
6 do cum auctoritate & consensu curatoris. † Nam qui vult vnum, censetur & aliud sine quo illud esse non potest. l. illud. eodem titu. C. de fideicommiss. l. quamuis. cum ibi not. per Barto. sed iste curator voluit præstare auctoritatem prædictis in agendo hæreditario nomine, ergo etiam in hoc quòd efficerentur hęredes sine quo agere non possent, vel inutiliter agerent. Præterea dicta obiectio tollitur clarè per responsionem Ioannis factam ad articulum vndecimum dictorum actorum, in quo ponuntur se esse hæredes patris, & ipse respondit per verbum credit, sed hoc esse nõ posset, nisi cum omni debita solennitate se immiscuisset, ergo &c. Item non obstat aliud, quòd in contrarium allegatur, scilicet, quòd hic fuit intenta-
b ta causa depositi, & tamen non fuit probata *b* nisi per vnum testem, scilicet Nofrium, nam Floridus dixit se ignorare ex qua causa tra-
7 didit, & sic videtur quòd debeat succumbere, quia † quando intentatur vna causa debiti, si ex illa non debetur, posito quòd probaretur alia, & sic constaret iudici reum esse debitorem, tamen debet eum absoluere, quia non constat eum esse debitorem ex causa in iudicium deducta, & super qua lis contestata est, & sic noua interpellatione opus est. l. non potest videri. ff. de iudic. ita patet expressè per not. per Innocen. in c. de litis contesta. & no. in additio. Specu. titu. de actio. seu petitione. §. sequitur videre. facit quod not. Gul. de Cu. in l. de quibus. ff. de legib. in 8. colum. & l. habebant. ff. de institut. in
8 princip. † Nam respondetur, quòd imo dicta causa depositi est probata, scilicet, per dictum Nofrium verè, & per Floridum præsumptiuè, quod tantundem valet in testibus, iuxta plene not. per Barto. in l. 1. ff. si cer. pet. nam secundum quòd dicit glo. prudenter allegata per aduocatum actorum in l. cum quidam. in fin. magnæ gloss. eod. titu. si cert. pet. talis † traditio non fuit facta ex causa donationis, sed
9 ex causa depositi, vel mutui. Quòd autem istorum potius præsumatur Bal. post Cyn. C. eodem titu. l. incendium. determinat, quòd
10 depositum, quia † vtile est agenti habere actionem depositi, quæ est
11 bonæ fidei, quã † mutui, quæ est stricti iuris, dicit tamen quòd istud depositum habet irregularem naturam depositi, postquam fuit tra
12 dita & numerata quantitas, quia † censetur translatum dominium
13 & data licentia vtendi, & actum † censetur quòd restituatur tantundẽ non autem eadem corpora numorum, quæ omnia sunt contra naturam depositi regularis, tamen depositum erat. l. Lucius. & l. dies sponsalitiorum. ff. depo. & l. publicæ. §. Lucius. eod. titu. & hoc etiam voluit aduocatus actoris, licet Bald. in dicto loco non alleget, & ibi hoc determinat quicquid dicat in d. l. cum quid. Item non obstat quòd vltimo loco allegatur, quòd in hac causa non reperitur in
14 actis facta contestatio, quia † Ioannes respondet libello non animo contestandi quo casu contestatio non fit secundum Doctor. & maximè per Bart. in l. 1. C. de litis contest. sed ad hoc potest responderi,
15 q̃ iudex præcepit † vt litem contestarentur antequam inde discederent, alias voluit quòd haberetur pro cõtestata. Et si dicatur iudex,
16 † non potest nolentem contestari litem compellere præcisè ad con-
c testandum. *c* sed debet contra eum procedere admissione ex primo decreto, vt no. gl. & Bar. post eam. in Auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & in d. l. 1. C. de litis contestat. Respondetur posito q̃ illud est verum (quod tamen non est) & est contra casum in l.
17 1. §. quid ergo. ff. de vent. inspic. vbi expressè habetur, † q̃ iudex potest quem præcisè cogere ad respondendum, & miror q̃ Bart. sequatur illam glos. Auth. qui semel. Attamen postquam iudex dixit alias
18 haberi lit. pro contesta. † talis interloquutoria facit ius, & transiuit in rem iudicatam, postquam nõ fuit appellatum, & sic habetur per-
19 inde ac si̓ contestata esset, sicut † cum pronunciat se iudicem competentem, licet non sit, dummodo iurisdictionem aliquam habeat, vt not. Inno. in c. super literis. de rescri. super ver. forsitan, alias esset in potestate patris facere, q̃ nunquam feratur sententia diffinitiua, & eludere actorem, q̃ non est consentiendum. arg. ff. de iurisdi. om. iu. l. si idem, cum eod. prin. ibi ne in potestate, &c. Quid enim si reus nulla habet bona in loco in quibus possit fieri missio? & tamen interest scribere sententiam, per quam declaretur debitum, vt si postea acquirat bona perueniant ad suum, certè prouidendum ei est, vt possit

posſit præciſe iudex cogere, vel pronunciare habere pro conteſtata, ſicut pronunciat haberi pro confeſſo, denegantem reſpondere poſitionibus. l. 2. §. quòd ſi actor. C. de iuram. calum. & in c. 1. de confeſ. lib. 6. quãdo eſt præſens, & iuſſus eſt reſpondere, vt hic fuit, pro hoc,
20 quia quãndo † ſtat per reum quominus conteſtatio fiat, habetur lis pro conteſtata quo ad alios effectus, ſcilicet, vt actio perpetuetur & fiat tranſitoria ad hæredes. l. eum qui. §. iniuriarum. ff. ſi quis cautio. & nota. per Bart. in l. 7. ff. de priua. delict. Concludo litem haberi pro conteſtata in caſu iſto, poſtquam ſtetit per eum, & ipſe præſens fuit iuſſus, & iudex ita pronunciauit, nam etiam interloquutoria
b *b* tranſit in rem indicatam. c. dilecti, in fin. de elect. de accuſat. c. cum dilecti. Ex quibus omnibus quæ ſatis ſufficere puto in hac cauſa ſatis iudicio meo clara eſt deciſio, propter quod multum me vlterius non extendo, quia non expedit, concludo vt in principio dixi pro dictis actoribus. Laus Deo, ego Paulus de Caſtro.

ADDITIONES.

a Videtur adire. Adde Bart. in l. gerit. ff. de acquiren. hære. in fin. vbi
21 tangit, quæ † requirantur ad aditionem hæreditatis, & an præſtans 1
authoritatem adeunti ſit opus, vt loquatur, vbi omnino videas.

b Cauſa depoſiti intentata & non probata. Adde q; agens † ex nume-
22 ratione, & probans de cõfeſsione, obtinet quando teſtes iurauerunt dicere veritatem ſuper tota cauſa, ſecundũ Alex. in l. ita ſtipulatus. 2
§. Chriſogonus. ff. de verb. oblig. nu. 11. Ang. in l. certi. §. quoniam. ff. ſi cert. pet. Spec. tit. de actio. ſeu petitio. §. ſequitur. verſ. hoc quoque, nu. 22. in fin. & ibi Ioan. Andr. in addit. mag. ſub litera N. vbi dicunt q; agens actione depoſiti, non obtinet, ſi teſtes probant commodatum, quia ante vſum completum petere non poteſt, ſecus ſi reus fateatur cõmodatum & agens agit iure dominij licet ex prima actione locati non probet. Rom. conſi. 294. num. 1. & 2. Quinctius. 3

c Præciſè ad conteſtandum. Adde iudicem poſſe partem † compelle-
23 re præciſè ad litem conteſtandum, ſecundum Bal. in l. 1. in 1. q. C. de lit. conteſt. nu. 6. Alex. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. in fe. nu. 30. 4
Fran. de Aret. in l. qui in aliena. §. fin. col. pen. ff. de acqui. hær. Rober. Marant. in ſuo Specu. aureo ordin. iudi. in 6. part. 10. membro. num. 5
8. qui hanc opinionem communem affirmat.

d Interloquutoriam. Adde per appellationem † ab interloquuto-
24 ria non ligantur manus iudicis à quo quin ad vlteriora procedere poſſit, donec per iudicem appellationis fuerit inhibitum, ſecũdum 6
tex. in c. non ſolum, in princ. de appel. lib. 6. not. Barto. in l. eius qui. num. 6. ff. de appel. recip. & in l. intra vtilem. num. 2. ff. de mino. Angel. conſi. 217. In cauſa accuſationis. num. 3. Adeo q; non obſtante appellatione poterit procedere ad omnem actum ante inhibitionem
25 parte non citata, quia † appellando videtur ſe facere contumacem,
26 vt not. Bart. in d. l. intra vtile. num. 2. & † ex ſimplici appellatione ab interloquutoria grauamen duntaxat, non autem nullitas deuoluitur, ſecundum Rot. deci. in nouis, ſi appelletur. num. 389. Guid. Pap. deciſio. 67. & doctiſsimum Nicolaum Antonium Grauatium, qui plura congerit in addit. ad praxim. doctiſsimi Octa. Veſtr. lib. 8. c. 1. num. 20. vbi poteris recurrere. Quinctius.

ARGVMENTVM.

Legatum dotis vtrum veniat in generali remiſsione, & liberatione quam facit vxor de omnibus legatis ſibi factis.

SVMMARIA.

1 *Dos legata continetur appellatione legatorum, num. 3.*
2 *Verba teſtatoris referuntur ad legata, quæ in facto conſiſtunt.*
4 *Confeſsio facta parte præſente, & acceptante probat ſolutionem.*
5 *Confeſsio cum iuramento parte abſente pacta probat.*
6 *Solutio vera liberat ab omni obligatione, num. 9.*
7 *Actio de dote non debetur, niſi poſt annum.*
8 *Legatum dotis producit actionem ex teſtamento.*
10 *Confeſsio facta in codicillis parte præſente, & acceptante dicitur inter viuos.*
11 *Confeſsio facta parte præſente, & acceptante non poteſt reuocari per codicillum, nec ex cauſa iuſti erroris.*
12 *Confeſsio facta in codicillis ad liberationem continet diſpoſitionem, quæ reuocari non poteſt.*
13 *Confeſsio ſimplex reuocari poteſt probando contrarium.*
14 *Verba debent intelligi in potiori ſignificatu.*
15 *Verba quæ poſſunt intelligi ſimpliciter, & ſecundum quid in dubio intelliguntur ſimpliciter, & num. 18.*
16 *Legata intelliguntur ſimpliciter quæ ſolum actione ex teſtamento peti poſſunt.*
17 *Legatum vel prælegatum dotis non dicitur legatum ſimpliciter, ſed ſecundum quid.*
19 *Verba in contractibus intelliguntur contra proferentem.*
20 *Confeſsio non eſt propriè vltima voluntas vel confeſsio.*
21 *Confeſsio eſt intelligenda in fauorem confitentis.*
22 *Pactum de non petendo dicitur contractus, & obligat ad non petendum, num. 23.*
24 *Iuramentum non includit vltra quam verba ſuper quibus fuit appoſitum.*
25 *Filia cedens omnia iura ſua ſuper hæreditate paterna non videtur cedere iura dotis, quomodo intelligatur, & quando comprehendat iura dotis.*

CONSILIVM XXIII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriòſiſsimæ virginis Marię, Amen. Primo videndum eſt, an generalibus verbis primi codicilli, quibus dicta Domina fatetur ſibi integrè ſatisfactum, & ſolutum de omnibus & ſingulis legatis, & prælegatis eidem Dominæ relictis in teſtamento ſui viri, cõprehendatur de proprietate verborum legatum dotis? attento quòd prædicta Domina, vel eius hæres de datione dictæ dotis habet publicum inſtrumentum (vt aſſeritur) & videtur q; contineatur, quia † cum dicta dos fuerit in teſtamento ſui viri expreſsè legata negari non poteſt quin appellatione legatorum contineatur, prout iſtud verbum legatum ſumitur pro eo, quod in facto conſiſtit. l. conſilio. §. fi. ff. de cura. furio. & ff. de vſufru. l. quid ergo, in fin. iuxta fin. titu. ſed † conſtat verba teſtatoris facientis mẽtionem de legatis ſibi factis poſſe referri etiam ad illa legata, quæ in facto conſiſtunt, id eſt, quæ vere facta ſunt, poſito q; propter aliquam iuris ſubtilitatem nõ habeant iuris myſterium ſeu efficaciam, ſicut & verba legis. ff. de his quib. vt indig. l. tũtorem. §. pro parte, iuncto §. diſponat, in Authen. de nuptijs. poſitò ergo, q; dictum legatum dotis non valuiſſet. per l. fin autem. ff. de lega. 1. tamen † quia vere factum fuit continetur appellatione legatorum. Cùm igitur dicta Domina fuerit cõfeſſa ſibi integrè ſolutum, & ſatisfactum de omnibus legatis ſibi factis, & iſtud ſit vnum de illis, ergo & cenſetur confeſſa de illis, ſed † talis confeſsio facta parte præſente, & acceptante probat ſolutionem, iuxta plene not. in l. Caius cum quis. §. codicillis. ff. de lega. 2. Imo poſtquam † iurauit facere probationem etiam ſi pars non fuiſſet præſens, vt d. §. codicillis, ideo intentio hæredum mariti aſſerentium dictam dotem fuiſſe ſolutam, & redditam, videtur fundata ex dicta confeſsione, etiam ſi hæres dictę Dominæ in reſpondendo non inuitatur ex teſtamento, ſed ex inſtrumento dotali, quia † ſolutio ſi vere facta fuit liberauit dictos hæredes ab omni obligatione & actione, qua poſſent teneri ad reſtitutionem dictę dotis, etiam ſi pluribus actionibus tenebantur. l. item illa. §. fin. ff. de conſtitu. pecu. Præterea (quod plus eſt) dictum legatum valuit etiam quo ad miniſteriũ, id eſt producendum actionem, ex teſtamento non ſolum pro commodo repræſentationis, ſed pro tota ſumma dotis, cum † actione de dote non deberent,
7 niſi poſt annum. C. de rei vxor. actio. §. exactio, quæ dilatio facit, vt valeat legatum pro tota ſumma, nec irritetur, licet poſtea ſuperuenerit dies ſolutionis, etiam ſi eſſet caſus. qui in vita teſtatoris ſuperuenire potuiſſet & ſuperueniſſet. ff. ad l. Falcid. l. verbis, cum ibi no. de legat. 2. l. debitor, in princip. Inſtit. de lega. §. ſed ſi vxori maritus.
8 Igitur dubitandum non videtur † quominus appellatione legatorum contineatur, ex quo vere factum fuit, vt ſupra dixi, & etiam habet iuris effectum in producendo actionem ex teſtamento, & ſic non ſolum in facto, ſed in iure conſiſtit. Sunt primo ambæ actiones
9 ſublatæ tam ex teſtamento, quam de dote ratione † dictæ ſolutionis, quæ facta præſumitur ratione dictæ confeſsionis l. publia. in fi. ff. depoſi. iuncta d. l. item illa. §. fin. Præterea negari non poteſt quin contineatur appellatione prælegatorum. ff. de dote prælega. per totum, imputetur ſibi & eius hæredi, quòd tam largo & effuſo ſermo-
10 ne loquuta eſt. C. de dote promiſ. l. fin. Nam † prædicta confeſsio, quia facta fuit parte præſente, & acceptante dicitur inter viuos licet facta fuerit in forma codicillorum. l. hæredes palam. ff. de teſtamen. cum ibi not. & ſic non potuit reuocari per ſequentem codicillum (præſuppoſito quod de ſui natura & proprietate verborũ contineat legatum, & etiam præſuppoſita ipſius confeſsionis validita-
11 te, per ea quæ not. in l. generaliter. C. de non num. pecu.) † ex cauſa iuſti erroris. ff. de confeſſ. l. non fatetur. C. de falſ. cau. adie. legat. l. 1.
12 in fin. etiam ſi probaretur veritatem eſſe in contrarium, quia † cum facta fuerit ad liberandum continere videtur diſpoſitionem. ff. de pact. l. tale pactum, in princip. vnde quæſitam liberationem auferre non potuit. argumen. ff. ſi ſer. amitta. l. ſi patrem. §. fi. & quod not. ff. de legat. 1. l. ſi fundum. §. Lucius. & l. ſi mihi & tibi, in princip. per Bart. & C. de dona. inter vir. & vxor. l. ſi quidem. ff. de bon. libertorum. l. liberto octoginta, licet ſecus ſit in confeſsione cum diſpoſi-
13 tionem non contineat, quia † etiam ſi ſcienter fuerit emiſſa poteſt reuocari probando contrarium. ff. de iur. & fac. ignor. l. cum falſa.

nisi fuerit facta in iudicio. C. de confes. l. vnica. cum ibi plene nota. His tamen non obstantibus puto contrarium dicendum de iure dictum legatum, seu prælegatum dotis non contineatur *a* in generalibus verbis dicti primi codicilli tali ratione. Quia † quando verba possunt dupliciter intelligi per prius & per posterius seu in priori & posteriori significatu, intelligi debēt in priori & potiori significatu, ff. si ager vectig. vel emphyt. pet. l. 1. §. qui perpetuum. Item † qñ possunt intelligi simpliciter & secundum quid. in dubio intelliguntur simpliciter & non secundū quid. ff. de leg. 3. l. hoc legatum, sed verba prędicta codicillantis possunt intelligi de illis legatis, & prędictis legatis quę simpliciter & in potiori significatu dicuntur legata, quia nō solum ista dos, quæ erat debita, sed & plura alia, quæ debita non erant fuerunt legata, & illa dicuntur legata simpliciter & in potiori significatu, quoniam † non nisi actione ex testamento peti poterant & omnia quæ sunt de natura legatorum locum habebant in eis, sed legatum, † vel prælegatum dotis non dicitur legatū simpliciter, sed secundū quid, & sic nō in potiori significatu, eo quia etiam actione de dote peti poterat. l. cum ab vno. ff. de leg. 2. & in eo omnia non habebant locum quę non de legatis dicuntur, vt falcidiæ, & similia. ff. de dot. prælegata. l. 2. §. idem Iulianus quærit, de legat. præsta. l. virilis. §. fin. de leg. 2. l. cum ab vno, in fi. igitur † de tali legato verba prædicta non sunt intelligenda, postquam possunt intelligi in alijs, quæ sunt propriè & simpliciter legata, alias secus esset. ff. de fun. instru. l. fundus qui loca. de auro & arg. lega. l. quæ pediculis. §. ita cum quæreretur. Et si dicatur prædicta possunt ꝓcedere, quando verba proferuntur à lege vel à testatore, † sed quando à contrahente videntur intelligenda contra proferentē, prout magis expedit alteri parti. ff. de pact. l. veteribus. Respondetur, ꝙ ista verba fuerunt prolata hic à confitente, quæ † confessio nō est propriè vltima voluntas vel contractus. l. Labeo. ff. de verb. signi. & cum dependeat ex voluntate vnius tantum (scilicet) confitentis, iuxta not. C. de pact. l. 1. videntur intelligenda † potius in ipsius confitentis fauorem, vt quam minus possit noceant. argu. eorum quæ not. in l. inter vestem. ff. de auro & arg. lega. & quòd not. Bar. in l. centesimis. §. fin. ff. de verb. oblig. vel si dicamus, ꝙ fit contractus, eo quia important pactum de non petendo, † & tale pactum dicitur contractus, vt not. glo. ff. de actio. & oblig. l. 1. in princ. in fin. magnæ glo. dicemus ꝙ fieri non potuit sine consensu consanguinei ex forma statuti Lucani, per ea quæ no. Bar. in l. si vnus. §. pactus. ff. de pac. quia † tale pactum obligat ad non petendum, vt ibi, ergo &c. Et sic concluditur dictam confessionem non obstare quo minus dicta dos peti possit ex instrumento dotali, sed si non constaret instrumentū, esset propriè legatum, & ideo secus esset dicendum, iuramentum † autem non habet obstare, quia non includit vltra quam includant verba super quibus fuit appositum. C. de non num. pecu. l. fin. Ex quibus apparet secundum codicillum reuocatorium seu declaratorium non fuisse necessarium, quia & sine ipso idem fuisset, & si verba importarent hoc legatum tamen talis renunciatio non tenet præsuppositā inualiditate, vt supra dixi. Laus Deo.

ADDITIONES.

a Legatum seu prælegatum dotis non contineatur. Adde Bal. in l. liberti libertæ ꝙ. C. de oper. lib. num. 28. vbi scriptum nobis reliquit, quod quando filia cedit omnia iura sua super hæreditate, & bonis paternis, quòd nō videtur cedere iura dotis maternæ, & distinguit, ꝙ aut dixit super hæreditate simpliciter, & includit dotem maternam. Aut super bonis, & tunc si nullum ius habet, nisi dotis maternæ, & eo casu illud censetur remisisse, ne sit inutilis cessio, ꝙ facit ad decisionem consultationis nostræ vbi erant legata & prælegata ex alia causa quam dotis. Adde eundem Paul. consi. 174. vol. 1. nu. 1. 2. & 3. Bart. in l. iusiurandi. §. si liberti, in fin. Campegium, in tract. de statu. exclud. fœmi. quæst. 47. Ang. consi. 281. Martinus Ioan. de Floria. num. 5. Alber. Brun. in tract. de statu. exclud. fœmi. 8. art. nu. 28. Bal. in l. pactum. C. de coll. num. 3. Quinct. a

ARGVMENTVM.

Stante statuto, quod extante masculo filio fœmina non succedat, sed debeat dotari, vel ꝙ filia dotata extante masculo non succedat, si pater legauit filię dotem dum nuptui traderetur, an tale legatum dicatur conditionale, & sic non transmittatur ad hæredes, an vero purum reiecta conditione, & sic transmittatur.

SVMMARIA.

1 *Conditio casualis si nuptui traderetur reȳcitur.*
2 *Filiæ debetur legitima etiam extante filio masculo.*
3 *Verba illa pro dote in legato faciunt admonitionem.*
4 *Dictio dum facit conditionem.*
5 *Statuto stante, quod filia dotata extante masculo non succedat reddit casum dubium.*
6 *Dos quæ danda est filiæ succedit loco legitimæ, quando extat statutum quòd filia non succedat masculis extantibus.*
7 *Stante statuto dicto filia non potest petere vltra relictum à patre.*
8 *Statutum non potest tollere legitimam, sed eam potest minuere.*
9 *Statutum quòd filia non succedat per solam existentiam masculorum est exclusa.*
10 *Statutum, quòd filia dotata non succedat stantibus masculis, quæ requirantur ad hoc, vt locum habeat.*
11 *Qualitates iunctæ verbo intelliguntur secundum tempus verbi.*
12 *Stante statuto quòd filia non succedat si fuerit factum relictum pro dote filia dicitur dotata.*
13 *Cum nihil debetur ab intestato nihil debetur pro legitima.*
14 *Statutum potest facere filium, vel filiam insuccessibilem ex iusta causa.*
15 *Statutum potest legitimam in totum auferre.*
16 *Dotata dicitur illa circa quam pater actum dotandi exercuit.*
17 *Relictum conditionaliter si deficit conditio deficit relictum.*
18 *Assignatio conditionalis assignatio est.*
19 *Mulierem esse dotatam proprie loquendo aliud est, quàm dotem esse assignatam.*
20 *Mulier non potest dici dotata, nisi pure dos sit sibi relicta.*
21 *Filius sub conditione institutus dicitur interim non institutus.*
22 *Assignatio dotis dicitur dos etiam si conditionaliter sit facta.*
23 *Statuto non disponente expressè quòd filia dicatur dotata cui fuit dos assignata non dicitur dotata.*
24 *Relictum sub conditione si nupserit conditionem reijcit secundum communem opinionem.*
25 *Lex supplet defectum testatoris in electo sub conditione si nupserit.*
26 *Stante statuto quòd filia non succedat per existentiam masculi est exclusa absque aliqua dotatione.*
27 *Filia non potest petere dotem, nisi cum se nubit in casu statuti, quòd filia non succedat quando dos non est relicta.*
28 *Mulier cui dos conditionaliter est assignata dicitur dotata.*
29 *Filia non potest petere vltra quam sit ei relictum licet ad legitimam nō ascendat stante statuto, quòd filia non succedat.*
30 *Relictum pro dote dicitur purum, & non conditionale.*
31 *Argumentum de exhæredatione testatoris ad exhæredationem statuti valet.*
32 *Relictum conditionale morte finitur.*
33 *Filia si nupserit stante tali conditione transmittit legatum tanquam purum.*
34 *Plus est excludere filiam propter existentiam masculorum, quàm si sit dotata.*
35 *Exclusio à causa intestati limitat, & modificat causam testati.*
36 *Legatum si nupserit censetur purum, & reȳcitur conditio de eo.*
37 *Legatum si nupserit de propria significatione dicitur conditionale.*
38 *Legatum conditionale non transmittitur ad hæredes.*

CONSILIVM XXV.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Super eo quod quæritur, an dominus Ioseph cuiusdam Petri Ioannis de ciuitate Castelli possit petere ab hæredib⁹ Isabettæ filiæ suæ centum florenos sibi relictos iure institutionis in testamento dictæ Isabettæ, dubium stat in hoc vtrum relictum factum dictæ Isebettæ in testamento paterno de 150. florenis (dum nuptui traderetur) expirauerit ex eo quòd Isabetta non nupsit, tanquam defecta conditione, quia si hoc esset nihil reperiretur in eius hæreditate, & sic hæredes eius, qui confecerunt inuentarium non tenerentur, an vero fuerit transmissum ad hæredes reiecta conditione tanquam fuerit legatum purum, *a* quia tunc tenerentur, cum in hæreditate tantum esset quantum sufficeret ad soluendum. Et nota. quòd si non vigeret sibi statutum excludens fœminam à succesione extantibus masculis, clarum esset, quòd dicta conditio † (dum nuptui traderetur, &c.) reȳceretur, licet sit conditio casualis, vel mixta, retenta opinione Bartol. qui tenuit in l. suus quoque. ff. de hæred. instit. tales conditiones reȳciendas, per l. sancimus. §. cum autem. C. de inofficio. testamen. quia † non extante talī statuto filiæ deberetur legitima etiam masculo extāte. l. maximum vitium. C. de liber. præter. & si simpliciter pater reliquisset pro dote non apponendo expressam conditionem (dum nuptui tradetur) tale legatum esset de se purū, & verba † illa pro dote facerent potius admonitionem, quam conditionem, secundum Bart. qui ita not. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. & sic non expediret dicere, ꝙ conditio reȳceretur per l. omnimodo. C. de inoffi. testa. imo nunquam videretur in se conditionem habuisse secundū eum, etiam si transmitteret summam legitimæ, sed apponendo dicta verba (dum nuptui tradetur) non potest negari quin conditio

a

1

2

3

non

4 non fuerit appoſita,quia † dictio,dum,facit conditionem,ſicut alia aduerbia temporis,iuxta not.in l.1.ff. de condi. & demonſt.& ſic oporteret dicere,q̃ reĳciatur vſq; ad legitimã & non vltra,& in hoc differt iſte caſus cum exprimitur conditio à præcedenti cum non exprimitur,quia in præcedenti totum legatum eſſet purum,etiam ſi legitimam tranſcenderet,ſecundum Bar.in hoc vero cum exprimitur purificatur per commiſsionem conditionis duntaxat vſque
5 ad legitimam,per l.quoniam,cum ſimil.verum quia † hic viget ſtatutum excludens filiam dotatam extante maſculo res eſt dubia.Et duæ fuerunt in hoc opiniones antiquorum. Prima fuit opinio Richar.Malum.qui diſputando tenuit q̃ tunc dos,† quę ex forma ſtatuti danda eſt tali filiæ,ſuccedat loco legitimæ, vnde ſicut de legitimã reĳcitur conditio,ita pro tali relicto pro dote ſeu cum nupſerit.
7 Item tenuit,q̃ filia non poſsit petere † vltra quam ſit à patre relictũ, etiam ſi ſit minus quam ſibi debeatur pro legitima de iure cõmuni propter dictum ſtatutum,quod eam excludit à ſucceſsione propter maſculos, quia vĩ tale ſtatutum minuere legitimã,& reducere eam
8 ad quantitatem dotis q̃ facere põt,licet † nõ poſsit tollere in totum ſcdm eum.Quam diſputationem refert Ioan.And.in add.Specu.tit. de ſtatu mona.& videtur tranſire cum eo,& Cyn.in l.ſancimus.C. de nup.qui videtur voluiſſe tenere cum Richar.Malum.tamen male poteſt perpendi,q̃ voluerit tenere. Et aduertẽdum q̃ Richardus,
9 & prædicti ipſum recitantes formãt quæſtionem qñ ſtatutum † dicit,q̃ filia fœmina non ſuccedat extante maſculo, ſed debeat dotari à maſculo ſi non eſt dotata à patre,& ſic propter ſolam exiſtentiam maſculorũ reperit ſe filia excluſam ẽt ſi dotata non ſit,ſed fratri incumbit onus dotãdi poſt excluſionem,ſed in caſu noſtro ſtatutum
10 † aliter loquitur(ſcilicet)q̃ filia dotata exiſtentib.maſculis non ſuccedat,vnde duo requirũtur ad hoc,vt ſtatutũ locum habeat,q̃ filia excludatur(videlicet)q̃ extet maſculus tempore,quo defertur ſucc-
11 ceſsio ab inteſtato, & q̃ tunc reperiatur filia dotata, quia † qualitates iunctæ verbo intelliguntur ſecũdum tempus verbi.l.in delictis. §.ſi extraneus.ff.de noxali.& iſta opinio Richardi facit pro domina Ioanna.Secunda fuit opinio Barto.in d.§.genero,qui format quæ-
12 ſtionem, quando ſtatutum † dicit,q̃ filia dotata non ſuccedat extante maſculo(prout eſt in caſu noſtro) & tenet,q̃ ſi relictum factũ fuerit pro dote dicatur dotata,vt ſic ſtatutum ſibi locum vendicet, & hęc infert contra Richardum qui cum propter dictum ſtatutum
13 excludatur filia à ſuccedendo non debetur ſibi legitima,nam † cum ſit portio eius, q̃ debetur ab inteſtato. C.de inoffic.teſtamen.l.parentibus,ſi nihil debetur ab inteſtato,nihil poteſt deberi pro legitima,& ſic non debetur niſi filię ſucceſsibili,conſtat autem ſtatutum.
14 † poſſe facere filiam vel filium inſucceſsibilem ex iuſta cauſa, vt propter delictum.l.1.§.fin.ff. de contratabu. vel propter ſubiectam vtilitatem, vt fœminæ propter maſculos,iuxta not.in l.1. C.de adulte.per Cy.& per Bar.in l.generaliter.C.de epiſ.& cle.& per conſe-
15 quens † legitimam in totũ auferre,& ſic vult Bart.q̃ dotatio illa facta in teſtamento(licet cõditionalis) faciat eſſe locum ſtatuto exclu-
16 ſorio à ſucceſsione, quia † ſatis dicitur dotata illa circa quam pater actum dotandi exercuit,& ſatis dicitur exercuiſſe relinquendo(licet conditionaliter) & iſta opinio eſt de directo contra dictam Do.
17 Ioannis,quia † ſi relictum hic fuit conditionale,cum conditio defecerit,deficit etiam relictum. l.iubemus.§.fin.C.ad Trebell.& tanto plus eſt contra dictam dominam Ioannam,quia hic ſtatutum expo nit expreſsè q̃ intelligatur dotata, ſi in teſtamento vel vltima vo-
18 luntate fuerit ſibi aſsignata,conſtat † autem q̃ aſsignatio licet con-
19 ditionalis aſsignatio eſt, vnde poſito q̃ propriè loquendo,aliud † ſit
20 mulierem eſſe dotatam,aliud ſit dotem eſſe aſsignatam,quia † dotata non videtur poſſe dici, niſi pure ſit ſibi relicta,ſicut filius inſti-
21 tutus † ſub cõditione dicitur interim non inſtitutus, ideo teſtamen
22 tum erat olim nullum tanquam ſi eſſet præteritus. Aſsignatio † vero videtur poſſe dici dos,etiam ſi cõditionaliter ſit aſsignata,vt patet in ſimili.ff.de pericu.& commo.rei vendi.l.neceſſario.§.ſi ita.in
23 tex.& glo.& ſic poſito q̃ ſtatuto † non diſponente expreſsè,q̃ dicatur dotata illa,cui fuit in teſtamento aſsignata,poſſet determinatio Bartol.impugnari, quaſi non poſsit dici dotata,ſi relictum dicatur conditionale,vt ipſe dicit,ex quo tamẽ ſtatutum in caſu noſtro diſponit hoc expreſsè,videtur determinatio Bart. ſine dubio procedere. Quidam vero moderni nouiter in hoc eodem facto conſulentes dicunt in caſu noſtro non eſſe locum ſtatuto,ex quo aſsignatio facta fuit conditionaliter, cuius contrarium tenent tam Richardus quam Bartol.qui in hoc concordant,quòd eſt locus ſtatuto,tamen in hoc diſcordant,quia Richardus vult quòd conditio remoueatur de aſsignatione,Bartol.vero vult quòd non remoueatur, quia dos non ſuccedit loco legitimæ in hoc caſu, cum legitima non debeatur,de quorum Richardi & Barto. opinionibus prædicti conſulentes mentiõnem non faciunt, nec videntur de illis cogitaſſe,vel eas ponderaſſe. Et propterea non videntur eorum dicta procedere,
24 ſed ſibi ipſis contrariari,& poſtea † fatentur de tali relicto conditio-
* nali debere conditionem reĳci,ſecundum opin.Bar. quę eſt * communis, & certe ſi ita eſt deberet eſſe locus ſtatuto,ſicut ſi fuiſſet pure aſsignatio facta,quo caſu eſſet dotata & locus eſſet ſtatuto ſine
25 dubio. Idem † ergo deberet eſſe ſi conditionaliter,ex quo lex ſtatim reĳcit conditionem ſecundum eos,& ſic ſupplet defectum teſtatoris,quòd haberi debet perinde,ac ſi per teſtatorem factum eſſet.argumen.l. ſi pecuniam.§.1.ff. de condi.ob cauſ.& tamen ipſi tenent contrarium non eſſe locum ſtatuto. Breuiter,in hoc paſſu puto ſic
26 dicendum, q̃ † ſi ſtatutum loquitur eo modo quo ponit Richardus quòd filia fœmina non ſuccedat extante maſculo,ſed debeat dotari à fratre ſi nõ eſt dotata,tunc optimè procederet determinatio Bartol.& non Richardi,& ſequacium, quia tunc ad excluſionem eius non requiritur dotatio,ſed ſufficit ſola ſuperexiſtentia maſculi,vnde cum tempore mortis etiam non dotata reperiatur excluſa à ſucceſsione inteſtati,licet poſsit petere ſe dotari,nulla legitima ſibi debetur,& per conſequens non poteſt dici, quòd dos ſuccedat tunc
27 loco legitimæ. Vnde † ſicut ſi non eſſet relicta dos in teſtamento non poſſet petere ſe dotari,niſi cum nuberet.ff.quando dies leg. ceden.l.quod pupillæ.& l.nec ſemel.§.ſi habitationem, ita etiam ſi ſibi fuerit relictum pro dote cenſetur relictum conditionale,& non debetur,niſi nubat, vt d. §. Titio genero.& l.tali ſtipulatione.ff.de
28 iure dot.Sed dicendo ſtatutum † prout dicit in caſu noſtro quòd filia dotata non ſuccedat extantibus maſculis,tunc fateor,quòd ſi aſſignetur ſibi dos in teſtamento etiam conditionaliter dicitur dotata,quantum ad hoc,vt ſit locus ſtatuto,& ſic legitima non debetur, & per conſequens non poſsit filia petere vltra quam ſit relictum,li-
29 cet † illud ad legitimam non ſufficiat,ſiue hoc dicat ſtatutum,quòd pro dotata habeatur illa,cui in teſtamento fuit dos aſsignata,ſiue non,quia ſufficit patrem actum dotandi erga eam exercuiſſe, vt dicit Bartol.& iſto modo procedunt iam ſupra in contrarĳs allegata, & quantum ad hoc teneo cum Barto.qui idem ſentit,ſed tamen di-
30 co,† quòd tale relictum non erat conditionale,imo eſt purum,ſi teſtator expreſſam conditionem non appoſuit,ſed duntaxat legauit pro dote,vt illud verbum ſonet admonitionem,vt dicit Bartol.per l.muto.§.ſub conditione.ff.de tutel. vel ſi fuiſſet expreſsè appoſita, debet reĳci de toto relicto,etiam ſi tranſcendat quantitatem legitimæ,& ſic in hoc teneo opinionem Richardi,non tamen per rationes ſuas, quòd iſta dos ſuccedat hoc caſu loco legitimæ,imo legitima debetur(vt ſupra dixi) ſed eo quòd ſtatutum cenſetur ipſam excluſiſſe à ſucceſsione propter dotem,& per conſequens videtur voluiſſe q̃ dotem effectualiter habeat,arg.l.qui nolebat filiam exhęre-
31 dare,cum ibi not.ff.de hæred.inſtitu.arguendo † de exhæredatione teſtatoris,propter dotem ad exhęredationem,ſeu excluſionem ſtatuti,& quod nota.in l.emptor.§.fin.ff.de rei vendi.& in l.ſi certum. §.Lucius.ff.ſo.mat.ſed ſi relictum eſſet conditionale,poſſet contin-
32 gere quòd non haberet ſi non nuberet,vel † quia nollet, vel quia morte præuenta, & ſic careret vtroque tam relicto quam ſucceſsione, quod eſſet valde iniquum, & inhumanum, & contra mentem ſtatuti,quia conſiderare non potuit teſtator conditionem apponere,& ſic auferret per indirectum, quod ſtatutum voluit eam habere,ergo &c.arg.l.ſi arrogator.§.ſed cum impuberi.ff.de adopt.& ſic
33 † tranſmitteret dicta filia dictum legatum tanquam purum,etiã ſi nupſerit,& ita teperio Bald.tenuiſſe & determinaſſe in l.ſancimus. C.de nupt.vbi videtur reprehendere opin. Bart. & adhærere opin. Richardi in terminis in quibus Barto.loquitur, licet diſtinctionem
34 ſupradictam nõ conſiderauerit,nec eam fecerit. † In terminis ergo ſtatuti,in quibus loquitur Richardus melius, & ſubtilius determinat Barto.quam Richar.ſed in terminis ſtatuti in quibus loquitur Bart.contra melius & æquius determinat Richar.quam Bart.& etiam Bald.ſequitur.Nam ad ſenſum patet,quòd plus eſt excludere filiam propter ſolam exiſtentiam maſculorum(licet poſtea mandet dotari)quam ſit excludere eam ita demum ſi ſit dotata,& ſic cum dotatio ſit cauſa excluſionis debet eſſe magis effectualis,quã in caſu præcedenti, & ex iſtis reducuntur multa ad concordiam, & rigor cum æquitate.Concluditur pro d.domina Ioanna,q̃ debeat habere legata.Illud autem q̃ in fauorem eius allegatur,q̃ dictum ſtatutum excludat à ſucceſsione teſtati ſatis impertinenter dicitur,quia fateor,q̃ excluſus à ſucceſsione inteſtati(niſi ſit capax)ſi inſtituatur non
35 prohibetur capere ex inſtitutione,ſed dico q̃ † excluſio à cauſa inteſtati limitat,& modificat cauſam teſtati,& facit,q̃ vbi alias inſtitutio reputaretur pura, vel deberet purificari per reiectionem conditionis, nunc ſit conditionalis, & non purificatur. Laus Deo Saluatori noſtro,ego Paulus de Caſtro.

ADDITIONES.

a Tanquam fuerit legatum. Adde quod diximus supra consi. 22. vbi plenius de hac re, & Cyn. in l. sancimus. C. de nup. num. 1. & 2. Ioan. And. in addi. ad Specu. titu. de statu mona. in 1. addi. mag. versic. scire debes quòd Richar. vbi refert argum. Richar. Malumb. & tenue-
36 runt legatum † fore purum reiecta conditione. Alber. l. qui negotiationem. §. pupillo. ff. de adminis tra. tuto. nume. 2. Bart. consi. suo 200. 1. volum. quæritur de legatis filiarum, cum quadam distinctione, vt ibi per eum, num. 1. & in l. Titio centum. §. Titio genero. num. 3. Laur. de Palat. de Fano in tracta. de statu. num. 238. & hoc de communi vsu loquendi. Bald. in dicto tract. de statu. in quæstio. incip. legitima, num. 10.

Contrariam sententiam tenuit Bar. in d. §. Titio genero, num. 1. & 5. Ang. consi. 292. nume. 1. Petrus olim Fanghini de Florentia Georg. Natta, in tract. de statu. q. 2. principali. nu. 16. & Franc. de Albergot. inter consilia diuersorum ad vltimam voluntatem, consi. 52. nu. 4. vol. 1. hac in quæstio. saluando Bart. dicimus attendendã consuetudinem loci. Quam distinctionẽ idem Bar. facit dicto suo consi. 200. de propria autem significatione legatum dicitur conditionale, 1
37 † nihilominus quando loco legitimæ fuit relictum, debentur alimenta, & hãc partem si volumus amplecti, necessario debemus di-
38 cere tale legatum † conditionale non transmitti ad hæredes teste Bal. consi. suo 83. vol. 2. nu. 1. An prohibita alienatione, Crauet. consi. 214. nu. 20. nouissimè Rolan. à Valle consi. suo 8. vol. 1. nu. 21. vbi plura congerit, & testatus est de communi opinione.

ARGVMENTVM.

An substitutio compendiosa facta pupillo de bonis tantum testatoris per verba communia matre ipsius testatoris, & matre pupilli existentibus in medio sit pro tempore pupillaris ætatis directa, vel obliqua, item an substitutio facta de auia quousque viueret censeatur facta in proprietate, & vsufructu, an vero in vsufructu duntaxat, & causa legati adiecta in fauorem legatarij non restringit legatum.

SVMMARIA.

1 *Substitutio per verbum commune facta in pupillari ætate dicitur pupillaru non obstante fauore matris.*
2 *Substitutio facta per verba directa non tamen ciuilia idem est, quòd si facta esset per verba communia.*
3 *Substitutio facta per verbum esset etiam existente matre in medio valet iure directo.*
4 *Substitutio fideicommissaria differt à directa, quia detrahitur Trebellianica, secus de directa, num. 5.*
6 *Substitutio pupillaris per verba omnia bona mea continet etiam bona pupilli.*
7 *Substitutio facta per hæc verba omnia bona contrariatur naturæ directæ pupillaris, & num. 8.*
9 *Substitutio per hæc verba omnia bona mea in dubio dicitur fideicommissaria.*
10 *Institutio iuncta rei singulari trahitur ad omnia bona etiam in substitutione.*
11 *Substitutio facta per verbum commune importat illam, quæ ex sequentibus verbis declaratur.*
12 *Substitutio facta per verba clara, & directa non alterantur ex sequentibus verbis.*
13 *Testator substituendo in bonis suis tantum per verbum commune censetur facere fideicommissariam, & num. 14.*
15 *Testator substituendo directè in bonis suis tantum non facit si persona conuenit quominus sit pupillaris.*
16 *Verba omnia bona mea in institutione, vel substitutione important prohibitionem Falcidiæ.*
17 *Hæreditas tota, & omnia bona possunt per obliquam substitutionem relinqui.*
18 *Fratres & sic filij duorum fratrum secundum ius canonicum sunt in secundo gradu.*
19 *Filij duorum fratrum de iure ciuili sunt in quarto gradu.*
20 *Ius deliberandi infra annum transmittitur ad suos hæredes.*
21 *Tutores possunt adire hæreditatem pupillo delatam.*
22 *Pater non potest grauare filium in bonis maternis.*
23 *Relictum factum cum conditione mortis legatarij ante conditionis aduentum efficitur caducum.*
24 *Relictum conditionale effectum caducum non comprehendit legitimã, nec bona matris.*
25 *Relictum cum conditione, quòd possit omnia bona operari pro sustentatione, censetur tantum vsumfructum relictum.*
26 *Causa adiecta legato in fauorem legatarij legatum non restringit.*
27 *Legatum factum per verbum relinquo, & ipsum legatũ non restringit.*
28 *Verba dubia ex adiunctis declarantur & limitantur.*
29 *Substitutio compendiosa in bonis testatoris tantum per verba communia matre existente in medio omni tempore erit fideicommissaria.*
30 *Substitutio compendiosa matre existente in medio, quòd sit directa omni tempore.*
31 *Substitutiones iudicantur ex mente testatoris.*
32 *Dictio tantum est taxatiua, & in institutione posita impedit ius accrescendi.*
33 *Legatum quousque viueret, an intelligatur de proprietate, vel vsufructu, & an sit electio legatarij.*
34 *Causa restringit legatum.*

CONSILIVM XXVI.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Quod dicta substitutio fuerit directa pupillaris non obstante, quòd facta fuerit per verbum cõmune, postquam filius decessit in pupillari ætate, nec supereſſe proponitur mater pupilli cuius fauore dicatur obliqua, & posito quòd esset, tamen persona substituta, quæ fuit mater testatoris suadet contrarium, & sic † matris pupilli fauorem 1
excluderet, prout videtur determinare Barto. plene disputando in l. Centurio. ff. de vulgar. & pupilla. in 3. quæst. princ. de compendiosa facta per verbum commune, quicquid glossatores dixerint, quòd etiam in hoc variarunt, & hanc opinionem seruari vidi, & secundum eam consului, & ita tenetur communiter per Moder. etiam in eo casu, quo mater pupilli esset in medio, quicquid dicat Bar. qui requirit quòd non sit in medio, sed moderni dicunt idem si sit, per l. precibus, C. de impub. & alijs substit. vbi mater erat in medio. & tamen infra pupillarem est pupillaris. Nec est bona solutio Bart. ad illam legem, quòd ibi testator erat miles, quia nulla specialitas est ibi in milite, prout pulchrè probat, & adducit Ioan. Andr. in c. si pater, de testamen. in 6. & ibi etiam est casus licet Bartol. dicat, quòd non, quia facta fuit substitutio per verba directa, sed certè licet essent di-
2 recta, non tamen ciuilia, & sic idem in eis † quòd in communibus, prout idem Bar. sentit in ead. l. centurio, verè ergo est casus in dictis 3
iuribus, quòd compendiosa facta † per verbum commune etiam si mater sit in medio valet iure directo infra tẽpora pubertatis postea vero iure fideicõmissariæ, potissimè videtur hæc in casu nostro, vbi testator dixit, q; omnia bona sua peruenirent ad matrem dicti testatoris, quia propter verbũ omnia videtur voluisse, q; nulla fieret di-
4 minutio, quod contingere non possit in fideicommissaria, † de qua 5
detrahitur Trebellianica, ideo interpretamur eam directã † de qua dicta detractio non fit. l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cler. & ita determinat expresè Bart. in l. centurio. in 3. q. princ. de compendiosa facta per verbum cõmune ibi, quid si dicit omnia bona mea, &c. Nec etiam videtur obstare, q; testator se restrinxit ad sua tãtum
6 bona, q; est cõtra † naturam pupillaris, in qua veniunt omnia bona etiam pupilli. l. si plures. §. ad substitutos. eo. titu. nam hoc non facit quo minus sit pupillaris, vt patet ex not. per Bar. in loco prẽallegato in illo versi. vel quid si dixit omnia bona mea, & plenius per eundẽ in l. si ita. §. qui filio. ff. de secund. tabu. qui dicit per illum tex. ita fuisse determinatum, & idem not. in l. 1. de vulg. & pup. His tamẽ non obstantibus contrarium vĩ dicendum, q; nõ fuerit pupillaris directa, sed fideicommissaria, † a non propter hoc solum, q; sit facta per 7
a verbum commune, quia cum illud de sui significatu possit cõprehendere directam, & obliquam non contrariatur interpretationi directę, prout plenè no. Bar. in l. centurio, sed propter aliud coniunctum cum illo quòd testator se restrinxit ad bona sua tm̃, quę restri-
8 ctio contrariatur naturæ directæ † pupillaris in qua veniunt ẽt bo-
9 na pupilli, vt d. l. sed si plures. §. ad substitutos, & sic in dubio † videtur voluisse facere fideicõmissariam cui verba (quibus fuit vsus) conueniunt. argu. l. si vno, in princ. ff. loc. Nec obst. l. illa si ita. §. cum filio, de secun. tabu. in quæ. Bart. se fundat, quia testator ibi fuit vsus
10 verbis directis dum dixit, † Titius mihi hæres esto, &c. quæ etiam iuncta rei singulari trahuntur ad omnia bona, siue apponantur in institutione. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæred. instit. siue in substitutione. l. cohæredi. §. fin. ff. de vulg. & pupil. & contrariantur fideicommissariæ substitutioni. Nos loquimur quãdo fuit vsus verbo communi, quod est dubiũ, & potest adaptari ad vtrãq; substitutionem, ideo † importat illam, quæ ex sequentibus verbis declaratur, & sic 11
verbum cõe, & dubium declaretur ex verbis sequentibus, sed verba † directa, quæ sunt clara ad significationem directam non alteran- 12
tur ex sequentibus verbis, quæ ita possunt trahi ad directam attractionẽ significationis verbi directi sicut ad obliquam, sed per attractionem verbi communis, & ita voluit subtiliter Bal. in l. precibus. C. de impub. & alijs substitu. in 16. col. versi. procedo vlterius, &c. & ita intelligit illum §. qui filio, si bene inspiciantur verba sua, & ita

vidi

vidi cõsultum Florentiæ per valentissimos viros. Et ista sit con-
13 clusio, quòd † quando testator in substituendo restrinxit se ad sua
14 tantum bona, & in illis tantum substituit, aut substituit † per verbũ commune, & nunquam censetur voluisse facere pupillarem, sed solum fideicommissariam, quia si fuisset interrogatus verisimile est, q̃ dixisset se in suis tantum substituere voluisse, vt inquit Bal. in lo-
15 co prælegato. Aut † substituit per verba directa, & tunc restrictio illa ad sua tantum bona non facit quominus censeatur facta pupillaris, si conuenit personę cui fit, & ita probat ille §. qui filio, & sic potest saluari dictum But. ibidem secundũ Bal. notabiliter in d. l. precibus, in 16. col. vers. procedo vlterius. Nec ẽt obst. q̃ dixit omnia bona
16 mea, &c. Nam scdm Bal. ibidem talia verba † omnia integra, & sine diminutione, &c. potius important prohibitionẽ Falcidiæ, & Trebellianicæ, quam importent substitutionem directam, maximè q̃n alia verba repugnant significationi, & naturæ directę (prout est hic) vt inquit Bald. ibidem per l. 10. ff. de fideicom. liber. quicquid dicat Bar. in d. l. centurio, quam ipse reprehendit, vt patet in l. qui totam. ff. ad Trebel. vult enim significare testator cum dicit omnia & totã, &c & non quædam nec partem, sed omnia, & totam, vnde non ne-
17 cessario important ista verba directam, cum ẽt † per obliquam substitutionem possint omnia bona, & tota hæreditas relinqui, vt d. l. qui totam, & not. in l. nam quod. in fin. cum l. seq. ff. ad Trebel. cum pluribus alijs. Ex his sequitur, q̃ mortuo dicto pupillo dicta hæreditas non fuit delata dictæ auiæ paternæ ex substitutione pupillari directa cum non fuit pupillaris (vt dixi) sed delata fuit ab intestato dicti Baptistæ agnato masculo exclusa auia ex forma statuti primo loco relati si gradus & forma dicti mariti, vel alterius assumentur
18 secundum ius canonum, quia † secundum illud ius prædictus Bap. fuisset illi defuncto filio testatoris in secundo gradu cum essent filij
19 duorum fratrum, sed si intelligeretur gradus secundum † ius ciuile, q̃ in dubio præsumitur, quando statutum loquitur in materia successionis, secundum Iac. Butrig. qui ita disputando tenuit, vt refert Bart. C. de succes. edic. l. 1. tunc secus esset q̃ scdm ius ciuile filij duorum fratrum sunt in quarto gradu, cum eorum parentes inter se essent in secundo. l. 1. §. 2. & §. quarto gradu. ff. de gradib. & statutum requirit, quòd agnati sint in tertio, ad hoc vt matrem, & auiam excludant, eo igitur casu quo ad dictum Baptistam fuisset hæreditas
20 prædicta delata ab intestato † transmisisset ius deliberandi ad dictã pupillam suam hæredem si sciebat sibi delatam, & decessit infra an-
21 num. l. cum antiquitas. C. de iure deliber. & sic tutores † illius possent eum adire. l. si infanti. eo. tit. si vero non esset locus dicto statuto, tunc dicta hæreditas fuisset ab intestato delata auiæ prædictæ, vt in Auth. defuncto. C. ad Tertul. & sic nõ procederent dubia formata, sed in casu præcedenti sic, in quo esset dicendum, quòd tutor prædictus posset nomine dicti infantis postquam ipse adiuisset aduoca-
22 re à dicta auia bona dicti Ioannis, quæ non fuerant Petri patris sui, sed fuerunt materna, & etiam legitimam bonorum paternorum, quia † in illis non potuit testator filium suum grauare. l. cohæredi. §. cum filiæ, versicu. nec fideicom. ff. de vulga. & pupilla. & substitutio facta de matre testatoris eadem q̃ auia Ioannis fuit fideicommissaria, vt dictum est supra. Posset etiam probabiliter dubitari, v-
b trum substitutio facta de dicta auia quousque viueret *b* censeatur
23 facta in proprietate, an vero in vsufructu duntaxat. † Nam in primo casu relictum postea factum dicto Baptistæ de dictis bonis post mortem dictæ Dominæ foret effectum caducum per mortem dicti Baptistæ ante conditionis euentum, & sic remaneret penes ipsam dominam grauatam, quæ postea transmitteret ad suos hæredes dicta bona, & posset de ipsis facere quicquid vellet. C. de caduc. tollen. l. 1. §. fin autem sub conditione, iuncta glo. in l. hæres meus. ff. b
24 de condi. & demon. † excepta legitima filij, & bonis eius matris (vt supra dixi) Secũdo vero casu secus, quia omnia bona etiam paterna essent statim deuoluta ad dictum Baptistam quantum ad proprietatẽ licet vsusfructus esset dictæ auiæ, & videtur quod vsusfructus
25 tantum fuerit relictus dictæ auiæ propter verba adiecta † dicto relicto quòd ipsa possit omnia bona eius operari pro eius sustentatione in vita sua tantum vsufructuando, &c. q̃ verba indicant quod vsusfructus tantum voluerit relinquere. ff. de vsu & habit. l. si habi-
26 tatio, vers. sed si sit relictus, &c. & de lega. 2. l. Titia. §. fin. † quia causa adiecta legato in fauorem legatarij legatum non restringit. l. 4. in princ. ff. de alim. & ciba. lega. & ibi plenè per Bar. & de vsufru. ea. re. quæ vsu consumun. l. fi. & de auro arg. leg. l. species. in quibus videtur casus, & de donationi. l. donationes in concubinam. §. speciem.
27 Breuiter si testator dixisset † relinquo bona mea matri meæ, vel ipsam in eius vita substituo in bonis meis, tunc propter verba prædicta, quæ postea adiecit, vt possit eis vti & frui, & de ipsis se sustentare quousq̃ viueret, &c. non restringitur relictum præcedens, quo-
minus ipsa proprietas videretur relicta, non autẽ solus vsufructus, ita probant dicta iura, & ita loquitur Bart. in d. l. 4. de alim. lega. sed quia hic non dixit relinquo bona mea, sed solum dixit q̃ volebat eam peruenire ad matrem suam, quæ peruentio potest intelligi de peruentione facti, & nuda à translatione proprietatis, & solum vt ex eis posset vti videtur, q̃ ex verbis postea adiectis declaretur solũ
28 vsumfructum non proprietatem fuisse relictum, quia † verba dubia ex adiunctis declarantur & limitantur. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. & l. vxorem. in princ. & l. quæsitum. §. fin. ff. de leg. 3. & sic post mortem dictæ Dominæ reuerterentur dicta bona ad dictam pupillam, penes quam de præsenti est proprietas præsuppositio, vt dictus Bapt. esset illi Ioanni, infra tertium gradum, & sic quòd dicta Domina excluderetur ab intestato ex forma dicti statuti non aliter, & pro ista distinctione bene facit quod in simili not. Bartol. in l. si quis Titio. ff. de legat. secun. in quæst. qualiter cognoscatur, an quis sit legatarius, vel exequutor, &c. Laus Deo Saluatori nostro, ego Paulus de Castro.

ADDITIONES.

a Sed fideicommissaria. Adde q̃ † substitutio compendiosa in bonis
29 testatoris tãtum per verba cõia matre existente in medio erit fideicommissaria omni tempore, scdm gl. in l. precibus. C. de impube. & alijs substit. prope fin. gl. mag. vers. si vero. Bart. in l. centurio, versic. tertiam principaliter. ff. de vulg. & pup. nu. 26. & consi. 54. nu. 5. vol. 1. Aug. Aret. in §. fin. Instit. de pupil. substi. col. 3. nu. 8. Bal. consi. 350. vol. 4. num. 1. qui testatur esse communem opin. Ang. consi. 97. nu. 3. Oldrad. consi. 99. nu. 1. Dec. in d. l. precibus. col. 12. versi. & tenendo, post nu. 19. vbi inquit, quòd opinio Bar. habet magnam æquitatem. Signorol. de Homod. consi. 107. nu. 29. Pract. Papien. in forma libelli quo agitur ex substitutione, in verbo compendiose. vers. nunc autem. Aflict. decis. 5. consi. Neapo. 367. vbi inquit esse eam veriorem, & in sacro consilio ita fuisse notatum.

Opinio supradicta habet magnum conflictum scribentium, qui adeo oculos iurisprudẽtium offuscauit, vt vix cognosci possit, quænam sit magis cõis opinio secundũ Dec. cons. 228. nu. 3. contra quam
30 videlicet q̃ dicta substitutio † etiam matre existente in medio sit directa pro tempore pupillaris ętatis, plures tenuerunt, inter quos gl. in §. qua ratione. Instit. de pupil. substit. in gl. magna, circa fin. Cyn. in d. l. precibus. nu. 5. Paul. ibidẽ, nu. 1. Alex. in l. centurio. nu. 64. Dec. in d. l. precibus. nu. 19. Oldr. consi. 123. post nu. secundum Pau. consi. 111. nu. 2. vol. 1. Guid. Pap. quæst. 521. vbi testatur ita vidisse iudicari. Ias. in d. l. precibus, nu. 10. & 11. vbi testatur esse magis communem opin. Rip. in d. l. Centurio. nu. 114. vbi dicit esse communẽ opi. Rolan. à Valle, cons. suo 69. nu. 23. vol. 1. vbi dicit de magis communem opin. per dicta Socini per eum relati. consi. 144.

31 Attamen † in casu consultationis ex coniecturata mente testantis, eo quia dixit in bonis suis tm̃, dicimus ipsam substitutionem esse fideicommissariam, quia mens testantis fuit nolle prouidere bonis filij propter matrem in medio existentem, quemadmodum mater ex coniecturata mente excluditur, scdm text. in l. in testamento. C. de testa. mili. Bar. in l. 2. ff. de vulg. & pup. nu. 40. Rip. in d. l. centurio. nu. 121. vsque ad 124. & nouiss. doctiss. Cephal. consi. suo 16. nu. 50. vol. 1. vbi dicit, q̃ ideo admittitur fideicommissaria ex coniecturis, quia
32 introducitur ex coniecturis. Pręterea † natura dictionis tantum est taxatiua, & si ponatur in institutione impedit ius accrescendi secundum tex. in l. Lucius. §. quę habebat. ff. ad Trebel. l. 2. C. de pact. & ibi glo. in verbo filias, ideo necessario debemus dicere ipsam fideicommissariam, aliàs si diceremus directam, illa dictio tantum, esset superflua, & existentia matris in medio nil operaretur.

b Quousque viueret. Substitutio, † vel legatum factum quousq̃ vi-
33 ueret an censeatur de proprietate, vel de vsufructu tantum. Adde Bar. in l. Titia cum testamento. §. Titia cum nuberet. ff. de lega. 2. nu. 3. & in l. libertis. ff. de alim. & ciba. leg. nu. 2. 3. & 5. Alber. in d. l. libertis. nu. 1. tenuerunt quòd electio est legatarij eligendi proprietatem, vel vsumfructum. sed Paulus in d. §. Titia. cum nuberet, tenuit contra. nu. 1. tandẽ in fin. distinguit, videlicet, aut est relictum ad vsumfructum, aut ad alimenta, & tunc videtur relicta proprietas scdm tex. in l. fi. ff. de vsufru. ear. rer. quæ vsu consumuntur, & no. gl. in l. cum hi. ff. de transact. quia † verba illa ad vsumfructum ponuntur
34 per modum causæ, & causa non restringit legatum, vt not. in l. 4. ff. de alim. lega. & in l. donationes in concubinam. §. species. ff. de donat. aut est relictus vsusfructus, & tunc proprietas remanet hæredi secundum text. in l. Titia cum testamento. §. fin. & ibidem Bart. nu. 3. & 11. quo in loco Pau. nu. 3. refert quæst. Dyni, quid si maritus relinquit vxorem dominam & vsufructuariam, vt ibi per eum, & per Bar. nu. 13. facit optimè dictum doctissimi Cephali, cons. suo 81. vol. 1. Rip. in l. ex facto, nu. 11. cum pluribus seq. ff. de vulg. & pupil.

ARGVMENTVM.

An condictio ex lege, quæ competit ad supplementum legitimæ detur contra legatarios, vbi etiam habetur de quibus rebus legitima sit detrahenda.

SVMMARIA.

1 *Legitima est totius hæreditatis.*
2 *Legitima est diuidenda in stirpem.*
3 *Dos computatur in legitima.*
4 *Legitima non potest auferri per nepotes, vel pronepotes, & ratio.*
5 *Filia præfertur nepotibus in pari causa.*
6 *Filia tenetur contribuere pro rata cum hærede pro eo quod habet vltra legitimam.*
7 *Pro complemento legitima competit condictio ex lege.*
8 *Condictio ex lege est personalis, & datur contra vniuersalem hæredem.*
9 *Personalis actio non sequitur fundum.*
10 *Legatarij non tenentur contribuere pro soluendo debitum hæreditarium, nisi in subsidium quando hæres non habet vltra quartam, num. 11. & 13.*
12 *Legatum non debetur, nisi deducto ære alieno.*
14 *Testator potest hæredem grauare vsque ad dodrantem deducto ære alieno.*
15 *Hæres satis est, quòd habeat quartam partem.*
16 *Actio ad supplementum legitimæ competit ante solutionem legatorum.*
17 *Filia habens legitimam retinet pro legato.*
18 *Legatarij præferuntur creditoribus, in rebus legatis quando hæres est soluendo.*
19 *Creditores agere possunt contra legatarios, quando hæres non est soluendo.*
20 *Supplementum legitimæ est quasi debitum, & debet præferri, quando hæreditas est soluendo, & similiter legatarijs.*
21 *Legitima potest peti in vna re, & non in singulis rebus hæreditarijs.*
22 *Filius non cogitur recipere legitimam in quantitate.*
23 *Legatarij debent agere contra hæredem.*
24 *Hæres extraneus non habet tantam affectionem ad res hæreditarias sicut suus.*
25 *Intentans actionem personalem debet agere contra hæredem.*
26 *Actio ad supplementum legitimæ datur contra vniuersalem hæredem.*
27 *Legitima debet suppleri de omni patrimonio testatoris.*

CONSILIVM XXVII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Visis omnibus instrumentis, notum est quòd legitima dictorum nepotum, & pronepotum non est tertia totius hereditatis, licet in eorum petitione videantur hoc innuere, sed tertia eius portionis, quam fuissent habituri ab intestato, & si cõueniant ex persona matris, & per consequens in stirpem. C. de suis & legi. Authen. in successione, tres partes ab intestato fuissent, quarum vnã filia, alteram nepotes, alteram pronepotes fuissent habituri, est † ergo tertia legitima cuiuslibet, & tertia totius est legitima omnium diuidenda inter † eos in stirpem. l. cum quæritur. & l. parentibus. C. de inoffic. testa. cum ibi not. & sic si bona hæreditaria valent ter mille libris (vt proponitur) legitima omnium sunt mille, quorum tertiam partem, videlicet, trecentas triginta tres, & vnam tertiam debet habere filia testatoris, si enim dos sibi legata valet libris sexcentis computari debet sibi pro legitima sua † trecentæ triginta tres, & vna tertia. ff. de bon. liber. si libertus sub conditione. §. libertus patronus, & illa non potest sibi auferri per nepotes, aut pronepotes, quia † non debet recoperiendo vnum altare discoperiri aliud, vt in simili notatur & habetur in l. assiduis. §. exceptis, per glo. C. qui potior. in pign. habe. & quia † cum eandem causam prætendunt, debet esse potior filia, quę possidet seu tenet partes rei. l. si seruum. §. sequitur, de verbo. oblig. Remanet ergo quæstio solũ de residuo, videlicet, de libris 26. & duabus tertijs, quas habere reperitur dicta filia vltra quam sibi debebatur pro legitima, vtrum possint sibi auferri per nepotes pronepotes in totum, si tantum ei deficit pro eo, quod debetur ei pro complemento computatis legatis eis factis, & eo quod ex transactione facta ipsi hęredes perceperunt, vel an saltim teneatur filia cõtribuere pro rata cum hærede pro eo, quod habet vltra legitimam ad faciendum dictum supplementũ, † quod vltimum vr. per d. l. si libertus sub conditione. §. libertus. in fin. de bon. liber. & per id quod no. Bar. in l. in quartam. ante fin. ff. ad l. Falc. Sed contrarium est verius, quia † pro complemento legitimæ fiendo competit condictio ex l. omnimodo. & l. sancimus. C. de inoffic. testa. & ex no. per Bar. eo. tit. l. si quis filium, quæ † condictio cum sit actio personalis datur cõtra vniuersalem hęredem, & non contra singulares successores, vel possessores, aut legatarios. C. de hær. instit. l. quoties, de hære. actio. l. fi. quia † personalis actio non sequitur fundum. l. fideicommiss. §. tractum. ff. de iudi. & l. pen. §. si hæres. ad Treb. C. de donat. l. æris alieni. Item † legatarijs non auferuntur legata nec habent contribuere pro soluendo verum debitum hæreditarium, nisi in subsidium, qñ apud hæredem nihil remanet, vel non † vltra quartam sibi debitam pro Falcidia, vel Trebel. C. de iure deliberan. l. fin. §. licentiam. vnde si in bonis erant quadringenta, & debita ascendebant ad centum, legata vero ad ducenta, eius solutione integraliter debent hæredem cõuenire creditores pro centum eis debitis, cum penes eum remaneant centum, quę sunt vltra quartam sibi debitam, quia non † debetur, nisi ex eo quòd supereſt deducto ære alieno, & sic de trecentis tantum, quorum quarta sunt 25. & ipse habet centum, sed si legata ascendunt ad quadringenta, & ipse soluisset tercẽtum, retentis centum pro Falcidia, tunc quia non debebatur nisi de tercentis & sic retinuit 25. pluſquam sibi deberetur, tunc creditoribus, quibus debentur centum, tenetur pro illis 25. & legatarij in residuo, & iste † esset casus, in quo tam hæres, quam legatarij contribuerent ad soluẽdum verum debitum, & similiter ad supplendum legitimam quæ dicitur quasi debita, non autem quando hæres tantum vltra quartam sibi debitã, quod sufficit ad soluendum totum verum debitum, vt est in casu nostro, & proponitur in facto. Nam † testator potest grauare hæredem vsq; ad dodrãtem eius q; supereſt deducto ære alieno. l. 1. in prin. ff. ad l. Falc. vnde potuit in casu nostro ipsum grauare de tota legitima soluenda, quæ ascendit ad mille, & in residuo, scilicet, in duobus millibus potuit ipsum grauare vsq; ad dodrantem, & sic vsq; ad mille quingenta, quia † satis est quod sibi remaneat quarta pars de duobus millibus, videlicet, quingenta, sed tunc remanent satis vltra, si alia legata non sunt, nam deducto eo quod debetur dictæ filiæ pro sua legitima de legato sibi facto, non remanent in legato, nisi ducenta sexaginta sex, & duę tertiæ cum tamen testator potuerit hæredem grauare in mille quingentis (vt supra dixi) & si † antequam legatum solutum fuisset filiæ, fuisset actũ pro supplemento cõtra hæredem & ipsum integraliter fuisset dictis nepotibus solutum & pronepotibus, qui non potuissent recusare cum vere hæreditas esset penes eos, iuxta plene no. in simili b. per gl. in l. 1. §. fin. ff. ad Treb. deinde filia egisset ad rem legatam, & debuisset eam consequi totam & nihil diminueretur, † ergo nec nunc debet minui de eo, q; habet in dicto legato vltra id, q; sibi debetur pro legitima pro faciendo dictum supplementum. Etiam pro prędictis allego determinationem doct. Cyn. in l. 3. seu 2. C. qui potior. in pigno. habeantur, & Bart. in l. is cui. §. postquam. ff. vt in posses. leg. qui dicunt, quòd quando † hæres est soluendo creditoribus, & legatarijs ipsi legatarij in rebus legatis præferuntur creditoribus, quia creditores non debent agere contra legatarios, sed contra hæredem, vt d. l. fin. C. de hære. actio. sed † quando non esset soluendo, tunc agere possunt contra legatarios, vt l. fina. §. licentiam. C. de iure deliberan. & ibi gloss. hoc expresè vult, quæ incipit prius, in fin. eodem ergo † modo debent præferri legatarij in re legata, & qui prætendũt supplementum legitimæ quod est quasi debitum, vt not. in l. si quis legatum, de falsis. & l. cum emancipata. Cod. de iur. & fact. ignoran. quando hæreditas est soluendo, pro vtroque, vt proponitur *esse in* casu nostro. Præterea † licet lex dicat, quòd legitima debetur *ex ipsis* rebus hæreditarijs. C. de inoffic. testamen. l. sancimus. §. *repletione*, tamen Docto. dicunt, q; non est sic intelligendum, vt in *singulis* rebus possit peti legitima, quia ex hoc sequeretur magna *incommoditas*, sed potest peti, vt vna, vel duæ, vel plures res *integraliter* assignentur pro ea, prout iudici visum fuerit. Nec † *cogitur* filius eam recipere in quantitate, vt not. Guliel. de Cun. in *l. sancimus*, præallegata, & Bar. in l. suus quoque. in fi. princ. ff. de *hær. instit.* & si sic est, aut isti nepotes, & pronepotes petunt ab ista filia certam partem dictæ domus eis legatæ tanquam eis debeatur in singulis rebus, & sic actio sit realis, vel in rem scriptam, & hoc facere non possunt, per ea quæ not. Doctor. in dictis locis, aut petunt totam illam domum sibi assignari pro eo, quod eis deficit, quia forte tantum deficit, & hoc etiam facere nõ possunt, quoniam ęquius est, vt pro † hoc agant contra hæredem, qui plures res hæreditarias habet, & etiam vnam, vel duas assignabit, & aliæ sibi remanebunt, quam contra filiam, quæ non habet, nisi vnam, & si illam traderet, alia non remaneret. argu. eius quod dicitur de habente vnam auem, seu porcellum. ff. de offi. præsid. l. illicitas. §. Nesennius. & quod ibi no. de habente vnum solum beneficium, vt not. in Clemen. 1. de præben. in glo. quæ incipit, de isto iure, maximè, quia hæres vniuersalis est extraneus, † qui non habet tantam affectionem ad res hæreditarias, sicut ipsa filia. l. in emptione. ff. de minorib. & de bonis libert. l. libertus qui soluendo, vnde durius esset & molestius filiæ, si hæc vnica res paterna sibi

na sibi legata auferreretur, ergo non est auferenda. argum. l. si domus. §. qui confitetur. ff. de legat. prim. cum ibi not. sed agendum est contra hæredem, qui plures alias res habet, & cui nõ erit ita durum si aliquam assignat. Aut isti nepotes, & pronepotes petunt sibi fieri supplementum in quantitate, & tunc non intentant aliquam actionem realem, vel in rem scriptam, sed † merè personalem, ideo debent agere contra hæredem, & non contra legatarium. d. l. fin. C. de hæred. actio. Non obstat. l. libertus sub conditione. §. libertus. & id quod not. Barto. in l. in quartam. circa fin. ff. ad leg. Falcidiam, quia debent intelligi secundum ea, quæ dicta sunt, quando hęreditas nõ sufficeret ad supplementum, aliàs procedunt ea quę dixi. Laus Deo, ego Paulus de Castr. &c.

ADDITIONES.

a Contra vniuersalem hæredem. Adde † q; actio ad supplementum
26 legitimæ datur contra vniuersalem hæredem, & non contra legatarios, secundum Bart. consi. suo 34. nu. 4. factum tale, Masius Martini. Ange. consi. 131. Ad decisionem huius dubij, nu. 1. & 2. vbi refert Raynerium de Forliuio, in l. 1. C. de inoffic. testam. per l. si libertus. §. libertus. ff. de bon. liber. tenuisse filium posse agere ad legitimam tam contra legatarios, quàm contra hæredem institutum, & Guli. de Cun. in l. 1. C. de inoffic. testam. quæ quidem opinio iuridica est, & eam tenuit Bartol. in l. in quartam. ff. ad legem Falcidam. nu. 13. &
27 est ratio, quia † debet suppleri ex patrimonio testatoris. l. sancimus. §. repletionem. C. de inoffic. testam. quod procedit quando filio nil est relictũ, & repletio non potest absque difficultate ab hærede fieri, 1
puta, quia facta sunt plura legata, & similia quæ possent legitimæ supplementum in ambiguo constituere, vel quando sunt deducta legata ante repletionem, aliàs idem esset, quia ante omnia esset deducenda legitima deducto ære alieno, Auth. vt cum de appellat. cognos. §. cæterorum, collatio. 7. doctiss. Ceph. consi. 5. nume. 45. vol. 1. Franc. de Capitelist. consi. 78. nu. 8. inter consi. diuer. ad vlti. volun. 2
volu. 1. Dec. consi. 616. nu. 5. Bal. in Rub. ff. de rer. diuis. versi. sed bene, 3
num. 1. Rolan. à Valle, consi. 75. volu. 1. num. 31. Crauet. consi. 109. nu. 5. & 67. qui optimè declarat hanc materiam. a

ARGVMENTVM. 4

Quædam mulier fecit aliqua legata cuidam capellæ, quia vir suus facturus erat & alia: An vir, qui illa fecit posit postea reuocare, & mulier quæ ipsi capellæ legauit bona in solutum accepta per eius virum communicata cum fratribus, & nepotibus suis socijs omnium bonorum, an præiudicet ipsis fratribus & nepotibus, vel 5
saltim vero hæredi instituto ab ipsa muliere, qui adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarij, saltem vt teneatur reddere portiones aliorum sociorum, vel saltem præiudicare sibi in eius parte, & an hæredes vxoris petere possint dotes quas vxor in vita sua non petijt, sed tanquam fructuaria bonorum mariti vigore legati sibi 6
facti rebus ipsius mariti incubuit. b

SVMMARIA.

1 *Legata facta contemplatione alterius censentur irreuocabilia.*
2 *Voluntas vltima ambulatiua est vsque ad mortem etiam ad pium vsum, num. 3.*
4 *Quis non potest se astringere ad non reuocandum legata quandocunque vsque ad mortem.*
5 *Ea quæ sunt reuocabilia de sui natura, vt legata quis sibi prospicere potest.*
6 *Non præsumuntur in legatis ea quæ non habent causam cohærentem legato.*
In dubio præsumitur in legatis quis habere respectum ad piam causam.
Frater, & sic socius non præiudicat fratri nec sibi describendo legatum sibi factum in libro communi.
Fratres non tenentur rem communem legatam dare etiam cum precio 8
pro portionibus suis.
10 *Legatum factum de re aliena ignorante testatore rem esse alienam non valet.*
11 *Testator potest legare rem hæredis etiam si testator ignorabat, num. 12.*
13 *Legatum rei alienæ consentiente domino valet.*
14 *Hæres habet actionem mandati contra dominum consentientem, vt testator legaret rem suam.* 9
15 *Hæres liberatur cedendo legatario actionem mandati contra dominum rei legatæ.*
16 *Testator habet iustam causam credendi rem esse suam quia semel fuit patris sui.*
17 *Dissensus in substantia contractuum impedit actionẽ oriri ex contractu.*
18 *Debitor cum succesßit creditori confunditur actio.*
19 *Legatarius possidens rem alienam legatam potest se tueri contra dominum consentientem.*
20 *Sola aditio hæreditatis præiudicat.*
21 *Hæres qui confecit inuentarium nullum damnum debet sentire hæreditatis.*
22 *Hæreditas non adita non transmittitur ad hæredem extraneum.*
23 *Hæres cum beneficio inuentarij non tenetur ad legata etiam ad piam causam quæ non extant.*
24 *Præscriptio non currit contra eum qui stat in bonis sibi obligatis sine violentia.*
25 *Præscriptio statutarij iuris statutarij debet limitari secundum ius commune.*
26 *Obligatio de non reuocando primum testamentum an valeat cum distinctionibus.*
27 *Legatum restringitur ex causa sibi cohærente & quando.*
28 *Legatum rei alienæ valet & quando.*
29 *Inuentarium conseruat hæredem sine damno.*

CONSILIVM XXVIII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Circa primum quæsitum facit dubium, quòd si dictus Ioannes posit reuocare dicta legata facta dictæ capellæ remanebit decepta domina Agnes defuncta in contemplatione dictorum legatorum fiendorum per Ioannem eius maritum prædictę capellę, etiam ipsa plura legata fecit eidem quæ per eius mortem sunt confirmata, & reuocari non possunt, vnde etiam per Ioannem facta, † videntur facta irreuocabiliter ne illius dominæ frustretur intentio, vt C. de pact. l. si quis in conscribendo, versi. sancimus. ff. de arbitr. l. 3. §. 1. de instito. l. sed & si pupillus. §. si ambo, de exercito. l. 1. §. magistro. & C. de his qui veniam æta. impet. l. 1. in fin. & quod not. glo. C. de peti. hær. l. si putas. in fin. 1. glo. His tamen non obstantibus dico, q; reuocare potest per generalem regulam, q; ambulatoria † est vltima voluntas vsque ad vltimum vitæ spiritum. l. si mihi & tibi. §. in legatis. de leg. 1. cum concor. etiam † si sit ad pium vsum. C. de sacr. san. eccl. l. 1. Nec potuit expressè vel tacitè nec aliquo quęsito colore se astringere a ad non reuocandum, nec sibi talem † potestatem adimere. ff. de leg. 3. l. si quis. in princ. testamenti, cum concord. l. stipulatio hoc modo. ff. de verbo. oblig. C. de transact. l. cum donationis. in fin. Nec obst. allegata in contrarium, quia potius se ipsam decepisset dicta domina Agnes si hæc credidisset, q; non reuocaret, cum scire debuit reuocabilia esse legata de sui natura, vnde
5 hunc casum euenire † posse conspicere debuit. ff. loc. l. si quis domum. §. 1. si ergo non prospexit seipsam circumuenit. ff. de lib. caus. l. imo, post principium, de rei vendi. l. nam si actor. Prętera non supereſt aliqua bona ratio propter quam sit præsumendum ipsam fecisse sua legata contemplatione legatorum fiendorum per Ioannem aliàs † non factura, nisi probetur, cum in dubio non præsumatur, nisi quando exprimitur aliqua causa cohærens legato. b l. cum tale. §. falsam. ff. de condit. & demon. & q; not. Bart. in l. demonstratio. §. q; autem iuris, eo. tit. Potius † enim in dubio præsumitur habuisse respectum ad piam causam, propter quam relinquebat, & ex
7 qua fuit mota quam ad legata fienda per alterum de quib⁹ nullum commodum apud Deum erat susceptura sed de suis tantum. argu. eorum quæ not. Bart. in l. pater filius. §. Tusculanus. in fi. ff. de leg. 2. & istam causam non obst. ergo &c. Circa secundum quęsitũ notandum est q; aut quærimus vtrum propter consensum d. Ioannis prędictũ d. Agneti in testmõ & relinquendo dicta legata, aut per aditionem hĩditatis d. Agnetis fienda per Ioan. factum fuerit, vel posit ali quod præiudicium d. fratribus & nepotibus d. Ioan. inter quos dicta bona legata per Agnetem erant cõicanda cum d. Ioãne, qui dicta bona acquisiuit per actionem insolutum sibi factam & postea cõicauit cum fratribus & nepotibus prædictis apponẽdo ea ad librum commnnem, & qui erant inter se socij omnium bonorũ, † eo quia negociabantur & omnia lucra & damna communicabant, scdm ea quæ no. in l. Titium & Mæuium. §. altero. ff. de admin. tut. & C. cõia vtriusq; iudi. l. si patruus, & tunc est clarum q; non fit illis præiudicium. l. nemo ex socijs. in prin. ff. pro soc. & C. si in commu. eadem q; causa in integ. restitu. peta. l. 1. ff. fam. erc. l. cohæredibus, in princ. C. de reb. credi. & iureiur. l. neque filius, ergo nec † cogentur fratres & nepotes prædicti portiones eorum tradere prædictæ capellæ etiam si Ioannes vellet eis soluere precium. l. non dubium. §. fi. ff. de lega. 3. Aut quærimus vtrum sit factum, vel posit fieri præiudicium ipsi
10 Ioanni postea adeunti cum beneficio inuentarij, & tunc aut † quærimus quantum ad portionem dictorum fratrum & nepotum, videlicet, aut tenentur eas redimere si possunt, & similiter dicendum est quòd non, quia nõ apparet, q; dicta domina Agnes sciuerit dicta bona esse aliena. Imo credebat esse sua & non reliquit psonę coniunctæ, ergo &c. C. de leg. l. cum alienã. maximè cũ ipsa posideret tanq;

paterna,

paterna, vt ibi not. Bald. Authen. quamuis. Quantum ad portionem suam quam habet in dictis bonis, an teneatur eam tradere dictæ capellæ, & tunc videtur quòd sic tam ratione consensus præsti-
11 ti † dictæ Agneti in legando, per ea quæ not. Bart. in l. cum quis decedens. in fin. principij. ff. de legat. 3. quam etiam si non consensisset
12 expresse, ex quo † erat res hæredis etiam si testatrix ignorabat. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de legat. 2. Sed circa primum aduertendum est, quòd Bart. in d. l. cum quis decedens, loquitur eo casu quo
13 testator legans rem alienam consentiente † domino instituit hæredem alium, quàm dominum, quo casu dicit valere legatum, quia legauit rem alienam scienter, & sic hæres tenetur legatario non au-
14 tem dominus rei, tamen dicit hæredem † habere actionẽ mandati contra dñm rei, quia consentiendo censetur mandasse, & ipse testa-
15 tor præsumitur nõ fuisse aliàs relicturus, ideo hæres † liberatur cedendo legatario hanc actionem mãdati, nec aliter tenetur redimere, sed cùm in casu nostro fuerit institutus ipse Ioannes, qui erat dominus rerum legatarum pro certa parte, & ipsa testatrix ignorabat res prædictas esse hæredũ, imò credebat esse suas ex successione pa-
16 terna, & habebat iustam causam credendi, quia † fuerant semel patris, nõ potest dici q̃ inter ipsam testatricem & ipsum Ioannem fuerit celebratus aliquis contractus mandati, quia posito q̃ Ioannes sciret esse suam, & haberet intentionẽ mandati, ipsa tamen testatrix non erat huius credulitatis, nec intentionis, nec contẽplatione dicti mandati, vel consensus præstiti à Ioanne motam fuisse p̃sumitur b
c ad legandum, sed quia credebat esse sua propria bona. c Cùm igitur
17 dissensus † in substantia contractus fuisset. l. si ego. ff. si cer. pe. & hic non fuit celebratus talis contractus, & sic non potuit oriri dicta actio mandati contra dictum Ioannem, & posito q̃ fuisset orta & ac-
18 quisita testatrici, si Ioannes adijt hæreditatem † eius, confunditur. l. ab eo. C. de neg. gest. cum similib. quia debitor successit creditori. l. c
Stichum. §. aditio. ff. de solutio. & tunc non potest cedi legatario,
19 igitur nisi capella possideat (quo † casu contra consentientem possit se tueri excipiendo) non potest per viam agendi consequi à dicto Ioanne propter dictum solum consensum, vt not. Bald. in d. l. cum alienam. C. de leg. circa medium. Quanquam verò ad secundum an sibi p̃iudicet propter solam aditionem etiam si expressè non consensisset, per l. vnum ex familia. §. si cum rem. ff. de legat. 2. Respon-
20 deo sic, † dummodo tantum sit in hæreditate (deductis legatis) quod ęquiualeat portioni, quam dictus Ioannes habet in dictis bo- d
21 nis, aliàs tamen † si conficiet inuentarium, cum nullum damnum
d debeat sentire *d* propter quod inuitus cogatur rem tradere, & ex quo remanet sibi valor, vt l. fin. §. & si præfatam. Cod. de iure deliberan. iuncto §. si rem, sed (vt mihi asseritur) non remanet tantum, quia de hæreditate dictæ Agnetis, quæ fuit hæres patris sui debet deduci dos dominæ Angelæ matris dictæ dominæ Agnetis, ad quam bona patris dictæ Agnetis, & ipsa Agnes relicta prius tenebatur, quòd licet hæreditas dicti domini Angeli fuerit relicta dictæ
22 Agneti tamen † ipsa Agnes non reperitur eam adiuisse, & sic eam non transmisisset ad hæredem extraneum. l. prima. §. in nouissimo. C. de caduc. tollen. sed solum ad descendentes. l. prima. ff. de his qui ante aper. tab. & sic pertinet hæreditas dictæ dominæ Angelæ ad alios sibi propinquiores, iuxta not. in l. qui se patris. Cod. vnde liber. qui poterunt petere dictam dotem, qua deducta de dicta hæreditate non remanet tantum, quòd æquiualeat dictæ portioni, ex qui-
23 bus patet dictum † Ioannem cum beneficio inuentarij non teneri dictę capellæ ad legata prædicta. Et sic responsum est ad omnia contenta in secundo quæsito. Multo enim minus si repudiaret. nunc enim licet cesset illa ratio de confusione actionis mandati, subsunt tamen aliæ quæ sufficiunt. l. si non lex. in princip. ff. de hæred. instit. Vlterius quæritur, quia dictum est quòd dicta Domina Angela post mortem Michaelis mariti sui stetit in bonis eius vsufructuaria per triginta annos, vel circa, quia maritus eam reliquit Dominam & vsufructuariam & massariam, nec vnquam repetijt dotes suas, vtrũ habens ius possit repetere, vel an repellatur exceptione præscri-
24 ptionis? Respondeo, petere potest, quia † contra eam nunquam cnrrit præscriptio, ex quo stetit in bonis sibi obligatis sine violentia. l. cum notissimi. §. fin. C. de præscrip. 30. annor. vbi casus, & hoc siue loquamur de præscriptione iuris communis, siue statutarij,
25 quia † illa debet intelligi & limitari secundum ius commune. C. de noxal. l. si serui vestri, & quod not. gl. C. de iure deliberan. l. fin. §. in computatione, in fin. magnæ gl. extra de consuetudine. c. cum dilectus. ff. de munerib. & honorib. l. vt gradatim. §. & si lege. Laus Deo Saluatori nostro. Ego Paulus de Castro.

ADDITIONES.

a Nec potuit expressè, vel tacitè se astringere. Adde an quis possit se
26 astringere ad non testandum † vel non reuocandum legatum, vel testamentum. Dyn. in c. quod semel. de regu. iur. in 6. arguit pro & cõtra, vbi poteris recurrere. Iac. de Are. in l. si quis. in principio testamenti. ff. de lega. 3. num. 1. & 2. dicit q̃ si in principio testamenti sunt apposita verba protestatoria, puta secundum testamentum esse simulatum, & tunc secundum testamentum non valet, sed statur primo. Ricchar. Malumb. per eundem Iacob. relatus dicit, q̃ aut sunt apposita verba derogatoria, & tunc secundum testamentum non valet, nisi fiat expressa mentio de verbis derogatorijs primi. Bart. in d. l. num. 4. & Alber. de Rosat. idem num. 2. 7. & 8. distinguunt q̃ verba aut sunt derogatoria solennitatis, aut voluntatis, aut actus testandi Primo casu non valet testamentum, quia non potest mutare solennitatem iuris publici. l. diuus. §. licet. ff. de iure codic. secundo casu valet si expressè de primo faciat mentionem, vt l. si mihi & tibi. §. fin. ff. de legat. 1. Tertio casu non valet, quia non potest facere se intestabilem. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. Cy. in l. sancimus. C. de testamen. num. 1. Bar. in d. l. stipulatio. nu. 4. vbi refert ita tenuisse And. de Pisi. Feder. de Sen. cons. 47. nu. 1. Ang. con. 314. nu. 2. Pet. de Anch. cons. 403. Viso diligenter. vbi dicit esse communem opinionem, etiam si interuenerit iuramentum. nu. 2. Paul. in l. humanum. C. de leg. nume. 4. & in Auth. hoc inter liberos. C. de testa. num. 5. & est communis opinio. teste Boerio in addit. ad Dyn. in d. c. quod semel, vbi plures auctoritates adducit, ad quem poteris recurrere si cupis auctoritates videre.

Cohæreat legato. Adde † q̃ causa quę cohęret legato illud restrin-
27 git si per se sumpta fauorem non respicit legatarij, secundum tex. in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. ad Treb. Bart. in l. libertis. la 1. ff. de ali. & cib. leg. nu. 1. & 4. Rom. cons. suo 503. Omnipotentis Dei. num. 7. Bald. in l. 1. versi. not. quod dixi. C. de colluf. deteg. nu. 2. Fran. de Alberg. cons. 52. inter cons. diuer. ad vlt. volun. vol. 1 num. 6. & 7.

Bona sua propria. Adde q̃ legatum † rei alienæ valet, & hæres tene-
28 tur redimere à domino, vel dare æstimationem legatario secundum Lucchin. de Curt. inter cons. ad vlt. volun. cons. 111. volum. 1. nu. 2. & in proprijs terminis legati facti ad pias causas. Ludo. Rom. consilio suo 235. quo ad primum. num. 5. tenuit contra supradictam consultationem Paul. quòd legatum valeat. Tiraquel. in tracta. piæ causæ in præfatione versic. primum igitur, confert ad rem dictum doctiss. Ceph. cons. suo 36. vol. 1. num. 12. vbi alia adducit, quæ causa breuitatis prætermitto.

Damnum debeat sentire. Adde † q̃ inuentarium conseruat hære-
d 29 dem sine damno secundum communem opinionem doct. in l. fin. §. & si præfatam. C. de iure deliber.

ARGVMENTVM.

Quid probandum sit ad hoc, vt quis de spoliatione eius nomine facta per alterum teneatur, & nunquid per ista verba vadas & arripias possessionem talis rei probetur mandatum de spoliando, & similiter an per ista verba vadas & nõ reuertaris domum quin sentiam nouum de tali, probetur mandatum de tali homicidio commisso faciendo.

SVMMARIA.

1 *Possessio non probat spoliationem.*
2 *Quæ requirantur ad hoc, vt quis teneatur de spoliatione facta per alterum.*
3 *Ratificatio possessionis de spolio cum qualitate spolij & nomine ipsius.*
4 *Spoliatione probata non intelliguntur probatæ qualitates prædictæ.*
5 *Possibile est possidentem ignorare spolium.*
6 *Intentio agentis non est probata cum potest in dubium reuocari aliter factum posse esse.*
7 *Non probat hoc esse quod contingit abesse.*
8 *Mandatum quod spoliaret & possessio facit spolium.*
9 *Mandatum datum intelligitur datum modo licito, nec venit illicitum in generali mandato.*
10 *Nimia generalitas mandati & acceptatio actus inducunt ratificationem actus illiciti.*
11 *Qui effuso sermone loquitur sibi imputet cum potuit sibi prospicere.*
12 *Præceptum factum famulo vt non redeat domum nisi dominus audiat aliquid de negocio inducit mandatum.* 13.
14 *Verba in mandato sunt intelligenda vt mandatarius intellexit, non vt mandans.*
15 *Intellectus. c. cum ad sedem. de restit. spol.*
16 *Animus demonstratur ex sequentibus qualiter fuerit in præcedentibus.*
17 *Notitia actus illiciti si non desistit ab eo ratificat cum qualitate illiciti.*
18 *Ratificatio retrotrahitur ad tempus mandati.*
19 *Intellectus. c. sæpe. de restitu. spol.*
20 *Intellectus ad l. fin. C. de acquiren. possess.*
21 *Clausula petens iustitiam ministrari quid importet.*
22 *Iudex debet esse fauorabilis vbi perpendit veritatem.*

23 *Procurator constitutus ad nanciscendam possessionem si committit spolium non obligat dominum.*

24 *Mandatum præsumitur ex antecedentibus verbis & factis sequentibus inter dominum & famulum.*

25 *Mandatum de spoliando præsumitur ex consequutione commodi possessionis.*

CONSILIVM XXIX.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Videtur per prædicta, quòd non sit probatum d. Ioannem habuisse ratam dictam spoliationem taliter quòd agenti sufficiat ad obtinendum sententiam contra eum super spoliatione. Primo per casum in c. cum sedem. de restitu. spol. vbi videtur expressum. nam ibi erat probatum, quòd nuncius ipse spoliauerat hospitalarios, & episcopus possidebat ecclesiam de qua facta fuit spoliatio, & tamen ibi fer-
1 tur sententia contra actores, & additur causa, quia † per hoc non apparet, quòd episcopus mandauerit, aut quòd ratam habuerit spo-
2 liationem. Secundò per rationem, quia † duo requiruntur ad hoc vt quis teneatur de spoliatione facta per alterum, ac si esset facta per se eo casu, quo non præcesit mandatum quòd eius nomine facta
3 fuerit, † quòd ipse eam ratam habuerit, & quòd habeat ratam cum dicta qualitate quòd facta fuerit nomine ipsius ratam habentis & altero deficiente non tenet. ff. de vi & vi armat. l. prima. §. quo-
4 ties, & ibi notatur in gloss. duo videntur, &c. sed hic posito † quòd sit probata spoliatio facta per Petrum (vt proponitur) non tamen apparet quòd ea fuerit nomine Ioannis, & quòd Ioannes ratam habuerit quòd facta fuerit suo nomine posito, quòd reperiatur ho-
5 die possidere, quia † possibile est, quòd Petrus non retulit se spoliasse, sed à sponte relaxante recepisse, prout in respondendo positionibus (de quibus supra) dicit se illi mandatum dedisse, quòd si verum esset quod sic retulisset dicto Ioanni, cessarent omnia, vel
6 saltim duo ex supra requisitis, ergo &c. quia † cum sit possibile, quòd sic retulerit non est probata intentio Francisci agentis, cui
7 incumbebat probatio de prædictis, quia † non probat hoc esse, &c. Cod. de probationib. l. ad probationem. l. non hoc. Cod. vnde cogn. Et si dicat, ex quo Petrus habuit mandatum à Ioannne (vt ipse fatetur) censetur nomine Ioannis spoliasse. ff. de acquiren. hæred. l. qui in aliena. §. si is qui. & ibi not. per Barto. & de manumissio.
8 l. 4. §. si ab ignoto, & quòd ibi per eundem. Respondetur † quòd istud procederet, si Ioannes dedisset mandatum, quòd spoliaret, sed hoc hic non apparet, sed solum, quod acciperet possessionem,
a *a* & ita ipse respondendo positionibus dicit se fecisse, sed hoc † vi-
9 detur intelligendum modo licito & non illicito, qui non venit in generali mandato, iuxta ea quæ non habentur in l. tert. §. si procurator. ff. quod quisque iur. & l. si procurator. ff. de condictio. indebit. cum similibus. facit l. quanquam. ff. de ritu nupt. & quod not. l. si quis sub conditione. de condit. instituit. per Barto. His tamen non obstantibus videtur dicendum contrarium quòd tantum sit probatum quòd sufficiat actori ad sententiam obtinendam super re-
10 stitutione contra dictum Ioannem, postquam (vt proponitur) probata est spoliatio facta per Petrum procuratorē Ioannis. Et primo, † quia licet non habuerit speciale mandatum ad spoliandum, sed ad accipiendum possessionem (vt asseritur in responsione sua) tamen propter nimiam generalitatem dicti verbi si sequuta fuerit acceptatio (iniustè spoliando) videtur quod teneatur dictus Ioannes, ac si de hoc mandatum dedisset speciale, cum dictus procurator verisimilitar credere hoc potuerit, vnde imputet sibi Ioānes, qui tam
11 † effuso sermone est vsus in dando tale mandatum, cum sermo trahi potuerit ad vtrumque sensum, argumen. C. de dotis promisio. l. fin. in fin. & de acquir. hæred. l. si quis mihi bona. §. iussum. versic. sed quid. & quod ibi ad propositum bene not. Bart. de illo qui rece-
12 pta iniuria à quodam, † dixit famulo *b* non redeas domum nisi ego
b sentiam aliquid de isto negocio, & ille famulus iuit, & illum inter-
13 fecit, nam dominus fuit decapitatus & punitus ac si illi specialiter hoc mandasset, quia † saltim præstitit causam, quòd hoc faceret sic generaliter sibi loquendo, vnde in præiudicium eius sic effuso ser-
14 mone loquendo, sic sunt † verba intelligenda sicut ille mãdatarius intellexit non prout intellexit mandans, argumen. 32. quæstio. 4. c. quicunque. Et posito quòd hoc illicitum in tali mandato non caderet, perinde tamen tenetur ac si caderet. argum. ff. ad leg. Aquiliam. l. qui occidit. §. in hac. ibi nam & qui occasionem præstat, &c. facit
c Authen. qua in prouincia, versiculo eō autem absente, &c. secun-
c dum positionem casus doctorum. *c* Nec obstat ratio suprafacta in contrarium. quia loquitur & habet locum quãdo in generali mandato procurationis non esset facta mentio, quòd accipiat possessionem talis ecclesiæ, tunc enim nō subest aliqua iusta causa quare cre-
dat procurator in generali mandato includi, q̃ delinquat, & illo e-
15 tiam casu loquitur. c. cum ad sedem. de resti. spol. quia † non dicitur ibi, q̃ ille mandatarius haberet mandatum ad accipiendum possessionem talis ecclesiæ, sed erat generalis nuncius factor seu procurator in factis domini episcopi, alias posset dicere non habere locum quod supra dixi, per rationem supra tactam, vt dominus teneatur, vel tanquam tradiderit mãdatum de omni eo, quod secutum fuit, vel tanquã præstans occasionem ei quod fuit secutum. arg. l. si quis
16 ad se fundum. C. ad l. Iuliam de vi. Præterea † ex sequentibus apparet qualis fuerit animus in præcedentibus. ff. rerũ amota. l. qui concubinam. §. res amotas. ff. ad Macedonia. l. sed Iulianus. §. proinde, de pri. credi. l. si ventri. in fin. C. de natur. liber. l. cum quis. circa fin. & no. 18. dist. peruenit & ex verbis sequentibus apparet, qualiter intellexit præcedentia. de legat. 3 l. vxori. §. fin. & de liber. lega. l. Aurelius. §. Sticho. & quod ibi per Bart. post alios, sed hic fuit probatum in proposito quòd ille Petrus spoliauit, & hoc est notorium Ioanni, si testes sunt publicati & nihilominus Ioannes retinet possessionem sic nequiter acquisitam. Igitur ex hoc præsumitur, quòd in generalibus verbis mandati senserit, quòd acciperet etiam spoliando, quia
17 † nisi hoc sensisset postquam hodie scit verisimile est, quòd possessionem relaxaret & non facit, vel saltim videtur ratificare quòd gestum fuit, argu. eorum quæ habentur in l. 1. C. de furt. Et si dicatur non sufficit hodie post litem conte. ratificare, ex quo à principio litis non fecerat, vt l. non quemadmodum. ff. de iudic. Respondetur,
18 quòd imo sufficit, tum quia † retrotrahitur ratificatio. C. ad Macedonia. l. fin. tum quia superuenit ius actori ex causa de præterito, & habente ortum ante litem contest. ergo sufficit ad sententiam consequendam. l. si rem. §. fin. ff. de pign. actio. Præterea verba libelli de quo supra sunt ita lata, quòd non solum comprehendunt interdictum vnde vi, in quo prædicta sunt necessaria, sed etiam condictionem ex canone sæpe, de resti. spol. in qua sufficit, quòd successerit in vitium & patet in verbis libelli dum dicit scienter in vitium succedens, &c. sed quòd scienter in vitium successerit, & succedat saltim
19 hodie propter factam probationē † dicti spolij facti per Petrum satis apparet ex actis. Et istud quòd saltim hodie succedat scienter sufficeret ad agendum de noua condictione ex illo canone, posito quòd à principio cum succesit non sit probatum, quòd scienter successerit, & hoc per ea quæ not. Barto. in l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iniurijs. Igitur ex nunc debet sufficere ad obtinendum sententiam in hoc iudicio, cum ex causa de præterito trahat argumentum, vt supra dixi. Item possunt comprehendere conditionē ex ca-
none reintegranda. 3. quæst. 1. quæ locum habent contra quemcunque possessorem, quando agens, qualitercunque cecidit à possessione rei ecclesiasticæ secundum Ioannem Cald. in d. c. cum ad sedem,
20 & hoc patet ex libello ibi iniustè peruenit, &c. Item possunt † comprehendere condictionem ex l. fin. C. de acquiren. possess. quæ datur contra illum, cui procurator meus possessionem meam indebitè tradidit, & sic cum petierit sibi iustitiam ministrari super deductis
21 in libello † qualitercunq; & quocunq; de prædictis appareat actorem fouere iustitiam, satis est ad sententiã obtinendam, facit q̃ not. gl. in c. 2. de rescri. & iudex debet esse in hoc fauorabilis actori, quia
22 † prætendit veritatem esse in ipso, & iniquitatem contra reum. Nec obstat c. cum ad sedem, quia ibi agens se restringit ad interdictum vnde vi, vt ibi patet, ideo succubuit non probando necessaria. Laus Deo, ego Paul. de Castr. &c.

ADDITIONES.

a Quod acciperet possessionem. Adde q̃ † procurator constitutus
23 ad nanciscendam possessionem committens spolium, non obligat dominum, secundum Bellamera decis. 510. & 550. Anton. Matthe. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. poss. in 6. ampliatione. & nouissimè doctis. Iacob. Menoch. in suis commenta. de recup. possess. 1. remedio. num. 55.

b Dixit famulo. Adde quòd ille dominus † qui dixit famulo, vade &
24 non redeas domum nisi sentiam aliquid de illo negocio, si famulus occidit, vel vulnerauit aliquem, præsumitur fecisse mandato domini secundum tex. in c. ex literis. extra de excess. prælat. & ibi Abb. nume. 3. Ang. & Imol. in l. si quis mihi bona. §. si quis mandauerit. ff. de acquiren. hæred. Augu. de Arimino in addit. ad Angel. in verbo Sempronium. 21. quæst. num. 42. & est communis opinio teste dicto August. præcit. loco.

c Doctorum. Adde vltra dicta per auctorem, quòd is † qui possidet,
25 cum commodum scienter sibi defert, præsumitur mandatum de spoliando præcessisse, secundum Innoc. in c. cum ad sedem. extra de restitut. spol. post numer. 6. Panormit. ibid. num. 29. Felin. in c. cum Petrus. de homic. num. 14. Bal. in l. ad inuidiam. in fin. C. quod met. cau. Bar. in l. 1. §. familiæ. ff. de vi & vi arma. nu. 1. Barba. consi. 13. col. antepen.

antepen. nume. 26. lib. 3. Ruin. consi. 21. num. 1. lib. 4. Natt. consi. 499. num. 13. lib. 3. & est communis opinio teste doctiss. Iacob. Menoch. in suis commenta. de recuperan. possess. in 1. remedio. num. 56. & tradunt scribentes omnes in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de no. oper. nuncia. quæ quidem sententia ampliatur quo ad dominos, qui nec tacitè nec expresè consentire videntur, vt cum tutor nomine pupilli spoliat, vel prælatus nomine ecclesiæ, vt latius idem Menoch. præcitato loco docet num. 60. quæ quidem ampliatio solum procedit quo ad possessionis restitutionem, nõ quo ad cæteras pœnas, vt idem auctor nume. 62. & dicto nu. 60. complures citat vbi fusius est videndum, cum causa breuitatis omnia referre non expediat.

ARGVMENTVM.

Præscriptio triginta annorum currit etiam contra ignorantem licet sit introducta propter negligentiam non petentium.

SVMMARIA.

1 *Tutores possunt adire hæreditatem pupilli.*
2 *Statutum quod tutores præstent auctoritatem pupillo adeunti hæreditatem quid importet.*
3 *Præstatio auctoritatis tutoris pupillo est de administratione.*
4 *Tutores ex forma statuti sicut possunt administrare, ita & actum facere ex quo inducitur immixtio.*
5 *Sola existentia sui hæredis confirmat dationem tutelæ.*
6 *Actus tutoris confirmati inducit immixtionem & pro hærede gestionẽ.*
7 *Tutor confirmatus potest adire hæreditatem paternam sicut alteram aliunde prouenientem,*
8 *Per agens liberum, & patiens dispositum statim actus geritur.*
9 *Potentia & voluntas actum confirmant.*
10 *Præscriptio quæ habet tempus vtile non currit nisi à die notitiæ.*
11 *Præscriptio iuris communis, vel statutaria generaliter habet tempus continuum.*
12 *Præscriptio actionis personalis succedit loco præscriptionis triginta annorum & quare, num. 13.*
14 *Præscriptio triginta annorum currit ignoranti.*
15 *Ignorantia ex se ipsa non est causa impediendi cursum præscriptionis, sed propter impedimentum agendi & quomodo intelligatur, num. 18. & 19.*
16 *Præscriptio triginta annorum fuit introducta propter negligentiam non petentium.*
17 *Ignorans non potest dici negligens.*
20 *Fauor præscribentis est quando præscribens habet titulum & bonam fidem.*
21 *Præscriptio triginta annorum currit ignorantibus & qualitercunque impeditis.*
22 *Præscriptio currit impeditis qui possunt impedimentum remouere & non remouent.*

CONSILIVM XXX.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Visis & ponderatis omnibus suprascriptis satis plenè & subtiliter aggredior rem de qua agitur procedendo breuiter & sine superfluitate verborum, prout conuenit, inter tam peritos & solennes aduocatos, tenendo breuiter, quòd dicto agenti debeat obstare exceptio præscriptionis oppositа per Lazarum, dummodo petitum fuerit ex causa comprehensa in statuto mercantiæ in cuius curia agitur, & hoc per rationes primo loco fa-
1 ctas, quia † tutores dictę Agnetis videntur adiuisse vel se immiscuisse hæreditati paternæ, per ea quæ præponuntur egisse & fecisse, ex quo tunc pupillus erat infans, & sic tutores possunt per seipsos hoc facere. C. de iure deliberan. l. si infanti. iuncto eo quod not. Barto. in l. potuit. eodem titu. vbi determinat, nec habet obstare id quod allegatur in contrarium ex forma statuti Lucani, tutores relicti in vltima voluntate sunt tutores & possunt se immiscere administrationi etiam non adita hæreditate dummodo impleuerint solennia & decreta fuerit eis administratio, quod hic factum fuit.
2 Nam † dico, quòd illa allegatio de decreto facit pro ista parte, quam teneo, non autem contra. Quinimò est necessaria, nam si dictum statutum non esset, & sic non potuissent dicti tutores administrare sic non potuissent pupillo adeunti, vel se immiscenti præstare
3 auctoritatem, quia † talis præstatio de administratione dicitur, sed dandus fuisset alius tutor à iudice ad hunc solum actum. l. cum in vna. §. si tutor. ff. de appellationib. & nota. in l. si nemo. ff. de testamen. tutel. ita non potuisset aliquem actum facere per quem induceretur aditio, vel immixtio seu gestio pro hærede, & multo minus cum non essent tutores ante aditam hæreditatem, ergo nullum a-
4 ctum tanquam tutores gerere potuissent, sed †, quia erant tutores ex forma dicti statuti, & poterant administrare sicut potuissent in maiori infante videntur adire, vel se immiscere & auctoritatem præstare, ita potuerunt actum facere ex quo induceretur immixtio
5 seu gestio pro hærede ipso existente infante. Præterea videmus † in simili quòd propter solam existentiam sui hæredis confirmatur datio tutelæ sine expressa immixtione, vt possit tutor administrare secundum Dyn. in dicta l. si nemo. & tamen nullus dubitat, quòd
6 † ex actu talis tutoris confirmati per solam existentiam induceretur immixtio & pro hærede gestio si pupillus esset infans, & esset talis actus qui gestus à maiore infante cum auctoritate non potuisset citra ius & nomen geri hæredis, tantum ergo debet operari dispositio statuti prædicti, quantum de iure communi operaretur sola
7 existentia, vt tutor † altero de prædictis modis confirmatus sicut potest alia gerere, & bona pupilli aliunde peruenientia administrare, & hæreditatem alterius quam partis obuenientem pupillo adire tacitè, vel expresè, ita etiam posset hæreditatem paternam, & si ita est non est dare rationem quare faciendo talem actum non vi-
8 deantur pro hærede gessisse. † Nam quando agens est liberum & patiens est dispositum volendo actum gerere statim geritur, vt l. Paulus. ff. de acquiren. hæredit. l. iam dubitari. ff. de hæred. instit. & not. Barto. in l. serui electione. ff. de legat. primo. & quando †
9 in persona gerentis concurrit potentia & voluntas, actus qui geritur confirmatur, sed ita est hic. Nam in tutore testamentario adest potentia adeundi & se immiscendi pro infante in hæreditate paterna ex forma statuti prædicti, non minus quam in hæreditate cuiusdam extranei debita pupillo prædicto, & scienter actum quod citra ius & nomen hæredis geri non poterat censetur etiam fuisse voluntas. l. pro hærede. ff. de acquir. hære. Igitur &c. In isto casu non habet obstare quod dictus agens, vel pater eius non habuerint notitiam huius debiti, & sic dicunt quòd contra eos non incipit currere præscri-
10 ptio nisi à die notitiæ. Nam † hoc procedit in illis præscriptionibus in quibus iura statuunt expresè tempus fore vtile. ff. de calum. l. annus, & de ædil. edict. l. cum sex, secus quando tempus præscriptionis est continuum iuxta not. ff. de adulte. l. quinquennium. & C. de
11 dolo. l. fin. sed generaliter † omnis præscriptio iuris communis, vel statutaria dicitur habere tempus continuum, nisi lege, vel statuto talem præscriptionem iuducente caueatur expresè contrarium, vt not. gloss. ordinaria. ff. de diuers. præscript. super rubr. quòd isto
12 statuto minimè cauetur. Præterea hæc præscriptio † cum sit super actionibus personalibus succedit loco præscriptionis 30. annorum
13 introductæ à iure communi in talibus actionibus. Quoniam † respectu materiæ, vel actionis super qua inducitur, illi magis conuenit, ergo &c. arg. eius quod habetur in simili de contractibus innominatis. ff. commod. l. eum qui. §. 1. ff. depos. l. 1. §. si quis seruum. de præscript. verb. l. si gratuitam. & l. naturaliter. § pen. & sic idem ius debet esse in hac præscriptio. quod est de illa cuius loco succedit. C. de non nume. pecu. l. in contract. in fin. principij ibi licet biennium
14 pro quinquennio & c. sed † præscriptio 30. annorum currit sine dubio de iure communi ignoranti, quod patet quia currit qualitercunque impedito siue propter absentiam voluntariam siue propter malitiam, vel sexum. l. sicut. C. de præscript. 30. annor. ergo & igno-
15 ranti. Quoniam † ignorantia non est causa impediendi cursum præscriptionis propter se ipsam, sed propter impedimentum agen-
a di *a* quod etiam resultat, sed tale impedimentum agendi cursum talis præscriptionis non impedit, vt d. l. sicut ergo, &c. per quæ etiam
16 tollitur in ea ratio in contrarium facta, dum dicitur, ꝙ † præscriptio 30. annor. fuit introducta in negligentiam non petentium dunta-xat propter quod dicitur merè odiosa. l. edicto. circa fin. cum ibi no.
17 C. de edic. diui Adr. tol. & sic videtur ꝙ non currat *ignoranti*, † qui non potest dici negligens, iuxta not. per Bal. in l. 1. C. qui admitti, in 24. oppos. i. nam si hoc esset verum, sequeretur ꝙ nec aliter impediatur currere & sic tempus talis præscriptionis esset vtile à principio & ex post facto, ꝙ est expresè falsum & cõtra text. in d. l. sicut. §. nam secus, quod ergo cõmuniter consueuit dici prædictam præscriptio-
18 nem esse merè odiosam, quia † fuit introducta solum ob negligentiam non petentiũ, debet intelligi sanè, ne incidamus in hoc inconueniens, vt capiatur verbum negligentia prout sonat in vitium seu culpam, quod est, quando sciuit & potuit agere semper nullo impedimento subsistente, quia si ita intelligeretur paucis vnquam curreret præscriptio, cum in tanto tempore multa & indefinita impe-
19 dimenta currunt, quorum tempora dedu cerẽtur, debet † ergo intelligi negligentia prout sonat in simplicem & nudam cessationem etiam quòd vitium & culpam non haberet annexam, prout in simili habetur. ff. de ædil. edict. l. 1. §. causa, & est sensus illius vulgaris dicti, ꝙ dicta præscriptio non currit aliquo modo propter fauorem
20 præscribentium, quia † istud non est nisi quando præscribens habet titulum & bonam fidem, quorum nullum in tali præscriptione

requiri-

requiritur, sequitur ergo, quòd cum non currat propter aliquod impedimentum, quod sit in persona præscribentium, non potest dici quod currat nisi propter cessationem quæ hic sumitur pro negligentia non petentis, & illud verbum potius fuit ex magistrali limitatione inuentarium, quam sit ab aliqua lege prolatum, sicut
21 † ergo dicta præscriptio triginta annorum currit ignorantibus & qualitercunque impeditis, vt est l. sicut. §. non secus, ita & ista statutaria, quæ loco eius subrogatur, argu. l. eum qui. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. cum similibus. Ista sunt quæ me mouent ad dicendum ℭ dicta præscript. exceptio poterit opponi, & ℭ statutum curię mercantiæ & eius forma sit hic seruanda & seruandum. Laus Deo.
Ego Paulus de Castro, &c.

ADDITIONES.

a Impedimentum agendi. Adde ℭ regula quæ se habet, ℭ impedito agere non currit præscriptio. temperatur non procedere in eo qui potest impedimentum remouere, secundum Fel. in c. ex transmissa, extra de præscriptio. num. 11. Dec. in l. 1. in 1. lect. C. qui admit. nu. 7. Roman. consi. 9. quod pars condemnata, nu. 1. Crauet. consi. 147. numer. 6. Alexan. consi. 220. volum. 6. num. 12. Ponderatis his quæ Anchar. consi. 5. num. 5. Pro parte nobilis. Roland. à Valle consil. 79. volum. 1. Viso processu. nu. 17. & 18. confert ad rem dictum doctiss. Cephal. consi. suo 102. Dominus comitatus pro pecunia vol. 1. num. 5. & 18. & 19.

ARGVMENTVM.

Præceptum factum de soluendo ex quibus causis possit reuocari etiam super quo fundentur statuta, quòd instrumenta mittantur ad exequutioni, & an prius constare debeat illum contra quem procedi tur esse debitorem, & an intentari possit via exequutiua in debito non liquido.

SVMMARIA.

1 *Præceptum prætoris de soluendo non constito de debito non valet. & num. 22.*
2 *Statuta de instrumentis mittendis exequutioni fundantur super necessitate resultante ex inspectione instrumenti.*
3 *Negatio hæredis impedit exequutionem ex codicillo.*
4 *Exequutiua via non est procedendum ante liquidationem.*
5 *Subsequens confessio non sufficit ad validandum præceptum.*
6 *Iudici in principio debet constare de sua potestate aliàs quod agit est nullum.*
7 *Quod tendit ad excludendum non potest per aliquod verbum induci ad includendum.*
8 *Confessio qualificata non inducit intentionem aduersarij.*
9 *Præceptum reuocatur ex non liquidatione possessionum de quibus agitur.*
10 *Libellus debet esse certus à principio.*
11 *Exequutio instrumenti incerti potest peti sed ante exequutionem liquidatur.*
12 *Incertitudo quæ potest ad certitudinem reduci nõ vitiat obligationem.*
13 *Veritas eius quod multipliciter intelligi potest ignoratur.*
14 *Præceptum factum hæredi non constito de persona valet.*
15 *Exequutio legatorum excedentium dodrantem non potest fieri nisi facta detractione falcidiæ.*
16 *Exceptio confecti inuentarij potest opponi in exequutione.*
17 *Opponens exceptionem detrahendi quartam censetur opposuisse omne id per quod ad illud deuenitur.*
18 *Error in verbis & non in intentione non nocet, & num. 19.*
20 *Falcidia interdum sumitur pro Trebellianica & econtra.*
21 *Retentio datur pro impensis vtilibus.*
23 *Quarta falcidia quando detrahatur & quæ requirantur ad hoc vt possit detrahi.*
24 *Vniuersalis hæres tantum potest detrahere quartam falcidiam.*
25 *Prohibitio falcidiæ requirit expressa verba, & quando non ad hoc vt non detrahatur.*
26 *Falcidia impropriè sumitur pro Trebellianica & pro debito iuris naturæ.*

CONSILIVM XXXI.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Quod dictum præceptum veniat reuocandum probari potest ex pluribus. Primo, quia tempore quo factum fuit non constabat iudici prædictum magnificum Bartholomæum fore hæredem suæ sororis, & per consequens ipsum esse debitorem ad soluendum, vel tradendum dicta legata, nam ex inspectione codicilli non apparet, quia ibi non continetur aliqua institutio de ipso facta nec ex sua confessione, quia super hoc non fuit interrogatus nec etiam per testes fuit hoc liquidatum, & per consequens dictum præceptum fieri sibi non potuit, ex forma dicti statuti, quod vult, quòd fiat præceptum debitori, vt patet ex principio sui, & sic constare liquere℄ debebat prætori prædictum Bartholomæum fore debitorem. ff. ex quibus caus. in possessio. eat. l. hæc autem. §. primo. alias non valuit eius decretum seu iussus, quia non constabat sibi de sua potestate, iuxta plene nota. per Barto. in l. multum. ff. de conditio. & demonstrat. Cod. de iudici. l. properandum. §. & si quidem. ff. de damno infecto. l. si finita. §. Iulianus. talia namque statuta † de instrumentis mittendis exequutioni fundantur super quadam necessitate quæ resultat ex inspectione instrumenti saltim prima fronte prout dicunt Doctor. in simili. in l. edicto. C. de edict. diui Adria. tollen. & maximè Bartol. in l. creditores. Cod. de pigno. in vltim. colum. & Innocen. in cap. ex insinuatione. in fin. de appellatio. Et hic ista notorietas non resultabat ex inspectione codicilli, ideo debebat interrogari dictus magnificus Bartholomæus an esset hæres suæ sororis postquam agens intendebat procedere contra eum tanquam contra hæredem. ff. de interrog. actio. l. prima. in princip. & l. quia interrogatus. & si respondisset, quòd sic remansisset liquidum & notorium Iudici ipsum esse debitorem partim ex sua confessione partim ex productione codicilli, & sufficisset ad exequutionem fiendam, argumen. eius quod not. per doct. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si certum petat. super prima glos. sed † si negasset tunc ordinariè procedendum erat & dato libello, iuxta ea quæ not. in dict. l. fin. C. de edicto diui Adria. tollen. & per Bart. in d. l. creditores. in vlt. colum. C. de pignor. Ante † igitur factam liquidationem prædictam non erat procedendum via exequutiua quæ non fit nisi super liquido & notorio. C. de except. rei iudi. l. 1. de prohibita sequestra. pecu. l. vnica. de transactio. l. si causa cognita. in fin. Et † si dicatur, quod fuit liquidatum postea per confessionem magnifici Bartholomæi, quam fecit in schedula, quam dedit, vbi dixit se velle detrahere trebellianicam ab inteſtato tanquam hæres suæ sororis. Respondetur dupliciter, quod istud non sufficit ad validandum præceptum, quod à principio fuit nullum
a per id quod no. gl. ff. de iudi. l. licet. in fi. gl. & C. de iure fisci. l. 2. lib. 10. & in cap. prudentiam. in princip. de offic. deleg. debebat † enim iudici constare ab initio de sua potestate, alias quod agit non est in pendenti, sed funditus nullum, ideo non potest reconualescere licet esset ex post facto causa nullitatis. l. quod ab initio. ff. de reg iur. & in iuribus supra allega. secus in his quæ sunt in pendenti. l. si fundus. §. 1. ff. de pigno. Secundo modo potest responderi præsuppositio quòd liquidatio potuit fieri, ex post facto infra terminũ præfixum à statuto 20. dierum, quòd dictus magnificus Bartholomæus in illa particula codicilli, vbi dicit se velle detrahere Trebellianicam tanquam hæres sororis suæ non dixerit hoc animo confitendi se hæredem simpliciter cum † dicta schedula tendat ad excludendum petentes à sua intentione etiam ad remouendum, & impediendum dictam exequutionem, vnde non est dicendum, quòd per aliquod verbum quod ibi dixerit voluerit facere contrarium, scilicet intentionem illius fundare, si alia interpretatio dari potest. ff. de except. l. non vtiq;. extra eo. tit. c. cum venerabilis. & quod plene no. in c. non à iudice. de appel. lib. 6. in glo. quæ incipit, quid si compareat, sed hic potest dari alia interpretatio, quæ colligitur ex verbis conditionalibus ab eo prolatis, dum dixit vbi vero & inquantum non obstarent quę dicta sunt, &c. & postea subdit si & inquãtum arctaretur à iure restituere d. Adoardo &c. q̃d noluit se referre ad casum quo dictus Adoardus liquidaret infra dictum terminum prædictum Bartholomæum fore hæredem, quòd † tunc & eo casu volebat, vt hæres detraheret Trebellianicam, &c. Non autem ℭ voluerit fateri se hæredem, & istam interpretationem satis bene verba dictæ schedulæ patiuntur, si bene inspiciantur quæ debẽ sufficere sibi, iuxta no. in l. si quidem. C. de except. per glo. Secundo † videtur reuocandum præceptum prædictum, quia non fuit liquidatum quę sint illæ possessiones quæ fuerunt relictæ, cum in dicto codicillo non reperiantur confinia, sed solum contractum vbi sunt, propter ℭ solum non redduntur certæ, sed demonstranda erant confinia. ff. de act. empt. l. Titius hęres. ff. de contrahen. emptio. l. cum seruo. §. si saltem duo. l. forma. in prin. ff. de censib. sicuti enim † cum ordinariè agitur res debet in libello taliter demonstrari, ℭ reddatur certa cum certitudine secundum qualitatem & conditionem eius si hoc fieri potest à principio. l. si rem. ff. de rei vend. de furt. l. in actione, & si hoc non potest fieri à principio saltim ex post facto lite pendente, vt certa possit ferri sententia. l. 1. §. si quis argentum. ff. depos. & ibi no. in gl. & ita in hoc iudicio summario, & exequutiuo, vt certa possit fieri exequutio, vt patet ex his quæ not. per Bart. in l. 1. in fin ff. de leg. 2. & de eden. l. 1. in prin. vbi dicit, † ℭ si instrumentum continet summã incertam vt interesse potest peti eius exequutio, & ante dictam exequutionem

quutionem potest liquidari quantitas interesse, non autem vitiat obligationem illa incertitudo, quæ potest ad certitudinem reduci. ff. de verb. obliga. l. vbi autem. §. illud dubitationem, cum sequenti,
12 poterant liquidari hoc casu † faciẽdo articulum, quòd illa testatrix in tali loco, vel contrata habebat vnam possessionem, vel cum talib. finibus. Item quòd nisi domum illam. Item quòd domus & possessio quas d. magnifi. Barth. ad interrogationem dicti petentis cum talibus confinibus cõfessus est se habere & tenere, est illa eadem domus, vel possessio quas prædicta testatrix tenebat & possidebat in vita sua tempore mortis eius, quibus omnibus probatis apparuisset, quæ possessiones fuerunt relictæ, & super quibus venit fienda exequutio, iuxta not. per Bart. C. si vnus ex plurib. appel. l. 1. de errore aduocato. l. 2. ff. de conditio. & demonstrat. l. demonstratio ex l. si seruum. §. si inter duos. de legat. 2. alias non constat, an possessio, vel domus fuerit relicta, nam in illa domo, vel contrata plures potue-
13 runt esse pertinentes ad dictam testatricẽ, & † quod multipliciter intelligi potest eius veritas ignoratur. l. ita fidei. ff. de iure fisci, & si ita dicatur quare hoc casu liquidatio non fuit necessario fienda ante præceptum prædictum de soluendo, imo potuit fieri post, & in prę-
14 cedenti casu secus. Respondeo, † quia in præcedenti casu ante liquidationem quòd Mag. Bartho. esset hæres non constabat de persona debitoris, ideo præceptum de soluendo sibi fieri non potuit, & factum non valet, quòd non nisi debitori faciendum est, sed in hoc casu si constaret, quòd esset hæres, licet non constaret de confinibus possessionum, appareret quod esset debitor, licet non appareat de quibus possessionibus, & ista incertitudo non haberet vitiare quominus idem potest fieri præceptum, tamẽ postea fienda erat declaratio & liquidatio ad hoc, vt sciretur si non obtemperat præcepto, super quibus rebus fienda erat exequutio, arg. not. in d. l. 1. §. si quis argentũ. ff. depos. Cum igitur ista liquidatio non sit facta non apparet, quæ possessiones fuerint legatæ, & an istæ quas confessus est se habere sensisse, & per consequens non apparet super quibus facienda esset exequutio, & sic reuocandum est præceptum. Tertio
15 posito, quòd non esset reuocandum † saltem non esset facienda exsequutio, nisi facta detractione quartæ pro Falcidia si fuit confectũ
b inuentarium, *b* & legata transcendunt dodrantem. *c* C. ad l. Falcid.
c Auth. sed cùm testator, † talis enim exceptio confecti inuentarij po-
16 test opponi in exequutione, vt not. in l. Nesennius. §. fi. ff. de re iud. & l. ex diuerso. §. fin. ff. sol. matr. Non obstat si dicatur iste non dixit le-
17 gata excedere dodrantem, & inuentarium confeciſſe, † quia potest dici, quòd dicendo se habere ius detrahendi quartam censetur dixisse omne illud quòd ad hoc necessarium est. argu. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procurato. item si dicatur, quòd non dixit
18 de Falcidia, sed de † Trebellianica, quæ non detrahitur, nisi de fideicommisso vniuersali, & hic fuerunt particularia relicta. Respondе-
19 tur, quòd fuit error † in verbis, non in intentione, ideo non debet
20 nocere, † quia sicut Falcidia sumitur interdum pro Trebellianica,
d & pro debito iuris naturæ, *d* ita econuerso. C. de inoffic. testam. Authen. vnde si parentes. & arg. l. veteris. ff. de act. emp. videtur etiam,
21 † quòd habeat ius retinendi pro expensis vtilibus. ff. de legat. 1. l. domos. cum legib. sequentib. & quod plenè notãt doct. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condi. indebi. & in l. fin. C. commo. Laus Deo omnipotenti, ego Paulus de Castro.

ADDITIONES.

a Præceptum quod à princ. fuit nullum. Adde † quod diximus su-
22 pra consi. 20. & his adde Bart. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. num. 3. doctiss. Octauia. Vest. in sua pract. lib. 6. nu. 21. in verbo probationibus, & ibidem per doctiss. Nicolaum Antonium Grauatium, in additio. qui testatur de communi opinione ex dictis Ripæ, & Ias. vt eo loci est videre.

b Confectum inuentarium. Quarta Falcidia tunc detrahitur cum
23 legata † transcendunt dodrantem, & fuit confectum inuentarium, sed inuentario non confecto non detrahitur quarta secundum glo. in Auth. de hære. & falcid. §. non autem. col. 1. vers. non autem. Bart. in Auth. sed cùm testator. C. ad leg. Falcid. Ange. in l. 1. §. hæc stipulatio. ff. si cui plusquam per leg. Falcid.

c Quatenus excedunt dodrantem. Adde Bartho. Socin. consil. 93. in-
24 cip. Circa primũ, vers. his tamen non obstantibus. 1. par. † Quæ quidem Falcidiæ detractio ad vniuersalem hæredem tm̃ spectat, scdm Ioan. Cephal. consi. suo 37. num. 5. vol. 1. Magnificus olim Carolus, 1
& in tm̃ procedit dicta detractio Falcidiæ, quòd si testator dixisset, volo omnia legata tota & integra solui, hęres poterit Falcidiam de- 2
trahere, ita docuit Roma. in Auth. similiter. C. ad leg. Falcid. col. antepen. versic. hic dubitatur. & consi. 75. nu. 2. Nescio qua de re. consi. 79. num. 5. Totum fundamentum Oldrad. consi. 248. præsuppositа quæstio. num. 4. Feli. in c. conquestus, col. 1. versi. item nota, extra de 3
foro compet. nu. 3. Aret. instit. ad leg. Falc. in prin. col. 1. nu. 2. Ang. in Auth. sed cùm testator. C. ad leg. Falcid. Alex. in l. cum ex filio. ff. de leg. 1. nu. 2. & est communis opin teste Boerio decis. 44. nu. 32. qui dicit hoc fere omnes doctores Italicos, excepto Paul. de Castro, qui postea eorum sententiam confirmauit, consuluisse.

Aduersatur prædictæ sententiæ idem Paul. Castren. parum sibi constans in d. Auth. sed cùm testator. C. ad leg. Falcid. nu. 2. qui dicit
25 † q̃ iste casus dum esset Florentiæ fuit sibi commissus, & multi doctores consuluerunt, ipse verò tenuit mediam viam, videlicet quòd non requirantur verba expressa ad prohibitionem Falcidiæ, sed æquipollentia qñ aliter non possunt verba ipsa aliud importare, & plures alij relati per do. Boerium dicta decis. 44. num. 33. quod causa breuitatis omitto qui idem tenuerunt, & est communis opin. teste dicto Boerio præcitato loco, & sic habemus duas commu. opi. contrarias. Quas possumus conciliare vt prima procedat, qñ verba non possunt aliud importare, ne videantur superflua, contra l. si qñ. ff. de legat. 1 hæc autem secunda qñ dicta verba, omnia & tota legata, referuntur ad directum dñium, vel absq; diminutione vsus fructus super quibus cogitandum relinquo. Balthas. Quinct. V. I. D.

Pro Trebellianica, & pro debito iuris naturæ Falcidia † quòd su-
d 26 matur pro Trebellianica, & pro debito iuris naturæ, & similiter econuerso, id est, impropriè & impropriꝭsimè, propriè autem pro ipsa Falcidia debita iure institutionis, scdm Bart. in Authen. vnde si parentes. C. de inoffic. testamen. num. 1. & 2.

ARGVMENTVM.

De quadam sententia lata Venetijs secundum consuetudinem Venetas, quæ exequi debet à iudice Lucano, ad literas iudicum Venetorum, qui protulerunt sententiam, an exequens possit cognoscere de nullitate sententiæ.

SVMMARIA.

1 *Sententia quæ meretur exequutionem in loco iurisdictionis iudicis vbique meretur exequutionem ad requisitionem iudicis qui tulit.*
2 *Iudices Venetorum funguntur iurisdictione domini.*
3 *Sententia iudicum Venetorum censetur sententia domini Veneti.*
4 *Ad exequutionem fiendam requiruntur literæ iudicis.*
5 *Intellectus l. à diuo pio. ff. de re iudic.*
6 *Iudex qui exequitur ad requisitionem alterius iudicis non videtur esse ille qui exequitur.*
7 *Vna iurisdictio debet alteri suffragari.*
8 *Exequutio fit in auxilium iurisdictionis iudicis requirentis.*
9 *Iudex requisitus potest compelli, vt exequatur sententiam alterius iudicis requirentis.*
10 *Sententia afficit personas condemnatorum absentium.*
11 *Sententia statuti non afficit absentes ipso iure secus sententia iudicis.*
12 *Ius residens in partem iudex potest vbique exercere.*
13 *Officium nobile est ius residens in iudice.*
14 *Iudex non potest ad requisitionem partis sententiam alterius iudicis exsequi sine literis illius iudicis.*
15 *Sententia lata secundum consuetudines Venetorum fungitur auctoritate iuris communis, & 16.*
17 *Sententiæ Venetorum explicitè non committuntur iure communi, sed implicitè.*
18 *Sententia lata ex contumacia debet exequi, & reputari pro iusta, numer. 19.*
20 *Iudex exequutionis debet audire exceptiones, & remittere partes ad iudicem sententiæ.*
21 *Iudices debent se ad inuicem fauere, & quando exequutionem melius est petere iudicis officio mediante, quam per requisitionem vt iudex adiuuet iurisdictionem alterius iudicis, num. 22.*
23 *Simplex exequutor non cognoscit de nullitate.*
24 *Exequutor cui est commissa mixta exequutio cognoscit de nullitate sententiæ.*

CONSILIVM XXXII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Si dicta sententia esset talis, quæ mereatur exequutionem in ciuitate Venetiarum, vbi lata est, & quia lata à iudicibus competentib. ratione contractus, vel quasi seu ratione domicilij, vel alia ratione, & secundum stylum, & consuetudinem ibi vigentem meretur similiter † exequutionem vbiq; ad literas & requisitiones iudicum, qui eam tulerunt, seu etiam dominij Venetorum, quod dicti iudices repręsentant, † cùm illi fungantur iurisdictione d. dominij, & sint ipsius dominij ministri suę iurisdictionis exequutores, & sic non facio vim in hoc, quia illud ad iudices non scripserunt, nec requisiuerunt. Postquam ipsum dominium cuius auctoritate sententia lata est requirit, † cum ab ipso lata censeatur.

C. de

4 C.de vete.iur.enucl.l.1.§.omnia enim.Quod † autem tales literę requirantur,voluerunt gl.de iurisd.omni.iudic.l.cum quædam.§.1. versicu.quod generaliter.& l.2.§.1.si quis in ius vocat. non ierit,&
5 † ita intelligitur.l.à diuo pio.ff.de re iudic.& l.argentum.§.nomine pupillæ.ff.de iudic.& hoc per l.cum vnus. ff.de bon.auctо.iudi.possid.& per c.Romana.§.contrahentes.de foro compet.q; autem vbi-
6 que mereatur exequutionem patet, quia † iudex qui exequitur ad requisitionem alterius iudicis, non videtur esse ille qui exequitur.
7 Nam † vna iurisdictio debet suffragari alteri,de offi.iud.c.1.& ideo
8 Barto. in d. §. sententiam, dicit, † quòd dicta exequutio fit in auxi-
a lium iurisdictionis illius requirentis, *a* apud quem residet fundamentaliter potestas exequendi,& exequitur mediante auxilio iudicis requisiti, & hæc est ratio quare requiruntur literæ, & requisitio, quia cùm non facit iure suo,siue radicato in sua persona, sed illius,qui sententiam tulit requirentis,vt sic fiat, quòd facit scribendo,&requirendo,& facere tenetur de iure,alias puniretur per superiorem,vel posset per illum compelli,vt not.Cyn.in l.properandũ.
9 §.sin autem reus.C.de iud.Præterea † sententia prædicta afficit per-
10 sonas condemnatorum licet absentium, quia † propter contumaciam pro præsentibus habebantur,vt in Authen.qua in prouincia. C.vbi de crimine agi oporteat,ante fin.& in corpore vnde sumitur,
11 licet enim sententia † statuti non soleat afficere absentem ipso iure. cap.1.de constitutio.non sic in sententia iudicis,de cuius natura est, quòd contra absentem & contumacem feratur,ita Bal.in l.cunctos populos,in pen.col.in versic.viso,an forenses,& si ita est,quòd personæ prędictorum condemnatorum sint affectæ ex dicta sententia, talis affectio comitatur eos vbiq;,sicut lepra leprosum. ff.de postulan.l.ex ea,cum ibi nota.& sicut in ciuitate Lucana possent ordinariè conueniri actione in factum, quæ oritur ex dicta sententia.C.de præscrip.long.tempo.l.fin.& est cõis sententia omnium,ita & offi-
12 cium iudicis exequutorum exerceri modo quo supra dictum est, quoniam ambo dicta remedia oriuntur ex dicta sententia.ff.de minor.l.minor 25.annis cui fideicom.cum ibi nota.licet diuersis modis exerceantur,quia in primo(scilicet)in actione in factum cùm sit
12 † ius residens in parte,potest illud exercere vbiq; absq; literis iudi-
13 cis,qui sententiam tulit,sed † officium iudicis nobile, quo petitur exequutio est ius residens in iudice,qui sententiam tulit,vnde si re-
14 quiratur alius iudex,qui eam non tulit,per solam partem ille, † nec potest, nec debet impartiri, quia in eo non residet illud ius,ideo expectat literas illius in cuius persona residet.Nec obstat,q; ista senten
15 tia non sit lata scdm requisita à iure cõi,quia † nihilominus fungitur auctoritate iuris cõis,ex quo lata est(vt proponitur)secundum
16 † consuetudinem Venetorum, quæ ius cõe mandat obseruari.l.3.§.
17 fin.ff.de testi.& sic satis potest dici lata de iure cõi, quia † dictæ obseruationes ciuitatis Venetiarum in sententijs ferendis, licet non contineantur in iure cõi explicitè, continentur tamen implicitè, quod tantundem valet.l.asse toto.ff.de hæred.instit.& l.si ita scripsero.ff.de cond.& demon.iuncta l.omnes populi.ff.de iusti.& iur. & l.fin.si ex noxali cau.agatur,& sic tanquam lata de iure cõi,quod vbiq; viget illius q; auctoritate suffultum meretur vbiq; exequutionem.arg.d.l.fin.C.de præscrip.long.temp.de temporibus in integ.
18 resti.l.fi.Nec ẽt obstat, q; censeatur lata potius propter contumaciã, q̃ ex eo q; foueat iustam cãm,quia † allegatio procederet qñ tractaretur,an præiudicet alteri quàm cõdemnato, quod interdum contingere solet,ita loquuntur iura de hac materia loquentia.ff.de euictio.l.fi longi.§.fin.de in offic.testamen.l.qui repudiante.§.fin.cum
19 simili b.sed cùm quærimus solum de præiudicio ipsorum condemnatorum talis allegatio non procedit, quia † sibi imputetur,& quo ad eos debet reputari pro iusta.l.Herennius.§.Gaia.ff.de euict.
20 & hoc de primo. Quantum vero ad secundum, † clarum est,q; iudex Lucanus super nullitate dictæ sententiæ pronunciare non po-
b test,sed habet audire exceptiones,& remittere ad iudices *b* qui tulerunt sententiam scdm ea quæ habentur in c.de cætero.de re iud.per Innoc.in c.pastoralis.§.quia vero.de offic.delega.ff.de iudi.l.si prætor.& per Barto.in l.à diuo Pio,in princip.Laus Deo,ego Paulus de Castro,&c.

ADDITIONES.

a Iurisdictionis illius requirentis. Adde q; istam quæstionem for-
21 mauit Cyn.in l.1.C.de confes.nu.11.q.10.an iudices † debeant se adinuicem iuuare? & concludit q; debent se iuuare,per text.in l.in nomine Domini. C. de offic.præfec. Aphric.& refert Iacob.de Aret.& Pet.non credere absq; requisitione iudicis,& vniformiter concludunt,q; ad requisitionem alterius iudicis debent se adinuicem iuuare.Bald. tamen in d.l.idem firmat cum aliquo temperamento,in fi.nu.47.videlicet quod id procedat de iure communi,secus de iure
22 statutario,& Ant.de Bu.in c.1.de confes.Melius † tamen est exequutionem petere iudicis officio mediante,vt admonet And.de Iser.in constit.Regni Neap.dilationes. Alex. consi.50.lib.2.nu.7.Visis actis causæ agitatę.Quod quidem limitatur,quando non opponitur aliqua exceptio contra exequutionem,vt docet Bal.in l.1.§.is videtur. prope fin.ff.si quis ius dicen. non obtempe.& per Robert.Maran.in suo Spec.aur.ordi.iudi.in tertio actu principali,num.3.& 4.vbi dat limitationes & auctoritates. Quinct.

Ad iudices.Iudex cui fuit commissa exequutio sententiæ non co-
23 gnoscit † de eius nullitate,cum simplicis & nudę exequutionis officio fungatur, secundum not.per Ioan. Andr.in c.de cætero.extra de re iudica.versic. tertij distinguunt, col.2.Hostien.ibid.col.2.Innocen.num.1.& 2.Cyn.in l.properandum.§.fin autem.C.de iudic. num.8.Bart.in l.& si cognitio.C.si contra ius vel vtilita.publi.Bald. ibidem.num.1.versi.2.oppono. Idem tenet Azo.in summa,eod.tit. nume.7.quæ omnia temperantur procedere quando est commissa mera exequutio, secus quando mixta,vt omnes scribentes in præcitatis locis testantur. Quinct.

ARGVMENTVM.

An mater excludatur,si non petijt tutorem suo pupillo,attento quòd alius datus est tanquam administrator absq; eo q; de certa esset sibi tutela,& an excludatur à successione pupilli.

SVMMARIA.

1 *Mater non petens tutorem pupillo ante lapsum anni amittit hæreditatem.*
2 *Substitutus non impeditus qui non fecit sibi decerni tutelam post lapsum quinquaginta dierum amittit commodum substitutionis.*
3 *Substitutus post lapsum anni non admittitur ad probandum impedimentum quare non petijt tutelam.& ratio.*
4 *Intellectus Barto.ad §.confestim.l.2.ff.ad Tertullianum.non est bonus, & num. 8.*
5 *Ratio quare intellectus Barto.non est bonus, & num.6.*
7 *Intellectus.§.confestim.l.2.ad Tertul.*
9 *Mater habet integrum annum ad petendum tutorem filio pupillo,nisi sit in notabili negligentia,& num.10.*
11 *Mater minor 25.annis excusatur si non petijt tutorem filio suo pupillo intra annum.*
12 *Quæ requirantur in tutore ante administrationem tutelæ.*

CONSILIVM XXXIII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Res ista modicam dubitationem mihi habere videtur, & cùm ab isto domino requisitus essem pro altera parte,scilicet pro matre,recusaui pro ea consulere, quia iustitiam fouere non videbatur contra dictum substitutum, qui in nulla culpa,vel mora fuit acceptandi tutelam,& not.q; de primo tracto in præcedenti consilio,videlicet,q; dictus substitutus idemq; tutor in testamento relictus administrauit bona absq; eo q; faceret sibi decerni tutelã,vel illius administrationem,& conficeret inuentarium.Nunc tractandum si annus † esset lapsus ante mortem pupilli quo casu esset dubium,an dicta gestio,vel administratio etiam bene & vtiliter facta excusaret matrem
a à pœna perdendi hæreditatem,non autem an faciat matrem priuari,& glo.quæ est in d.l.2.§.si mater,tenet quòd non,& ibidẽ doct. vt etiam plene not.Bald.in l.matrem.C.ad Tertul. ante fin.sed quia non erant lapsi, nisi tres menses de anno non expedit super eo insistere,sed solum super secundo dubio supra tacto,videlicet an dictus
2 † substitutus sit priuatus commodo substitutionis ex eo,quòd statim q; potuit post lapsum quinquaginta dierum nõ fecit sibi decerni tutelam solenniter,nec fecit inuentarium,vt debuit.Dubium facit.§.confestim.in d.l.2.ff.ad Tertul.& q; ibi no.Bar.qui videtur determinare q; sic,nisi appareat ipsum fuisse legitimè impeditum,sed
3 post lapsum anni videtur sentire,q; non possit hoc probare, † quia præsumptio iuris, & de iure contra ipsum esset,& q; potuerit,& ita
4 intelligit Barto.illum §.confestim, † qui intellectus non est bonus,
5 quia † si fuit iustè & legitimè impeditus,etiam si per totum annum,
6 & vltra excusatus foret,& posset hoc semper probari,quia † contra iustitiam naturalem esset dicere contrarium.ff.de excusa.tuto.l.scire oportet.§.sufficit.l.2.§.si quis in iudicio.ff.si quis cautio.Dicen-
7 dum † est ergo q; veritas in illo §.confestim,refertur ad primum dictum §.non ad versiculum nisi forte, qui immediatè præcedit, vt sit sensus, q; mater debet petere cum primum potest, sed si hoc non facit adhuc tolleratur,& nõ dicitur esse in mora dum tamẽ non excedat annum, alias esset in mora, & incurreret pœnam,nisi forte infirmitate,vel alia causa esset,vel fuisset iustè impedita,quia tũc ẽt vltra annum excusaretur(vt dixi)si ergo non vult ille §.q; statim,q; potuit petere,& nõ petijt dicatur fuisse in mora taliter quòd dictam pœnam incurreret, prout Bar.intelligere videtur,quia sequeretur

absurdum, quòd negligentia etiam duorum dierum sufficeret, & quòd si fuisset per totum annum impedita iustè adhuc pœnam incurreret, & quòd non posset tale impedimentum probari, quòd esset contra omnem rationẽ & æquitatem. sed intelligendo (vt dixi)
8 omnia sunt plana, & sine scrupulo. Præterea † posito, quòd intellectus Bart. esset verus in illo §. confestim. tamen idem Bart. in Auth. presbyteros. C. de episc. & cler. per illum text. dicit q; infra quatuor menses non posset dici in mora, sicut nec infra quinquaginta dies, & idem not. in d. §. confestim, sed hic dicitur, quòd non transierunt nisi tres menses. Item ipse idem Bart. in quæstio. disputata per eum, quæ incipit pupillus, quam ponit in l. 2. ff. qui petant tut. tenet quòd ille §. confestim, solũ habet locum in matre & auia, non in alijs sperantibus successionem pupilli, qui non ita astringuntur, vnde dicit quòd illi habent integrum annum, & sic antequam annus labatur non sunt in mora, posito etiam quòd aliquando potuerint petere, vel facere sibi decerni, & non fecerunt, per l. sciant. C de legit. hære. & Bald. in l. precibus. C. de impube. tenet quòd etiam mater habeat integrum annum, per tex. instit. ad Tertul. §. fi. & sic non sit in mo-
9 ra antequam totus annus labatur, nisi † fuerit in notabili negligentia, & idem tenuit Ang. frater Bal. & per hoc not. Innoc. in simili in c. 1. & gl. de offic. deleg. & Archid. & Ioan. And. in nouella in c. cap. cum ex eo. de elect. lib. 6. super verbo omiserint, in quæstio. disputata per eum. Patet igitur dictum substitutum multipliciter defendi aduersus dictam matrem. Laus Deo, ego Paulus de Castro.

ADDITIONES.

a Excusaret matrem. Si pupillus moritur intra † annum, an excuse-
10 tur mater, quę non petijt tutorem, ista quæstio pendet ab eo, an mater habeat annum integrum ad petendum tutorem filio pupillo, vel teneatur quamprimum potuerit infra annum tutorem filio suo pupillo petere, qua in re idem noster. Paul. consi. suo 147. volu. 1. Postpositis, num. 1. & 2. firmat quòd mater habet totum annum ad petendum tutorem filio, per §. confestim. l. 2. ff. ad Tertullianum. Odofr. in d. l. 2. §. si mater. ff. ad Tertull. versi. confestim, tenet quòd habeat annum integrum, & exponit confestim, id est, quamprimũ dummodo annale tempus non excedat. Idem videtur sentire Iaco. de Are. in d. §. si mater. versi. confestim, dum dicit, ita demum subuenire per infirmitatem matri, &c. Alber. tenet idem quod habeat totum annum in d. §. confestim, num. 12. Bald. in l. precibus, melius declarat, quòd habet totum annum, nume. 22. C. de impube. & alijs substitu. Pet. de Anch. consi. suo 104. num. 2 Barbat. consi. 82. num. 3. Ang. cons. 345. nu. 3. Bar. tamen in d. §. confestim. nu. 2. videtur contrarium sentire, tamen magis cõmunis opinio est contra Bar. Tem-
11 peratur dicta cõis opinio in † matre minore 25. annis, quæ & si non petierit tutorem filio suo pupillo intra annum excusatur, ita tamen si per totum annum perseuerauerit in minori ætate, scãm Roman. consi. 279. visis thematis, nai ratione, num. 1. Quo casu mater prouidentia iuris præuenitur, quia dantur tutores pupillo, & mater excusatur. Paul. Castren. in l. sciendum. §. fin. ff. qui satisda. cogan. nu. 2. Bal. in Auth. si captiui. colla. 2. post nu. 5. versi. ista quæst. C. de epis. & cler. idem Rom. sing. suo 224. Tu habes l. sciant. Idem videtur dicendum in substituto, qui est proximior in successione, secundum Bar. in d. §. confestim, in fin. nu. 4. per tex. in l. sciant. C. de legi. hære.
12 Cæterum † non abs re admonendum putamus, q; nouem solennia requiruntur tutori ante administrationem tutelæ, de quibus per Cap. dec. 50. nu. 1. & per totam decis. Quinct.

ARGVMENTVM.

Sententia lata cõdemnando, si & prout ex actis constat, an valeat propter incertitudinem, & an idem possit sibi reseruare suæ sententiæ declarationem, & nunquid si vigore statuti committitur causa consulenda vni, & deinde alteri, sententia lata de consilio secundi inter duos Correos debendi valeat, item nunquid stante statuto, quòd in causis ordinarijs non possit peti consilium sapientis poterit peti super articulo grauaminis incidenti, & quæ sententiæ dicantur ordinariæ.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata contra formam traditam à statuto non valet.*
2 *Sententia diffinitiua debet imponere finem liti.*
3 *Iudicem cuncta rimari oportet antequam sententiam det.*
4 *Iudici debet plene de causa liquere antequam sententiam det.*
5 *Iudici non dicitur liquere, nisi omnia acta percunctatus fuerit.*
6 *Sententia dicitur lata cum præcipitatione & causa non cognita, si iudex omnia acta non fuerit percunctatus.*
7 *Tempus præfixum per statutum iudici post ipsum non potest pronunciare.*
8 *Iudex non potest vltra tempus à statuto præfixum causam prolongare alias fieret fraus statuto.*
9 *Iudex delegatus per sententiam functus est officio suo.*
10 *Iudici non licet sibi ipsi attribuere potestatem, & suæ iurisdictioni suffragari. num. 11.*
12 *Termino à statuto terminato ad causas finiendas elapso finita est iurisdictio delegatorum.*
13 *Qui non potest propter termini lapsum pronunciare, neque potest sententiam obscurè latam declarare.*
14 *Causa alteri commissa ad consulendum iudex nõ potest sibi committere.*
15 *Consilium sapientis non debet denegari super dubio.*
16 *Duobus reis debendi debent diuersi consultores dari, quia potest esse, quòd confidatus vni non sit alteri.*
17 *Allegatio, quòd actor non intendit diuidere actionem aduersus duos reos debendos non negat fieri id quod de iure est faciendum.*
18 *Verbum duntaxat importat, quòd non intendit diminuere.*
19 *Malitiosè censetur quis se habere qui non vult confidatum dare, & ratio, num. 20.*
21 *Actor iustè insistit, vt reus det confidatum consultorem.*
22 *Malitys hominum est obuiandum.*
23 *Statutum quod loquitur de causis ordinarijs differt à statuto quod loquitur de causis in quibus non ordinariè proceditur.*
24 *Causæ magni, & finalis prælndicij sunt ordinariæ de iure communi.*
25 *Causæ modici præiudicij, & non perpetui sunt summariæ.*
26 *Causæ ordinariæ sunt duplicis generis.*
27 *Remoto genere censetur remota quælibet eius species.*
28 *In causis forensium non datur consilium in causa grauaminis, licet detur super negocio principali.*
29 *Statuti verbo cessante cessat eius dispositio.*
30 *Contrariorum debet esse eadem disciplina.*
31 *Forensis potest suo fauori renunciare, & 32.*
33 *Negocium principale deuoluitur ad iudicem appellationis.*
34 *Iudex debet pronunciare super conuentione & reconuentione.*
35 *Iudex non debet causam conuentionis sine causa reconuentionis terminare.*
36 *Sententia sub conditione si ex actis constat, an valeat cum distinctionibus.*
37 *Sententia sub conditione valet, & habet effectum cum conditio est adimpleta.*
38 *Iudex non excedit potestatem sibi limitatam à statuto.*
39 *Delegatus non exequitur sententiam suam, sed exequitur per delegantem.*
40 *Delegatus à principe infra annum exequitur sententiam suam.*
41 *Causæ videntur summariæ fauore personarum, puta pupillorum viduarum, & similium.*
42 *Causa conuentionis & reconuentionis eadem sententia debet terminari, & qua forma, num. 43.*

CONSILIVM XXXIIII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris glorioſiſſimæ virginis Mariæ, Amen. Visis & ponderatis omnibus supradictis super primo dubio videtur dicendum, 1 sententiam dicto modo latam non valere. Primo, † quia lata cõtra formam traditã à statuto, quo cauetur, quòd iusdicentes debeant suas sententias dare clarè & apertè, & sine vlla alternatione, vel conditione &c. Cuiusmodi sententia ista non est, quia nec est clara nec aperta, & continet cõditionem & alternationem, dum di-
a cit, si & prout ex actis constat, seu constabit, *a* &c. c. cum dilecta, de rescrip. ff. de arbit. l. quid tamen. in prin. ff. quod cuiusq; vniuer. no. l. item eorum. §. sed si ita, cum ibi not. per Bart. in princip. Secundo, 2 † quia sententia diffinitiua debet imponere finem liti. ff. de re iudi. l. 1. ff. de arbit. l. qualem, post prin. versi. dicere autem, &c. & not. 2. q. 6. §. diffinitiua, non autem debet esse talis, quòd ex ea noualis oriatur ex litis primæ materia. C. de fruct. & lit. expen. l. terminato, de reb. credit. l. si quis iusiurandum, in fin. facit extra de cauſ. possess. c. pastoralis. & de ordi. cogni. c. tuam. sed per istam sententiã non imponitur finis liti, sed potius ex ea oritur occasio nouæ litis in videndo & determinãdo, quod ex actis colligitur, & sic est opus noua de-
3 claratione, & nouæ possunt oriri alternationes. † Præterea iudicem oporteret cuncta rimari antequã sententiam det. 30. q. 9. c. iudicantem. & c. nullum, quòd hic iste iudex minimè feciſſe videtur, & an-
4 tequam † pronunciet debet sibi plenè de causa liquere. ff. de quib. ex cau. in pos. eatur. l. hæc autẽ. C. de falſ. l. vbi, circa med. ibi postrema
5 sententia quid sibi liqueat, &c. 12. q. 3. c. summopere, non autẽ † videtur sibi liquere, nisi omnia acta percunctatus fuerit. ff. de arbi. l. si de meis. §. fi. in gl. vlt. quæ incipit, sed nonne, & quod no. in l. properan-
6 dum. §. & siquidem. C. de iud. in gl. super verbo termino, alias † dicitur sententia lata cum præcipitatione & causa non cognita, & sic nõ valet. C. de senten. ex breui. recitan. l. 2. & de seuten. prolatio. cum ibi not.

not. Cùm igitur iudex iſte hoc non fecerit,& non examinauit,nec percunctatus fuit acta,nec cognouit pro qua parte pronunciãdum eſſet,& ſic in nube,& cõditionaliter pronunciauit, videtur non valere,pro quo tex.cum gl.2.in c.cũ veniſſent,de eo qui mitti.in poſſeſ.cauſa rei ſeruandæ facit q̃ not.gl.de offi.deleg.c.cùm contingat, in gl.quæ incipit nota q̃ non debet,& licet doctorum practica ſit in pronunciando,Spec.tamen in tit.de ſenten.§.iuſta,verſ.ſed ecce iudex,videtur velle q̃ ſaltem dicta ſententia tanq̃ iniuſtè & malè poſ-
7 ſit in cauſa appellat.retractari.Præterea † cum per ſtatutum ſit præ-
8 fixum certum tempus inſtantię,& iudici ſi poſsit † ſic pronunciare prompta eſſet via fraudandi ſtatutum,& faciendi vt cauſæ durent vltra tempus à ſtatuto prefixo,q̃ eſſe non debet.arg.ff.de tranſact.l. cum hi.§.ſi cum lis.ff.de arbit.l.non diſtinguemus.§. quæſitũ, iuncta regula,cum quid vna.de reg.iur.lib.6.& hoc de primo. Circa ſecundum quæſitum clarum eſt, q̃ declarationẽ prædictam non potuit dictus iudex ſibi reſeruare cum commiſsione nõ facta non poſsit ſuam ſententiam declarare,vel interpretari,vt plenè not.in l.ab
9 exequutore.ff.de appella.cùm eſſet iudex † delegatus,& ſic eſſet functus officio ſuo.l. iudex poſteaquam.ff.de re iudica.ſed pertinet declaratio ad delegantem.arg.ff.de re iud.l.duo iudices,in fin.non er-
10 go potuit ſibi reſeruare declarationem prædictam,ne ſit † in ſua poteſtate ſibi ipſi attribuere poteſtatem, quam à delegante non habe-
11 bat.arg.l.ne in poteſta.ff.de arbit.item † quia ipſum ſua iuriſdictio
b non ſuffragatur,cùm ſit ei certum tempus limitatum *b* ex forma
12 ſtatuti ad cauſas finiendas,quo † elapſo finitur etiam iuriſdictio ta-
c lium legatorum,*c* ergo non poſſunt tales reſeruationes facere,ſicut nec poſt tempus præfixum poſſent declarare non facta reſeruatione,vt ff.de adult.l.accuſaturus.& expreſsè per Bar.in ſimili in l.edita.C.de eden. in articulo illo de emendatione, quam dicit fieri non poſſe ſi tempora non ſuffragantur, id eſt,quòd lapſum ſit tempus
13 infra quod emendare quis poſſet, eodem modo † ſi lapſum ſit tempus infra quod quis non poteſt pronunciare non debet poſſe declarare ſententiam obſcurè latam,quãdo tanta eſt obſcuritas,q̃ declaratione non facta redderet ſententiam inutilem (prout eſt in caſu iſto)ergo non poteſt ſimiliter ſibi reſeruare declarationem fiendam poſt lapſum dicti tẽporis,per id quod dixi ſup. proximo articulo in fine,& hęc de ſecundo quęſito.Super tertio quęſito duo allegantur, propter quæ dicitur non valere ſententiã latam de conſilio dñi Mi-
14 chaelis. Primo, quia † non debuit ſibi cõmitti cauſa ad conſulendũ
15 cum iam eſſet alteri cõmiſſa.Secundo,quia † cùm hoc allegatur coram iudice,& petitur ſuper hoc dubio conſilium ſapientis, debuit dari, & tamen fuit denegatum, ſed prima allegatio non procedit,
16 quia † cùm proponeretur,q̃ eſſent duo rei debendi licet contra ambos ſimul fuerit libellus porrectus, poterant tamen habere diuerſas defenſiones,ideo diuerſis conſultoribus opus erat,quoniam poterat eſſe,q̃ confidatus vni non erat confidatus alteri,nec propterea diuidebatur cõtinentia cauſæ,quia cauſa vel inſtantia non exibat de manibus eiuſdem iudicis, & imo apud ipſum remanebat,& ipſe habebat ferre ſententiam quo ad vtrunq̃,& ita fecit,ſed informabitur iudex à diuerſis conſultoribus,quid haberet pronunciare reſpectu vnius,& quid reſpectu alterius,poterat enim eſſe quòd vnus veniebat condemnandus, quia ad eum peruenit tota pecunia.Alter vero abſoluendus quouſq̃ ille excuteret ſuo periculo & impenſa l. cùm quæritur,cum ibi not.per Bart.ff.commoda.& in l.3.§.fi.in 7. q.de duob. reis.quid ergo ob cauſam diuerſorum recipi non poſſe diuerſos conſultores nõ video,poſtquam diuersè poterant eſſe defenſiones,& ſecundum diuerſitatem conſiliorum diuerſificare ſententiam aduerſus diuerſos, & vnum abſoluere & alterum condemnare. Et ſic non obſtant quæ in contrarium allegantur de continentia cauſæ non diuidenda,quia(vt dixi)non diuiditur,nec etiam quamuis actor in ſuo libello dixit ſe non velle diuidere actionem,
17 &c. † quia hoc intelligitur, quòd non volebat diuidere,vt à quolibet peteret partem,ſecundum id quod habetur in l.creditores.C.de pact. ſed volebat quemlibet condemnari inſolidum,ita q̃ vnica ſolutio ſufficeret inquantũ de iure hoc petere poſsit, non tamen cenſetur negaſſe quin fieret,id quod de iure eſſet faciendum.Importãt
18 † ergo verba illa duntaxat ad hoc, quòd non intendebat aliquid diminuere de iure ſuo per ſuum libellum, ſed ipſum proſequi quatenus ſibi competebat,vnde ſi oppoſuiſſet beneficium diuiſionis per e Auth. de duob.reis,vel ordinis,de quo ſupra,ſententia non erat ferenda,prout ipſe actor petierat,ſed prout ius diſponebat,potuerũt ergo accipi diuerſi conſultores,vel ſi contentabatur de illo cui erat commiſſa cauſa quo ad alterum debebat illum dare pro confidato, & petere quòd ſic committeretur quo ad ſe, & ſufficiebat,ſed ipſe nec hoc fecit,nec alium dari voluit.& ſi pro illa parte cõſultor conſuluiſſet pro actore,noluiſſet iſte quòd ſtaretur illi conſilio quo ad ſe.Imo dixiſſet,quòd quantum ad ſe non fuiſſet cauſa commiſſa,& quòd ipſe habebat defenſiones aliquas quas Correus non habebat, per conſultorem illum non fuerunt viſę,& certè iuſtè potuiſſet hoc dicere, & ſine dubio verum hoc eſſet. Non ergo dicit nunc, cuius tunc contrarium non fuiſſet dicturus.arg.l.ſi rem & precium,cum
19 ibi not.de peti.hæred.quia † malitiosè cenſetur ſe habuiſſe nolendo alium confidatum dare, nec propterea petendo, quòd illi committeretur etiam quo ad ſe cum ſciret non eſſe commiſſum,niſi quo ad
20 alium,cogitaſſe † enim præſumitur,quòd ſi ille cõſuleret pro Correo cuius cauſa erat ſibi cõmiſſa, vellet dicere quòd etiam ſibi prodeſſet,& ſi conſuleret contrarium diceret, quòd ſibi non noceret, prout in ſimili not.Cyn.poſt Petrum in l.ſi tutor. C.in quib.cau.in
21 integ.reſtit.non eſſet neceſſa.iuſtam ergo † cauſam habuit actor inſiſtendo in eo, vel quòd daret alium confidatum,ſi ille primus ſibi non placeret cui committeretur quo ad ſe,vel ſi contentabatur de primo conſentiret quòd ille cognoſceret,& conſuleret etiam quo ad ſe,ergo iuſtè, nec licitè contraxit alteram partem recuſare,& ma-
22 litijs † hominum eſt obuiandum.l.in fundo.ff.de rei vendi.Similiter non obſtat ſecunda allegatio, quia ſuper iſto articulo tanquam ſuper articulo grauaminis non erat dandum conſilium ſapientis, cum ſtatutũ ſuper Rub.de iudicijs dan.dicat, quòd non debeat dari
23 in cauſis ordinarijs. Notandum † eſt diligenter, quòd non dicit in cauſis in quibus ordinariè proceditur,ſed dicit in cauſis ordinarijs, Nam poſſunt eſſe aliquæ cauſæ ordinariæ de ſui natura,in quibus redditur ius ſummarium fauore perſonę,vt ſunt in propoſito cauſæ forenſium.Nam non dicit ſtatutum,q̃ ſint ſummariæ,ſed dicit q̃ forenſibus reddatur ius ſummariè,idem in pluribus alijs,quę habentur in ſtatuto ſub rub.in quib.redditur ius ſummariũ,&c.Nam
24 † de iure communi cauſæ,in quibus agitur de magno & finali preiudicio,ſeu perpetuo ſunt de ſui natura ordinariæ.l.iudices.C.de iud.
25 ſed illę in quibus † agitur de modico præiudicio,vel non perpetũo, vel quæ ſunt exequutiuæ ſunt ſummariæ.l.3.§.ibidem.ff.ad exhiben.l.ſi quis à liberis.§.ſi vel parens.ff.de libe.agnoſcen.cum igitur ſtatutum ſub Rubr.de iudicibus dandis,in fin.dicat,quòd in cauſis ordinarijs non habeant locum quæ ſuperius dixerat de conſilio
26 dando in cauſa grauaminis,& cauſæ † ordinariæ ſunt duplicis generis,quædam in quibus ordinariè proceditur, & quædam in qui-
d bus ſummariè fauore perſonarum, *d* & regula eſt, † quòd remoto
27 genere,cenſetur remota quælibet eius ſpecies. C. de tranſact.l.cauſa cognita,& ibi nota.in vlt.glo.ff.de aleato. l.1.§.quod ait.ff.de ſuis & legiti. l.1.in fin.& ibi nota.& l.fin. C.de vſur.rei iudi.dicendum eſt,
28 quòd etiam in cauſis † forenſibus quæ de ſui natura ſunt ordinarię, licet in eis procedatur ſummariè non debet dari conſilium in cauſa
29 grauaminis,licet detur ſuper negocio principali,quia † ſicut ibi ceſſant verba ſtatuti,ita debet ceſſare ſtatuti diſpoſitio. l.hos accuſare. §.in omnibus. ff. de accuſatio.ita vbi habent locum verba ſtatuti,
30 debet habere locum eius diſpoſitio, † vt contrariorum ſit eadem diſciplina.l.& ſi contra.ff.de vulg.& pupil.ff.de legat.3.l.fin. ſicut & alibi in ſimilibus habemus in actione de dote,quòd quædam dantur actioni, quædam mulieri ſuper ipſa actione, & plene nota.per Bartol.in l.1.ff.ſolut.matrimo. Præterea in cauſa iſta licet fuerit petitum ſummariè procedi, non tamen fuit ſummariè proceſſum,
31 † quia potuit forenſis ſuo fauore renunciare,vt l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact.etiam inuito aduerſario,& vt non poſſet vti dicta
32 prorogatiua in petendo conſilium in cauſa grauaminis, † quia beneficio,quòd ab agente forenſis habebat,illo inuito contra eum vti non poterat.arg.ff.de excuſa. tuto.l.amiciſsimos. ff.de mino.l.ſi iudex circumuento,& pleno nota. per Barto.in l.petendæ. C.de temp. in integ.reſtit. non ergo eſt nulla dicta ſententia ex cauſis prædictis,
33 & hæc de tertio quæſito.Super quarto † quæſito notãdum eſt,quòd ad iudicem appellationis & nullitatis fuit deuolutum negocium principale.l.abſentem.C. de accuſ.& per Bart.in l.ſi expreſsim.ff.de appella.C.quomo.& quan.iud.l.ſi vt proponis,licet autem iſtæ ſint
34 cauſæ diuerſæ,& vna non pendeat ex altera, † quia tamen vna iſtarum(videlicet)nullitatis mouebatur per appellantem contra appellatum, & altera debiti principalis econuerſo per appellatum contra appellantem, dico quòd ex quo appellatus petijt cõram iſto iudice procedi, & pronunciari ſuper negocio principali, & multo magis ſi vterque, debuit prædictus iudex ſuper vtroque pronunciare e eadem ſententia, propter naturam conuentionis & reconuentionis,
35 de mutuis petitio. c.1.nec † debuit vnam ſine altera terminare,ita not.expreſsè Barto.in l.quid tamen,in fin.princ.ff.de arbit.Et ſi factum non fuit propter hoc ſolum redditur iniuſta,& in cauſa appellationis venit retractanda, per text. ff.quæ ſenten.ſine appel.reſcindend.l.1.§.fin.licet non poſsit dici nulla,vt ibi nota. Ex quibus ſupra proximè dictis patet reſpõſio ad vltimum,quia ſententia fuit

obscura lata per eum patet, quia non solum voluit pronunciare super nullitate, sed etiam super negocio principali, dum dixit condemnamus & absoluimus prout ex actis, &c. quòd debuit declarationem facere etiam super negocio principali, super quo pronunciauerat, alias nihil videtur egisse, postquam partem tantum fecit. arg. C. de his quib. vt indig. l. fin. & sic habent locum, quæ supra proximè dixi. Laus Deo, ego Paulus de Castro, &c.

ADDITIONES.

a Seu constabit. Sententia lata si & prout ex actis constat, † an valeat.
36 Adde Bart. in l. 3. C. de senten. quæ sine cert. quanti. profer. nu. 2. & 3. & in l. ait prætor. §. 1. nu. 1. & 3. ff. de re iudi. vbi docet, ℘ quando sententia habet relationem ad acta, si in illis actis constat de quantitate, valet sententia. Vel sentẽtia continet condemnationẽ ad id quod debetur, & tunc opus est ℘ habeat relationem ad instrumẽta, vel ad testium depositiones, & opus est ℘ quantitas ibi probetur, & valet sententia, alias non. Vel sententia dicit, condemno, si est probatum, alias absoluo, & valet, si vero non dicit alias absoluo, secus, quia exponitur si, id est quatenus, secundũ tex. in l. Stichus qui meus erit, in prin. & ibi Bar. num. 3. ff. de leg. 1. quia sequeretur ℘ si pro parte esset probatum pro parte nõ, in parte tantum esset condemnatoria & in alia parte nil esset iudicatum quo casu non valeret sententia, scdm tex. in l. in hoc iudicio. ff. fam. erc. Bal. in l. 1. C. si aduer. rem iudi. nu. 4. Bart. in l. ait prætor. §. 1. ff. de re iudi. Bal. in l. cum iudex. C. de sent. & interlo. om. iud. in prin. ante nu. 1. Io. Fab. incurare. Insti. de actio. nu. 13. Ang. ibid. nu. 4. Ias. nu. 39. qui testatur de communi opin. Cæ-
37 terum † sententia sub conditione lata valet, & tunc habet effectum cum conditio est adimpleta, scdm gl. in l. 2. §. biduum. ff. quando appel. sit. Rom. consi. suo 501. num. 6. Omnipotentis Dei vt declarationem accipiat. Ang. in l. qui Romæ. §. Augerius, & ibi. Imo. idem Paul. de Cast. in l. continuus, in prin. nu. 4. ff. de verb. oblig. Bart. tamen in d. l. ait prætor. §. 1. nu. 4. dicit ℘ huiusmodi sententijs, & cautela pronunciandi solent vti iudices dum vident ℘ tempus instantiæ labitur, & quãdo sunt inepti, & crassi, nec intelligunt, an sit probatum. idem tenet Ias. d. §. curare. Inst. de act. nu. 30. vide Dec. in l. actus legitimi. ff. de reg. iur. num. 9. & Rip. in l. Stichus qui meus erit. ff. de leg. 1. num. 3.

b Limitatam ex forma statuti. Adde Deci. † in Rub. C. qui admit. in
38 1. lect. nu. 7. & in Rub. extra de appel. col. pen. num. 13. consi. 5. In causa dominæ Mariæ, in princ. consi. 8. viso puncto. num. 4. & consil. 18. viso puncto, num. 5. & alia per eum adducta, in quibus causa breuitatis non insisto.

c Talium legatorum. Adde ℘ delegatus † non exequitur sententiam
39 suam, sed ipsa exequitur per ordinarium scdm tex. in l. à diuo Pio, in prin. ff. de re iud. ibi, ij qui eos dederant, & gl. in verbo à se. Bar. ibid. nu. 14. tex. in l. properandum. §. fin autem reus, iuncta gl. in versi. ad maiorẽ C. de iudi. Alex. in d. l. à diuo Pio, nu. 6. Abb. in c. si quis contra clericum. nu. 34. vbi videtur distinguere de iure canonico & ciuili, extra de foro compet. Verum hoc procedit in delegato ab inferiore à principe per superius dicta, & scdm eundẽ Abb. in d. c. si quis contra clericum. nu. 31. & in c. significasti, extra de offic. deleg. nu. 6.
40 quod † quidem cum temperamento procedit, vt delegatus à principe infra annum exequi possit sententiam suam, & non vltra, per text. in c. quærenti, extra de offic. deleg. & in proprijs terminis consultationis nostræ ℘ delegatus non potest facere reseruationem, & si fecerit, est nulla, voluit Bart. in l. ab exequutore. ff. de appel. nu. 11. 1
& Bal. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. num. 12.

d Fauore personarum. Adde ℘ fauore † pauperum & miserabilium
41 personarum. vt sunt viduæ & pupilli, causa debet videri summariè & sine solutione sportularum, vt est tex. in Auth. de manda. princ. §. 2
sit tibi quoq; ibi, vilium, &c. & ibidem Bar. nu. 1. tex. & glo. in l. non nunquã. §. 1. ff. de iud. in ver. vel personæ, & in l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de off. præsi. Rober. Maran in suo Spec. aur. ord. iud. dist. 8. nu. 77.

e Et super vtroque pronunciare. Adde ℘ † causa conuentionis & re-
42 conuentionis debet eadem sententia terminari, scdm Bar. in Auth. & consequenter, versi. item dictæ causæ, nu. 4. C. de senten. & interloquuto. om. iudi. & licet dicat ibi, ℘ primo debet ferri vna, & postea altera, tamen non contrariatur, quia sensus est, ℘ ambæ causæ in
43 vna sententia debent poni † in eadem charta scripta, verum primo debent scribi capita conuentionis, & postea reconuentionis scdm ordinem ipsarum causarum, sed vnum post aliud immediate legi, & proferri debet, & quo ad vnicam scripturã dicitur vnica sententia, vt declarat Abb. in c. 1. extra de mutuis petitio. nu. 8. Spec. titu. de reconuen. §. videndum. nu. 3. quo vero ad iuris dispositionem duæ dicuntur sententiæ, quia duo capitula sunt. l. etiã. ff. de mino. l. quędam mulier. ff fam. ercis. & optimè declarat idem Rober. Maran. in suo Spec. aur. ord. iud. in 6. dist. q. 1. nu. 8. & sequen. Quinct.

ARGVMENTVM.

Statutum de compromisso inter affines, & de ipsius intellectu & si disponat, quòd laudum non possit querelari, nec retractari, sed debeat exequi, an eo non obstante possit ab eo appellari, & de nullitate dici quando non fuit facta commissio secundum formam statuti.

SVMMARIA.

1 *Statutum de compromisso si sunt affines non refert super quo quæstio sit.*
2 *Intellectus ad statutum de compromisso inter affines, & num. 5.*
3 *Coniunctio inter litigantes meretur lites abbreuiari.*
4 *Quæstio seruitutis est modici præiudicij.*
6 *Non dicitur negligens in committendo causam, qui dat confidatos, & num. 11.*
7 *Deficiente conditione sub qua datur potestas deficit iuris dispositio.*
8 *Statutum, quòd dentur confidati non arctat, vt dentur tot inter quos sint aliqui nominati per alteram partem.*
9 *Periculosum est sub suspectis litigare.*
10 *Ad impossibile nemo tenetur.*
12 *Ea ratio quæ militat in reo debet militare in actore, quia æqualitas est seruanda in iudicijs, num. 13.*
14 *Par contumacia mutua compensatione tollitur.*
16 *Officialis potest partes cogere realiter, & personaliter ad se concordandum in aliquos iudices, & quando. num. 15.*
17 *Pars negligens dare confidentes committitur decisio electis per alteram partem tantum.*
18 *Quando officialis debeat venire ad coactionem.*
19 *Qui non seruat formam statuti sine potestate procedit.*
20 *Commissio facta amicis tantum vnius partis non valet altera parte non existente contumace. & 21.*
22 *Sententia lata ab arbitris ab vna tantum parte electis non valet, & quando.*
23 *A sententia commissariorum electorum ex forma statuti non datur appellatio à l. libris infra.*
24 *Sententia arbitrorum electorum contra formam statuti potest dici nulla.*
25 *Reductio sententiæ ad arbitrium boni viri habet locum in sententia valida.*
26 *Sententia nulla potest dici vsque ad triginta annos.*
27 *Commissio nulla facit sententiam nullam, & ratio. num. 28.*
28 *Compromissum, vt valeat requirit eandem solennitatem quam requirit venditio, & quare, & quomodo intelligantur.*
29 *Statutum quod altera tantum pars possit eligere arbitros requirit citationem alterius partis.*
30 *Contumax quis dicatur.*
31 *Forma à statuto data, & omissa vitiat processum.*

CONSILIVM XXXV.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Ad primum respondetur, quòd si dicti litigantes sunt inter se attinentes intra gradum de quo loquitur statutum, locus fuit dispositioni ipsius, de compromissis fiendis & potuerunt ad hoc cogi, licet non esset quæstio inter eos de aquæductu vel stillicidio, vel aquæ seruitute, vel de terminis ponendis, vel *diuisionibus*, seu dependentibus à prædictis. † Nam tunc hoc *requiritur* quando non essent coniuncti secundum formam *dicti* statuti, si autem sunt coniuncti, tunc non refert super quo sit *vel* vertatur quæstio. Et iste est verus intellectus dicti statuti, alias esset superfluum, † dum primo disponit quando est *contentio* inter coniunctos si requireretur, tunc quòd esset quæstio de prædictis seruitutibus, cum postea dicat, quòd etiam inter quascunque singulares personas si sit quæstio de prædictis sit locus actioni prædictæ, quòd etiam non debet, si alius sanus intellectus dari potest statuto. l. 1. §. fin. ff. ad Municip. & ibi nota. sed hic dari potest (videlicet) vt illa verba habentes quæstiones occasione aquæductus, determinet verba immediatè precedentia (videlicet) vt inter singulares psonas, &c. vel omnia quæ sequuntur ab illo versiculo si inter habitantes in eadem domo, &c. Quia in præcedentibus loquitur de coniunctis, inter quos sola coniunctio dedit causam edicto, seu statuto condendi. Postea ab illo versiculo inter habitantes, &c. loquitur de non coniunctis, vbi qualitas causæ vertentis inter eos hoc operatur, vt vtrumque recte, † nam & sola coniunctio inter litigantes meruit lites abbreuiari, ad quod pertinent compromissa. l. prima. ff de arbitr. & inter alios non coniunctos prolongari plus cautas, in quibus de modico agitur præiudicio, & facilius oriuntur, maximè inter vicinos tam personas singulares, quam communia, cuiusmodi

sunt

sunt quæstiones seruitutum realium vel confinium, seu diuisionum, ergo &c. argumen. l. thesaurus. & l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. & quod not. Bart. in l. cum de in rem verso. ff. de vsufru. vbi dicit, in
4 † quæstione seruitutum agi de modico præiudicio, iuncta etiam l. 3. C. fini. regund. & in intelligendo dictum statutum euitatur superfluitas, & datur rationabilis interpretatio. Ad secundum quæsitum respondeo, quòd prædicti officiales non potuerunt virtute dicti sta-
a tuti committere causam istam eo modo quo commiserunt, *a* quia
5 † statutũ prædictum dat eis potestatem committendi amicis com-
b munibus electis per alteram tantum partem *b* conditionaliter, si alter esset contumax seu negligens in eligendo communes amicos,
6 quæ conditio (vt dicitur) non extitit, † quia non fuit contumax, *c*
c vel negligens cum dederit (vt dicitur) quamplures, & vltra centum
nec habebat plures confidatos quos dare posset, de quo standum e-
7 rat assertioni suæ. argum. l. qui poterat. ff. ad Trebellia. deficit † ergo statuti dispositio, & etiam potestas tributa officialibus per ipsum, postquam deficit conditio sub qua data fuit. C. ad Trebellia. l. iubemus. §. pen. Nec obstat si dicatur, quòd inter illos datos non erant a-
8 liqui q concordarent cum datis ab agentibus, † quia dico quòd statutum non dicit, quòd debeant tot dari, quòd inter eos reperiantur aliqui, quos etiam altera pars dederat, nec est credendum, q statutum voluerit hoc onus inũgere, q posset esse multum difficile, sicut erat in casu præsenti, quia locus vbi quæstio agitatur est partialis, & omnes hoĩes ibi existentes sunt in duas partes, vnde reus con uentus non tenebatur dare de partialibus aduersarij sui, sed de pro-
9 prijs tantum, quia de alijs nõ poterat confidare, & † periculosum est sub suspectis litigare. l. apertissimi. C. de iudi. sufficere ergo debet, quòd dederat illos, quos dare potuit confidatos, nec arctabatur plu
10 res dare, si plures non habebat † cum ad impossibile, &c. C. de his, quibus vt indignis. l. si ideo. & ibi not. in glo. satisfecit ergo statuto dando illos, & asserendo se non habere plures confidatos, quia & sic erat præsumendum alio non apparente, argumen. eius quod no.
11 glo. ff. de proba. l. cum lege, ideo † non potest dici fuisse negligentem vel contumacem in dando communes amicos, & sic non poterat officialis committere electis per alteram partem, tanquam isto existente contumace & negligente cum non esset, & hoc esse verum
12 patet, † quia qua ratione posset iste reus contumax & negligens, quia non dedit tot, qui cum aliquibus essent concordes, eadem ratione dici posset contumax ipse actor, quia idem fecit. Nec obstat quòd actor dedit plures, quia statutum non considerauit numerum datorum, nec pluralitatem, nec plus vnam partem, quam al-
13 teram, † & in iudicijs æqualitas est seruanda, nec plus debet licere,
14 vni parti, quam alteri, vt in regul. iur. † Constat autem, quòd par contumacia vel negligentia mutua compensatione tollitur. l. viro atque vxore. ff. sol. matr. & de compensatio. l. si ambo. non ergo fuit locus illi particulæ statuti, quæ ponitur in versiculo etsi alter dictorum litigantium esset contumax, vel negligens, &c. fuisset enim illi locus si nullus communes amicos dedisset, similiter non foret illi locus, si in dandis per vtranque partem fuerint aliqui in quibus concordassent, quia illi debuissent assumi, non autem potuisset
15 causa committi electis per alteram partem tantum, quia † ergo quælibet pars dedit quamplures & in nullo concordant, & reus as- a
serit se non habere plures, dico quòd erat locus præcedenti parti-
16 culæ statuti, quia † debebant officiales eos cogere realiter & personaliter per prohibitionem cibi & potus, ad concordandum in aliquos. nam illa particula non nisi, in isto casu locum habere potest, vt patet ex præcedentibus, si enim in aliquibus concordassent non erat necessaria coactio, quia illi debuissent assumi per iudicem. Item
17 si † alter dedisset confidatos, alter nullos dedisset similiter non fuisset locus illi particulæ de coactione, sed debuisset committi electis per alteram partem. Non ergo constat alius casus in quo præ- b
cedens particula de coactione possit habere locum, nisi iste quando quælibet pars amicos dedit, & altera, vel ambo dicunt se non habere plures, quos dare possent, & tamen inter datos nullus est in c
18 quo partes ambæ conueniant, debuerunt † ergo dicti officiales venire ad dictam coactionem, & aliter faciendo non seruauerunt
19 formam siue mentem dicti statuti, & per † consequens sine potestate aliqua hoc fecerunt, quam constat eos non habuisse in committendo suspectis, & in forma exorbitanti, nisi quatenus à dicto statuto concedebatur eis, & sic non valuit commissio. argumen. in cap. ex parte astensi. de præben. ante finem ibi videtur institutio facta occasione consilij memorati, &c. Ex his patet responsio ad tertium quæsitum quòd dicta commissio non potuit fieri amicis tan-
20 tum productis pro parte dictarum dominarum agentium, † quia pars rea non fuit contumax, vel negligens, in eligendo communes amicos, aliàs fieri potuisset. Et etiam patet responsio ad quartum dubium, quòd dicta commissio non valuit, & sic primum & quar-
21 tum dubium videntur superflua, attento secundo dubio, † quia vel potuerunt committere tanquam reo existente contumace, & tunc committere potuerunt electis per alteram partem. Aut non potuerunt committere tanquam reo non existente contumace, & tunc illis committere non potuerunt, sed hic non potuerunt, superfluum ergo est quærere, an si prædicti officiales potuerunt committere, vel dictam commissionem facere, vtrum fieri potuerunt amicis tantum electis per dictas dominas, & an dicta commissio
22 valuerit, & † similiter sententia eorum. Cod. de Pedane iudici. l. 4. Ad quintum, sextum, & septimum dubium quæ non comprehendo quid sibi velint, Respondeo quòd si dicta commissio fuisset fa- d
cta, secundum formam statuti *d* non posset pars rea, † contra sen-
23 tentiam dictorum commissariorum, dicere de nullitate nec petere eam reduci ad arbitrium boni viri, si erat à quinquaginta libris infra, nec ab ea querelare nec appellare, nec aliud remedium habere, sed si esset à dicta quantitate supra tunc idem potuisset peti noua commissio, & hoc dicit statutum supra relatum, verum quia non fuit facta dicta commissio, secundum formam & mentem dicti statuti, pars contra quam lata est non subijcitur dispositioni dicti statuti, vt excludatur à iure dicendi nullam, vel vt teneatur infra
24 tempus statuti petere causam de nouo committi. † Imò potest eam nullam dicere. l. si expressim. ff. de appellatio. cum ibi not. quia statutum excludens à iure dicendi nullam, loquitur de sententijs latis ab arbitris electis secundum quòd supra dixerat, quod hic non
25 est, nec † habet necesse pars rea petere eam reduci ad arbitrium boni viri, quia illud habet locum quando sententia esset valida, sed contineret iniquitatem, vt l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. quod hic non est. Et similiter non haberent petere nouam com-
26 missionem fieri, per eandem rationem. Potest † ergo quandocunque vsque ad triginta annos, dicere dictam sententiã nullam, iuxta ea quæ habentur in l. si expressim. Posito etiam quòd per errorem potuisset causam de nouo committi, tãquam illa sententia non fuerit nulla ex dicto defectu. arg. ff. fami. ercis. l. qui familiæ. C. de iur. &
27 fact. igno. l. cum falsa. Concludo ergo † quòd dicta commissio non valuerit, & per consequens nec dicta sententia, vt d. l. 1. C. de Pedan. iudici. potest pars rea ipsam dicere nullam, tam excipiendo, quam agendo non obstante dicto statuto, quod locum habet solum in sententijs latis ab illis, qui secundum formam dicti statuti fuerunt electi, alias statutum non intelligitur dare robur tali sententiæ & sic quandocunque poterit de nullitate allegare, iuxta ea quæ habentur in d. l. si expressim. ff. de appellat. l. quarta. §. condemnatum. ff. de re iudica. per Bart. Nec obstat quòd dicta commissio fuerit postea per
28 pronunciationem eiusdem iudicis confirmata, † quia continet eundem errorem, & sic fuit nulla, vt dict. l. expressim. Nec etiam obstat, quòd reus tunc videatur asseruisse se nolle dare confidatos, & nolle compromittere, quia (vt mihi dicitur) licet in actis reperiatur scriptum, tamen falso modo scriptum est, sed quòd dixit se dedisse quos habebat, & quod alios non habebat quos dare posset, quòd si ita est sufficit. Laus Deo. Ego Paul. de Cast. &c.

ADDITIONES.

a Eo modo quo commiserunt. Adde q ad validitatem compromissi requiritur ea solennitas quę requiritur in alienando, quia per compromissum posset alienari, secundum Abb. in cap. cum tempore, de arbit. nu. 1. 2. & 3. vlt. notab. allegat not. per glo. in l. nulli. ff. de transact. tex. in l. non solum. C. de prædi. mino. in princ. & ibid. gl. in verbo possunt. Quod intelligendum est in rebus principis ecclesiæ, vel minoris secundum Capic. dec. sac. consi. Neap. 93. num. 3. Dec. consi. 445. num. 26. & 27.

b Per alteram tantum partem. Adde q † statutum dans potestatem
29 committendi compromissum amicis per alteram tantum partem electis requirit citationem alterius partis, aliàs frustra committitur secundum Capic. dec. 5. consi. Neap. 93. num. 5.

c Contumax vel negligens. Adde † q contumax is dicitur, qui su-
30 perbus & inflatus efficitur contumendo in se ipso, nolendo obedire, ideo iudici efficitur iniuriosus, secundum Card. in Clemen. 1. de dolo & contuma. colum. 8.

d Secundum formam statuti. Adde † q quicquid dictat statutum
31 si modus & forma vel ordo illius ad vnguem non seruatur, processus est nullus. c. cum dilecta. extra de rescript. c. venerabili. de offic. deleg. docet Bald. in l. prolatam. C. de senten. vers. & not. quòd post num. 7. & in l. humanum. C. de leg. nu. 3. Dec. consi. 10. nu. 3. & 4. Viso puncto, & consi. 439. nu. 5. & consi. 434. in princ. & consi. 466. num. 3. Ang. consi. 126. Testamenti factio num. 2.

ARGVMENTVM.

Si vsufructuarius emat proprietatem vtrum teneatur reuende-

re proprietatem cum vsufructu consanguineo venditoris,qui ex forma statuti potest auocare rem venditam ab emptore.

SVMMARIA.

1 *Vsusfructus extinguitur per acquisitionem proprietatis iure consolidationis.*
2 *Vsusfructus extinctus non reuiuiscit per resolutionem proprietatis.*
3 *Stante statuto quòd propinquus possit rem venditam reuocare emptor pro eodem precio tenetur reuendere vna cum incremento ex alluuione rem emptam.*
4 *Renunciatio facta de vsufructu operatur, vt de eo agi non possit.*
5 *Renunciatio porrigitur ad eum casum quo potest aliquid operari.*
6 *Vsusfructus forma extinguitur per acquisitionem proprietatis non tamen substantia.*
7 *Vsusfructus formalis efficitur causalis extincta forma.*
8 *Debitor extinguit pignus dando rem pignoratam creditori, & in ea potior est quam sequens.*
9 *Emptor qui habet vsumfructum & emit proprietatem afficitur graui iniuria si cogitur ipsam reuendere cum vsufructu pro eodem precio quo emit.*
10 *Consensus præstitus alicui directè nec indirectè quis potest contra eum venire.*
11 *Vsusfructus causalis non habitus ex causa emptionis iniquum est quòd reuendatur cum fundo empto stante statuto quòd propinquus possit rem emptam aduocare.*
12 *Vsusfructus consolidatus cum proprietate per delictum non retinetur in casu aduocationis proprietatis.*
13 *Vsusfructus consolidatus cum proprietate quando acquirens sciuit posse aduocari proprietatem non retinet vsumfructum.*
14 *Extraneus emens rem,quam scit posse ab eo aduocari ex forma statuti non delinquit sed aperit viam propinquo acquirendi.*
15 *Emptio non debet dimitti propter timorem statuti.*
16 *Vsusfructus causalis creatus de præcedenti natura vsusfructus qui de forma conuersus fuit in materiam.*
17 *Mulier præsumitur habere ignorantiam iuris communis, vel municipalis.*
18 *Intellectus.l.si tibi.ff.quibus mod.vsufru.amit.*
19 *Vsusfructus transit cum proprietate quando vsufructuarius sibi prospicere non potest.*
20 *Vsusfructus admissus ex errore datur repetito ex l.*
21 *Proprietarius tenetur pati vtifrui vsufructu vsufructuarium quadam obligatione continua.*
22 *Proprietarius eo ipso quòd vendit proprietatem desinit teneri illa successiua obligatione.*
23 *Qui soluit quod debet ipso iure est liberatus.*
24 *Factum venditoris non debet prodesse propinquo & quomodo intelligatur,num.25.cum limitationibus.num.26.*

CONSILIVM XXXVI.

IN CHRISTI NOMINE,& eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Videtur dicendum dictam Dominam teneri ad reuendendum plenam proprietatem, vna cum vsufructu duplici ratione,
1 Primo, † quia per acquisitionem proprietatis vsufructus fuit extinctus iure consolidationis, cum non possit ipsum habere in re propria.ff.de vsufruct. pet.l.vti frui.in princip.l.si seruus. ff. quibus modis vsufruct. amit.vnde licet acquisitio proprie-
2 tatis resoluatur agente dicto propinquo, vt sibi reuendatur, † tamen vsufructus extinctus non reuiuiscit,sed trãsire debet proprietas pleno iure ad dictum propinquum.ff.quibus modis vsusfruct. amit.l.si tibi,vbi videtur casus de hac quæstione.ff.de legat.2.l.cum
3 filius. §. dominus. Secunda ratio est,quia † si petiæ terræ post emptionem per alluuionem aliquid accederet, sine dubio teneretur ista Domina,vna cum illo incremento pro eodem precio reuendere.argumen. ff. de vsufruct. l. item si fundi. §. hinc vicinus,ergo & cum isto incremento vsusfructus, qui consolidatus est proprietati
4 ad similitudinem incrementi alluuionis.Præterea †& tertio dicitur quòd ista Domina renũciauit huic vsufructui,post factam emptio-
5 nem ergo de ipso retinendo contendere non potest, † quia renunciatio prædicta porrigi debet ad hunc casum, quo potest aliquid operari,videlicet,si propinquus petat reuendi,non autem ad casum, quo non petat,quia tunc nihil foret operatura, argumen.l.si quando.ff. de legat. 1. iuncta l.quæritur.§.si venditor. ff.de ædil.edict.& C.de rebus credit.l.si quis iusiurand.de remissio.pigno.l.fina.cum similib.In contrarium facit quòd prædicta Domina possit retinere vsumfructum prout prius licebat, vt teneretur reuendere solam proprietatem sicut ipsam solam emit. ff.de vsufruct.l.dominus.in a
princ.ff.de vsufruct.leg. l.4.qũæ incipit si pure,quòd etiam ratione
6 ostenditur,nam † licet per acquisitionem proprietatis extincta fuerit forma vsusfructus,non tamen fuit extincta substantia,quia de
7 † formali effectus est causalis,vnde cum adhuc duret substantia seu effectus eius emolumentum non videtur extinctum,sed idem vsusfructus durare. C. si certum petat. l.si ex precio,vbi bene probatur in ratione sui, ibi dum dicit etiam obligationis non defecerit substantia,&c.Pro hoc optimè facit l.1.C.si antiquior creditor,vbi
8 † si debitor rem pignoratam dederit insolutum creditori licet extinguatur pignus quo ad formam.l.neq; pignus.ff.de regu.iur.non tamen dicitur extingui quo ad substantiam,vel effectum.Hinc est q; in re illa adhuc potior est, quam sequens creditor,qui non admittitur ad agendum hypothecaria contra eum, nisi sibi offerat,quòd sibi debebatur,sicut offerre tenebatur antequam insolutum tradita
9 esset illi.Præterea † graui iniuria afficeretur dicta Domina si pro libris octingentis tenetur reuendere proprietatem cum vsufructu, seu proprietatem plenam. cum pro eis tantum nudam proprietatem habuit, quòd fieri non debet.argument.l.2.§.primo. ff. de his,
10 qui sunt sui vel alien.iur.maximè quia † ipse propinquus,qui nunc agit(vt sibi reuendatur) consensit in concessione vsusfructus facti illi Dominę & sic nec directò,nec indirectũ põt petere,vt per se reuertatur.arg.d.l.vni.C.de remiss.pign.& ff.quib.mod.pig.vel hypo.
11 soluitur.l.sicut.§.si voluntatẽ. Præterea † dicta Domina non censetur habere dictum vsumfructũ causalem ex causa emptionis,vt ff. de euict. l. Vaccæ,cũ tanto minus emerit propter hoc,quia apud eã erat vsufructus, sed dicitur habere ipsum ex prima causa licet non modo quo prius,quia prius habuit in forma nunc habet in substantia tantùm,igitur iniquum esset,quod compelleretur eum tradere cum proprietate,quia statutum loquitur solum de his, quæ vendita seu alienata sunt sine voluntate propinqui,& hic non est huiusmodi nisi in sola proprietate. Breuiter ista quæstio mouetur formaliter per doctores in l. si maritus. Cod. de inofficio. testamen.& quidam distinguunt, aut proprietarius acquisiuit proprietatem cum
12 sorte,seu delicto,& tunc † vsumfructum extinctum per talem acquisitionem non potest retinere, aduersus petentem rei venditionem.l.propter veneri.§.neptis.ff.ad Sylla.de iure fisci.l.eius qui de-
13 latorem.§.fin.Aut † sine delicto & tunc aut sciuit illam consuetudinem,vel statutũ,qua vel quo poterat cõpelli ad venditionem rei,& idem per gl.d.l.si maritus.Aut ignorauit,& tunc secus.Pet. vero de Bellapertica (vt refert Cynus) tenet, quòd quando sine delicto acquisiuit possit retinere talem vsumfructum, etiam si illam consuetudinem vel statutum sciuit pro quo facit, quia iura,in quibus glo. ibi posita,se fundat,loquuntur de acquirente proprietatem cũ delicto,vt contingit cùm hæres adit hæreditatem non sumpta vindicta de morte defuncti. l.1.ff.de his quib.vt indig.non aũt loquuntur de simpliciter sciente posse sibi auferri propter aliud,q̃ propter
14 delictũ, prout est in casu nostro. Nam † licet extraneus emat rem, quam scit posse sibi auferri per propinquũ ex forma statuti vel consuetudinis, non propterea delinquit cùm nullam iniuriam faciat alicui,sed potius aperit viam propinquo acquirẽdi quod ante venditionem non poterat acquirere, & potest sperare, quòd propin-
15 quus non petat reuenditionem,tamen † non debuit dimittere emptionem, propter timorem statuti, vel consuetudinis,argum.l.illud. ff. de acq. hæred.& scdm hoc esset ibi determinatio Petri pro ista Domina,vt solam proprietatem teneatur reuendere retento vsufructu q; interdum fit, vt l.fundũ cùm mihi venderes.ff.de actio. emptio. non dico q; vsusfructus extinctus reuiuiscat,sed erit alius vsusfructus.ff.de verb.oblig.l.stipulatio ista.§.si quis ita stipulatus, qm̃ potest sibi creare retinendo,vt l.si binarũ.ff.de ser.vrb.prædio.
16 l.sed & si me.§.cùm inter.ff.de condi.indebit.quia † creatur ex præcedenti natura primi vsufructus, qui de forma conuersus fuit in materia,ac si vas argenteum reductũ fuerit ad massam,& postea eadem massa reduceretur in formam alterius vasis similis primo, censetur enim primum vas.arg.l.filio.§.Titia.ff.de conditio.& demonst.& posito quod prima opinio esset vera,adhuc idem esset di-
17 cendum, † & in muliere præsumitur ignorantia iuris communis, vel municipalis. l. cùm de indebito.§. fin autem is.ff.de probat.Bal. autem ibi distinguit,an statutum transferat in propinquũ ius venditionis, an aũt solùm disponat alienationem rescindere, & hoc secundo casu tenet idẽ q; supra ,pximè dixi,& ista determinatio facit pro hac muliere, quia hic non transfert,sed rescindere posse disponit. Quia igitur pars ęquior & rationabilior esse videtur. Idcirco visis statuto prędicto & instro venditionis,nec non instro concessionis vsusfructus, ac etiam petitione dicti propinqui,dico hanc partem potiorem q; dicta Domina non tenetur reuendere nisi nudam proprietatẽ, a retẽto sibi vsufructu quousq; vixerit prout prius ha-
18 bebat.Nõ obst.l.si tibi.ff.quib.mod.vsufr.amit.quia † ibi recedebat

proprietas

proprietas ab ipso quondam vsufructuario nunc proprietario sine facto ipsius,quia fuerat alteri sub conditione legata & ipse vsufructuarius pendente conditione acquisiuit ab hærede,deinde extitit conditio,& sic resoluitur acquisitio & transit in legatarium etiam ipso vsufructuario quondam ignorante, iuxta not.in l.seruo legato,de legat.1.in §.primo.in l.fin. § sin autem.C commu.de leg.me-
19 rito transit cum iure vsusfructus secum consolidato, † quia sibi prospicere non potuerit, sed in casu nostro habet transire mediante venditione fienda per istam Dominam, & aliter transire non potest, ipsa autem Domina potest vendendo sibi retinere vsumfructum,nec cogitur vendere, nisi sibi retento eo, & sic potest sibi ipsi prospicere,quod facere non potest in dict.l.si tibi pro quo.ff.de condition. indebit.l. si in area, & quod habetur,in dict.l.si binarum.& in dict.l. sed etsi me.§.cum inter.& de conditio.indebit.l.qui exce-
20 ptionem.§.si pars.& si per errorem amitteret,daretur † repetitio per illas leges.Item non obstat renunciatio, de qua supra dixi,quia illa(vt audio)facta fuit venditori proprietatis post ipsam venditionem, qui venditor noluit amplius sibi teneri tanquam vsufructuario sicut prius tenebatur,& illud tantum fuit operata dicta re-
21 nunciatio. † Nam proprietarius tenetur quadam obligatione continua, & successiua ad patiendum vti frui, vt not.in l.corruptione. C.de vsufruct.& l.2.ff.de verborum obligat.per Doct.per l. 3.§.dare.ff.de vsufruc.Voluit ergo dictus venditor postquam desinebat esse proprietarius, amplius non teneri dicta obligatione virtute cuius si impediuisset & potuisset ad interesse conueniri,& ideo fecit se quietare,& liberari,& licet ipsa quietatio & liberatio parum
22 esset necessaria, quia † eo ipso,quòd vendidit proprietatem desinebat illa successiua obligatione teneri, tamen ad maiorem cautelam hoc fecit, & sic fuit potius declaratio sublatæ obligationis.
23 quàm ipsa sublatio, prout in simili contingit in eo qui † soluit, quod debet,quia licet hoc ipso iure sit liberatus,tamen adhuc se fecit liberari per instrumentum,iuxta not.per Barto.in l.3.§.nunc de effectu. ff.de liberatio.legat.& hoc etiam bene probatur in l.si ser-
24 uus.ff.quibus modis vsusfruct.amitta.in verbo liberabitur, † non autem per hanc quietationem factam ipsi venditori perdit ius retentionis vsusfructus, quòd habet aduersus dictum propinquum, quia sic factum venditoris prodesset propinquo,quod esse non debet,sed ipsi soli venditori prodest,per l.si actionem.C.de pact.vbi casus. Concludo ergo,vt supra dixi. Laus Deo Saluatori.Ego Paulus de Castro,&c.

ADDITIONES.

a Nisi nudam proprietatem.Ad decisionem † huius consultationis.
25 Adde quòd ista fuit originalis quæst.domini Cyni in l.si maritus. C.de inoffic.testamen. versi.si ista solutio est vera,vbi decidit quòd stante consuetudine q̃ proximior agnatus possit reuocare alienata, si habens vsumfructum in rem emat eam quo casu vsusfructus est consolidatus cum proprietate proximior agnatus reuocat venditorem & decidit, quòd vsusfructus remanet emptori prout ante emptionem proprietatis habebat, secundum quam consultus respondit Paulus prædicto consilio,& ipsam tenuit Alber.de Rosa.in tracta.de statu.quæstio.91.lib.1.sed pone aliquis habebat vsumfructum.& in l.propter veneni.§.neptis.ff.ad Sylla.in princip.versi.& facit ad quæst.si vsufructuarius,quam sequuti sunt. Bald.in tracta. iure prothomiseos.in princ.num.7.Dom.meus doctiss.M.Mantua. Bonauita in tracta.prædicto. in princ.nu.27.vbi pro & contra plura congerit ad saturitatem.& D.Matth.de Afflict.in d.tract.in prin. nume.40.& est communis opinio ex relatis dictorum doctorum in præcitatis locis.
26 Limitatur tamen dicta communis opinio non † procedere quando interuenit delictum,ex parte ementis & habentis vsumfructum poterat reuocare venditionem quo casu sibi imputet,sciebat consuetudinem vel statutum quod proximior agnatus secundum Cy. & Alber.in præcitatis locis.

ARGVMENTVM.

Vtrum vxor præferatur in hypothecaria creditoribus mariti in augmento dotis constante matrimonio sibi facto,& quid de iure communi & quid de iure municipali,& quæ dicatur hypotheca expressa & quæ tacita, & si ipsa vxor habet expressam hypothecam, & creditores tacitam,an ipsa præferatur vel creditores.

SVMMARIA.

1 *Vxor præfertur creditoribus mariti quo ad dotem,& num.3.*
2 *Mulier non habet priuilegium,vt præferatur anterioribus creditoribus in augmento dotis.*
4 *Augumentum dotis lex præsumit esse potius figuratum quam verum.*
5 *Intellectus Authenticæ de æqualitate dotum. §.aliud quoque capitulum.*
6 *Vxor est magis priuilegiata in dote quam maritus in donatione propter nuptias.*
7 *Quod est magis præiudiciale magis restringitur & sic augumentum dotis quam ipsa dos.*
8 *Legalis hypotheca dicitur tacita.*
9 *Expressa hypotheca dicitur quæ contrahitur ex expressa obligatione.*
10 *Intellectus ad reformationem communis Florentiæ circa prælationem dotis.*
11 *Priuilegium prælationis in l.assiduis.C.qui potio.in pign.habeantur.intelligitur in principali dote.*
12 *Mulier non præfertur fisco habenti tacitam & priorem in tempore.*
13 *Fiscus & mulier paribus passibus ambulant.*
14 *Mulier de iure communi non præfertur priori creditori habenti omnino tacitam.*
15 *Reformatio de prælatione restringitur multo magis in augumento dotis quam in originali dote,& num.16.*
17 *Intellectus Barto.contra glo.paruam in l.assiduis.C.qui potior.in pignor. habeantur.*
18 *Dos confessata post matrimonium sicut augumentum præsumitur cum fraude.*
19 *Quæ copulantur ad vnam determinationem intelliguntur eam eodem casu & tempore determinare.*
20 *Augumentum dotis non habet priuilegium sicut ipsa dos etiam si creditores confiterentur esse factum augmentum.*
21 *Probatio contra præsumptionem non facti augmenti admittitur.*
22 *Probato quod mulier recepit augmentum dotis lex præsumit quod restituit,& sic cum effectu non receperit.*
23 *Augmentum dotis fuisse factum non refert & ratio.*
24 *Confessioni mariti non debet stari,quia potest fieri in fraudem.*
25 *Forma confessionis excludentis præsumptionem iuris.*
26 *Præsumptione iuris stante cessat priuilegium prælationis.*
27 *Reformatio priuilegians dotem non intelligitur priuilegiare augumentum dotis.*
28 *Tacita hypotheca non est deterioris conditionis quam expressa.*
29 *Prior tempore potior est iure.*
30 *Tacitum & expressum regulariter idem valent.*
31 *Priuilegium vxoris non est ex eo quod est hypotheca expressa.*
32 *Ratio prælationis est fauor dotis.*
33 *Hypotheca vxoris etiam expressa in augumento dotis non habet priuilegium.*
34 *Hypotheca durat durante tempore extimi,quia consummatus est effectus introductiuus obligationis.*
35 *Hypotheca non finitur nisi facta solutione.*
36 *Facto datur voluntas intelligi.*
37 *Intellectus ad statutum communis Prati sub Rubri.quòd mulier habens tenutam,&c.*
38 *Fructus sicut proprietas sunt obligati anteriori creditori.*
39 *Priuilegium prælationis non habet augmentum dotis sicut ipsa dos.*
40 *Priuilegium prælationis datur mulieri in bonis propter nuptias donati.*
41 *Dotis augumentum mulieri factum constante matrimonio non habet priuilegium prælationis.*
42 *Mulier præfertur fisco in instrumento eodem die confecto.*
43 *Dotis augumentum constante matrimonio per maritum factum præsumitur in fraudem.*
44 *Probatio per partis confessionem admittitur contra præsumptionem iuris & iure.*
45 *Dos posterior cum hypotheca expressa præfertur anteriori hypothecæ tacitè.*
46 *Collectas soluere spectat ad possessorem & in quibus collectis intelligatur,num.47.*

CONSILIVM XXXVII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ,Amen. Quanquam multa copiosè scripta & allegata sint pro vtraque parte super dubijs instrumentis,clara tamen & indubitata est responsio super singulis in fauorem communis Prati, priorem hypothecam licet etiam tacitam prætendentis, & debet præferri dictæ Dominæ in bonis viri,causa dicti augmenti dotis ducentorum florenorum quod dicitur fuisse factum,etiam si verè factum fuisse probaretur,aliter quam per confessionem viri,licet † quo ad primitiuam dotem præferatur vxor virtute reformationis communis Florentiæ hoc expressè disponentis.Et quantum ad primum quæsitum resecatis superfluis est casus expressus, & quando fit augumentum dotis constante matrimonio de rebus mobilibus

mobilibus etiam à muliere non habente immobilia, talis mulier
2 pro tali augmento † non habet priulegium, vt præferatur credi-
toribus anterioribus tacitam hypothecam prætendentibus, quòd b
à iure communi solet mulieribus dari, per l. assiduis. Cod. qui po-
tior. in pignor. habeantur. sed illud est verum in antiqua dote, non
3 autem in tali augmento, quod † lex præsumit esse potius figura-
tum quam verum, ita clarè dixit text. in Authent. de æqualit. dot. §.
4 aliud quoq; † versicu. si autem mulier non immobilium rerum
5 habens substantiam, &c. † Nota dum dicit non immobilium re-
rum habens substantiam, &c. & sic est casus noster. Nam iste text. in
superioribus vult facere differentiam inter virum agentem ad do-
nationem propter nuptias, & virum agentem ad dotem constante
matrimonio, & vult restringere augumentum dotis, plus quam
augumentum donationis propter nuptias, (vt patet) & ne contin-
gat augumentum non ipsa fieri veritate, & maximè ex parte mulie-
ris, &c. Et deinde dat consilium, quòd si vterque coniugum possi-
det immobilia faciant augumentum in immobilibus, si non vter-
que, sed alter tantùm, vel neuter possidet immobilia, tunc vxor e-
tiam si sit illa, quę immobilia non possidet, sed tantùm mobilia, vi-
ro faciat in immobilib. priuilegiũ, quia potest de mobilibus acqui-
rere immobilia, maritus vero si sit ille qui immobilia non possidet
poterit facere in mobilibus, vt in versiculo, si autem non vtrinque.
& versiculo vir autem, &c. Deinde subdit in versicu. si autem mu-
lier, quod si ipsa etiam immobilia non domina faciat, contrarium
non habebit priuilegium nisi in antiqua sola dote, & sic illa distin-
ctio possideat immobilia, vel non, fit in ipso viro, qui primo casu
iubetur facere augumentum in immobilibus, secundo vero casu
conceditur sibi quòd faciat in mobilibus, sed in muliere talis di-
stinctio non fit, imo si vult habere priuilegium contra creditores
anteriores habentes tacitam, iubetur indistinctè facere, imo in im-
mobilibus, siue ipsa habeat siue non, & ista est clara mens & inten-
tio. dict. §. & ratio diuersitatis inter virum & vxorem, est, quòd
6 † vxor est magis priuilegiata in dote, vt præferatur anterioribus
creditoribus, quam sit vir in donatione propter nuptias, in quo
7 hoc non reperitur, vnde † quia tale augumentum dotis est magis
præiudiciale magis restringitur, secundum Docto. in Auth. sed iam
necesse, quæ sentit ex illo §. aliud. & ita determinat expresè domi-
nus Franciscus Tigrini de Pisis qui repetijt illam Auth. multum so-
lenniter, format enim expresè hoc dubium. Quid si mulier nõ ha-
bens immobilia fecerit augumentum in rebus mobilibus, an care-
bit illo priuilegio prælationis, & arguit primo q; non per illum tex.
à contrario sensu, dum dicit, si enim mulier immobilis substantiæ
domina, &c. Sed contrarium determinat per illum tex. in corpore,
vnde sumitur vbi expressum est (vt dixi) & sic in d. Authen. sed iam
necesse, verba illa immobilis substantiæ domina, &c. non fuerunt
bene posita à Guarnerio cùm ex corpore non sumantur, sed potius
contrarium, & debet ibi subaudiri maximè. Ex quibus concluden-
do dico, q; ista domina sine dubio in isto augumento non habet pri-
uilegium de iure communi, vt præferatur communi Prati, haben-
ti hypothecam priorem in tempore, etiam si dicamus q; sit tacita, q;
8 est verum cùm sit legalis, seu statutaria, & omnis † legalis dicitur ta-
9 cita, competit etiam partibus nihil de ea dicentibus, & illa † sola di-
citur expressa, quæ contrahitur ex expressa conuentione partium,
& hoc patet in titulo quib. mod. pignus tacitè contrahatur. ff. & C.
vbi in casibus ibi enumeratis dicitur contrahi, & tamen lex in eis
eam expresè inducit. Reformatio autem communis Florentiæ dis-
ponens, quòd commune Florentiæ habens expressam hypothe-
cam, debet intelligi sanè, scilicet, non quòd sit propriè expressa, sed
quod habetur vt expressa. Ex his etiam infero, quòd non habet ista
domina priuilegium prælationis, ex forma dictæ reformationis,
præferentis eam communi Florentiæ, & cuilibet alteri communi-
tati, etiam habenti anteriorem, virtute reformationis prædictæ, &
10 alterius factæ ab officialibus & hoc propter duo, primo † quia
dicta reformatio, non censetur dare nouum priuilegium, sed anti-
quum concessum mulieri, à iure communi per l. assiduis, extende-
re contra dicta communia, & sic debet intelligi dicta reformatio
secundum leges de dicta materia loquentes. arg. l. non & posterio-
res. ff. de legi. Cod. de noxal. l. 2. & quod not. in l. fina. §. in computa-
tione. C. de iure deliberan. in fin. gloss. magn. sed d. Authen. §. aliud.
11 interpretatur, & disponit q; † priuilegium prælationis d. l. assiduis
a intelligatur duntaxat in principali dote non aũt in augumẽto, a eo
casu quo factum fuit constante matrimonio, & in rebus mobili-
bus, ergo de eodem non intelligit prædicta reformatio, & extensio,
quæ per eam fit. Secunda ratio est, quòd posito quod concederet
priuilegium nouum, tamen dicta confesio est contra ius commu-
12 ne, in duobus, primo quia de iure communi mulier † non præ-
fertur fisco habenti tacitam, & priorem in tempore, sed duntaxat
13 priuato, quia † fiscus & mulier paribus ambulant, b & non præ-
fertur qui prior est ipsorum in tempore. Cod. de priuil. fisci. l. 2. ff.
qui potior. in pignor. habeantur. l. fin. ff. de iure fisci. l. si is qui, & ibi
plene not. sed ista reformatio redigit commune Florentiæ quod
habet iura fiscalia, tum ex forma suorum statutorum, tum quia su-
periorem de facto non recognoscit, iuxta not. in l. hostes. ff. de ca-
ptiu. per Bartol. & l. ambitiosa. ff. de decret. ab ordin. facien. & per
Cynum in l. ea. l. ante fin. C. de condictio. ob caus. ad instar priuati
ex quo vult, quòd mulier illi præferatur, licet anteriori in tempo-
14 re. Secundo est contra ius commune, quia de iure communi † mu-
lier non præfertur priori creditori, habenti expressam, vel tacitam
vim expresè habentem, sed duntaxat habenti omnino tacitam,
iuxta plene not. in dicta l. assiduis. Sed commune Florentiæ, virtu-
te dictæ reformationis habet expressam (quòd est intelligendum,
vt supra dixi) quia habet vim expresè, & tamen vult eadem refor-
matio, vtens in hoc humanitate, quòd mulier præferatur dicto
communi Florentiæ, & sic duplex prærogatiua dicti communis,
scilicet, quòd prius in tempore, & quia ius habet fiscale, & quia ha-
bet expressam, vel eius vim habentem succumbit vnico priuilegio
15 mulieris. Debet † ergo dicta reformatio restringi multo magis,
quam si non disponeret contra ius commune, scilicet, ad originale
dotis, in qua non est fienda præsumptio, quia fit ante contractum
matrimonium, quo tempore non est contracta affectio coniuga-
16 lis, non autem debet intelligi in augmento, † quod fit constante
c matrimonio, in quo lex de facili præsumit fraudem, c & machi-
nationem contra creditores, quia tunc cùm sit contracta affectio
coniugalis, faciliter præsumitur fraudem excogitatam, secundum
Cynum in dicta Authen. Non enim est dicendum, quod commune
Florentiæ senserit de tali augmento, quòd lex præsumit fraudu-
lentum, & in eo statuerit contra seipsum, quod fortificatur ex eo,
quia dicta reformatio loquitur, non solùm de dote data, sed etiam
confessata. Constat autem etiam secundum eos, qui scribunt pro
dicta Domina, quod in augmento confessato duntaxat, & aliter
non probato, dicta Domina non debet præferri communi Floren-
tiæ, vel Prati, quia tunc faciliter præsumitur fraus, ergo dicendum
est, quod dicta reformatio, dum loquitur de dote confessata, debet
intelligi de ipsa dote originali, & confessata ante contractum ma-
trimonium. Quo casu licet gloss. parua in dict. l. assiduis, videatur
17 velle, quod talis dos non habeat prærogatiuam, Bartol. † tamen
tenet ibi contrarium, & dicit vbique contrarium seruari, quia in-
strumenta dotium, vt plurimum de confesione attestantur, & ta-
men de facto seruatur quòd habeant priuilegium prælationis, quia
non sic de facili præsumitur fraus, in confesione, quæ fit ante con-
tractum matrimonium. In illo ergo casu debet dicta reformatio
intelligi, inquantum loquitur de dote confessata, videlicet, de ori-
ginali & confessata à principio, non autem constante matrimonio,
18 † quia in illa præsumitur fraus, sicut in augmento confessato, & ita
tenent Doctores in dicta Authent. si ergo ita est, quod inquantum
dicta reformatio loquitur de dote confessata, debet restringi & in-
telligi solum ad illam, & in illa quæ fuit confessata à principio, &
non in ea, quæ constante matrimonio, eadem ratione inquantum
loquitur de dote data, debet intelligi de illa, quæ data fuit à princi-
pio non quæ constante matrimonio, & maximè qui constituerent,
seu darent augumentando dotem prius datam, quo casu adhuc
19 maior subest præsumptio fraudis, quia † quando duo simul co-
pulantur ad vnam determinationem, intelliguntur eam pariter &
eodem casu, vel tempore determinare. ff. de legat. tertio. l. si legata-
rius. §. cum ita, per quem dicit Bart. quòd si vir legat vxori quolibet
anno decem corbas frumenti ex tali fundo, & decem libras, sicut
frumentum non debetur nisi cùm erit recollectum, ita nec decem
libræ. facit l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. Et nota quòd prædi-
cta sunt vera, etiam si prædictum augumentum factum fuisse
probetur per testes, vt not. per glo. in d. §. aliud. super verbo priuile-
gium. & doct. in d. Authen. sed iam necesse, seu etiam per instrumen
tum attestans de certa numeratione. quod etiam fatetur ille qui se-
cundo loco scripsit in fauorem dictæ mulieris, licet prius scribentes
contrarium dicant, sed non bene. Plus dicit dominus Franciscus
Tigrini in d. Authen. sed iam necesse, licet Cyn. videatur velle con-
20 trarium in dict. Authen. in 4. quæst. quòd † etiam si per confesio-
nem creditorum constaret dictum augumentũ factum fuisse idem
sit, videlicet, vt mulier non habeat priuilegium prælationis, con-
tra eos. & est ratio, quia d. Authen. non solùm præsumit augumen-
21 tum factum non fuisse, quia † tunc contra dictam præsumptionem
admittitur probatio in contrarium. l. siue possidetis. C. de probat.
sed præsumit, quòd etiam factum fuerit non tamen cum effectu,

quia

quia præsumit lex, quòd vir ex vna manu receperit, & ex altera clam
22 restituerit vxori, quia † præsumptione stante, licet constet, quòd receperit, siue per testes, siue per confessionem creditorum, remanet adhuc dicta præsumptio quòd licet receperit non tamen cum effectu, ex quo non durauit, & sic est perinde ac si non recepisset. l. si quòd. §. versum. ff. de in rem verso. l. secun. §. peruenisse. ff. de hæredita. vendita. l. concubinam. §. cum ita. ff. de legat. tertio. Non re-
23 fert † ergo qualitercunque constet augumentum factum fuisse, siue per testes, siue per confessionem creditorum, ex quo ista duo possunt simul stare, quòd vere & realiter factum fuerit, & tamen non durauerit, sed restituerit, & fictitiè facta fuit traditio. l. qui sic. ff. de solutionib. ita vult ille doctor solennis, & credo firmiter quòd ista sit veritas. Ex quibus infero, quòd probationes in casu nostro factæ pro parte mulieris, scilicet, quòd istud augumentum, verè & realiter factum fuerit, sunt impertinentes & non releuant etiam si verè & sufficienter hoc esset probatum quod tamen negatur. Quia licet probetur mulierem recepisse illam donationem à patre, & postea solutionem à dicto mercatore sibi factam, & tamen maritus illa ducenta receperit ab vxore, pro augumento dotis, non constat per ea quæ possum comprehendere ex scripturis mihi transmissis,
24 nisi per † confessionem ipsius mariti, cui non debet stari, etiam si
25 stando esset veræ probationi, quia potuit in fraudem fieri. argumen. l. Seya mancipia. ff. ad Velleianum. & quod not. Cyn. in l. vbi. Cod. de iure dotium. in 12. quæstio. & Specula. de instrumen. editione. §. postremo. versicu. sed nunquid. Fateor tamen, quòd si creditores, seu commune Prati, in casu nostro confitentur augumentum factum fuisse, & factum durasse, prædictumq; virum ipsum non restituisse vxori ex altera manu, & sic non fuisse factum fictitiè nec simulatè, quia † talis confessio excludet præsumptionem iuris resultantem ex dispositione d. Authent. tunc posset saluari dictum Doctor. dicentium, quòd contra præsumptionem iuris & de iure admittatur probatio in contrarium, per confessionem partis,
d non per testes. *d* Cùm igitur in casu nostro sit probatum, dictum augumentum factum fuisse reuera, nisi per confessionem mariti constante matrimonio, & prius quam cœpit vergere ad inopiam, & sic est contra ipsum præsumptio, quicquid dicant testes, quia ista possunt simul stare, quòd vxor receperit à patre, vel ab illo mercatore dante pro patre, & tamen nunquam tradidit marito, vel si tradidit non tamen pro augumento dotis. Quorum duorum nullum
f probatum est per testes, & posito q̃ esset probatũ, & q̃ plus est etiam confessatum per commune Prati, q̃ verè tradidit, & pro augmento, quia tamen nec probatum, nec confessatum est, quòd traditio durauerit, & q̃ maritus eidem vxori non restituerit clam, & ex alia
26 manu stante † præsumptione iuris, quòd restituisse præsumatur, prædicta vxor pro dicto augmento, nullum debet habere priuilegium prælationis, cõtra commune Prati nec de iure cõi, nec ex forma d. reformationis, ex quib. omnibus plene deductis, sequitur re-
27 sponsio ad primum quæsitum q̃ † dicta reformatio priuilegiãs dotem intelligatur priuilegiare dictum augmentum factum constante matrimonio in rebus mobilibus, etiam si vere factum probaretur, & sic in illo non debet mulier præferri communi Prati habenti priorem hypothecam, etiam si tacitam dicatur habere, sed potius econuerso, tam de iure communi, quam ex forma statuti. Circa secundum vero dubium quæsitum, præsuppositio (prout est verum) quòd dicta mulier in dicto augmento, non habeat priuilegium prælationis, nec de iure communi, nec ex forma dictæ reformationis, ex hoc solo, quia prætendit causam fauorabilem dotis, vtrum saltim ex hoc habeat, quia habet hypothecam expressam ex pressa cõuentione, & commune Prati tacitam & cũ in ordinamento officialiũ cõmunitatis in quo datur sibi hypotheca, non dicatur quod habeat hypothecam expressam, eo modo quo dicitur in reformatione cõis Floren. dãte ipsi cõmuni. Et breuiter dicendum est q̃
28 non, quia † regulariter tacita hyptheca non est deterioris conditio-
29 nis quam expressa in hoc, imo sunt æquales, & ideo † qui prior tempore potior est in iure, etiam si sit tacita & posterior expressa, ita tenuit expressè Dy. in reg. qui prior. ff. de reg. iur. & in l. priuilegia. ff. de priuil. credi. & Bartol. in l. is qui de iure fisci, & est casus de hoc in l. 1. C. rem alie. generibus, licet gl. senserit contrarium & ma-
30 le in l. si pignus. ff. qui potior. in pigno. habean. & patet, quia † regulariter tantum valet tacitum quantum expressum. l. cùm quid. ff. si
31 cert. petat. & l. item quia. ff. de pact. & etiam † hypotheca quam habet vxor, non est priuilegiata, vt præferatur anterioribus habentibus tacitam, ex eo duntaxat, quòd ea sit expressa, quia si hoc esset non esset speciale in muliere & in hypotheca quæ competit pro dote, sed esset idem in quocunque habente expressam, ac etiam patet, quia etiam si mulier habet tacitam, secundũ l. 1. C. de rei vxor. act. o-
32 est idem vt præferatur. Est † ergo ratio prælationis fauor dotis, qui fauor bene facit, vt hypotheca tacita sit deterioris conditionis quã expressa, & tacitè præfertur hypotheca mulieris, siue sit tacita siue expressa, sed expresse non, vt plenè nota. in d. l. assiduis, sed hoc est verum, quando dicta hypotheca mulieris est priuilegiata, vt est illa quæ competit pro dote originali, & constituta ante contractum
e matrimonium, *e* sed quando † non est priuilegiata, vt est in casu no-
33 stro in illa quæ competit pro augmento, dicendum est sine dubio, quòd propter hoc solum quòd expressa non debet præferri hypothecæ anteriori, quam habet commune Prati, posito q̃ illa sit tacita, per ea quæ not. Dyn. & Bar. in locis supra allegatis, sed potius econuerso per dictam regulam qui prior. Circa tertium quæsitum facit dubium, quia reformatio officialium cõitatis, non dicit q̃ obligatio bonorum non duret, etiam finito tempore æstimi, sicut dicit reformatio cõis Florentiæ dans ipsi communi Florentino hypothecam, & sic videtur q̃ cum cõe Prati, non habeat hypothecam nisi ex reformatione dictorum officialium, q̃ finito tempore, pro quo fuit factum æstimũ, sit finitus effectus dictæ reformationis. Sed ad hoc respondetur, q̃ pro datijs impositis darãte tempore æstimi sine dubio durat hypotheca, quia quo ad illa consummatus est effectus in-
35 troductiuus obligationis, & † postq̃ cõtracta fuit obligatio, vel hypotheca, non est finita, nisi fuerit solutum, vel aliter satisfactum, ff. de pignorib. l. grege. §. etiam. Pro datijs vero impositis ante finitum tempus æstimi est maius dubium, tamen adhuc idem dico, si imponuntur secdm vetus æstimum, quia per hoc videtur commune Florentiæ velle, quod adhuc duret, licet tempus sit finitum, & sic censetur tacitè velle prorogare dictum æstimũ, & tempus eius, ex quo
36 ipso vtitur vt prius. arg. ff. loc. l. item quæritur. §. qui impleto, cum quo † facto datur voluntas intelligi. l. de quibus. ff. de legibus. l. reprehendenda. ff. de instit. & substit. sub condit. fact. Super eo vero quòd quæritur, an dicta domina habens tenutam, etiam vsque ad quantitatem veræ dotis possit cogi soluere æstimum, facit dubium
37 † statutum communis Prati sub Rubrica, quod mulier habens tenutam, &c. quòd in principio videtur dicere, quod non, & in fine dicit contrarium, & sic videtur sibi contrariari. Breuiter (quicquid per alios super hoc scribatur) dico, quòd non contrariatur sibi, sed in principio debet intelligi, quòd non teneatur ex persona mariti, nec ad ipsam transit libra, vel æstimum mariti, sed ex persona propria sic. *f* Non obstat statutum communis Florentiæ, quo disponitur, vt mulier nupta non præstantietur, &c. quia quo ad terram Prati limitatur, & restringitur, nisi obtineret tantùm in bonis viri, per dictum statutum, quòd mulier habens tenutam, &c. quia debent æstimari bona quæ habuit in tenutam, & secundum illam æstimationem debet sibi & ex sua persona poni æstimum, & ita in quadam quæstione quam habui ibi de facto vidi practicari, & intelligi dictum statutum, & omnia alia quæ circa intellectum dicti statuti dicuntur, sunt diuinationes & ambages, excepto dicto intellectu, qui est clarus, & textui dicti statuti conueniens. Ex his patet responsio ad omnia quæ in contrarium allegantur excepto vno, quod dicit qui scribit pro dicta domina, quod cùm obligatio quæ fit in casu inopiæ fiat, vt de fructibus sustentetur vxor, & maritus, & liberi, quod in hoc debeat vxor præferri etiam anterioribus creditoribus, quasi ius eorum sit in proprietate, non in fructibus, in quibus fit consignatio, quod dictum est expressè contra leg. vbi adhuc. Cod. de iure dotium. ibi creditoribus posterioribus, &c. & ibi,
38 vel ab alijs qui non potiora iura, &c. Præterea † fructus sunt ita obligati illi anteriori creditori, sicut ipsa proprietas. Cod. in quib. caus. pigno. tacitè contra. l. quamuis. ff. de pignoribus. l. Paulus. §. 1. Item si possideretur per virum possent ab eo euelli per priorem creditorem, etiam si nihil pro alimentis sibi remaneret, si non esset alius creditor, aduersus quem haberet priuilegium, ne teneatur vltra quam facere possit, ergo & per quemcunque alium etiam vxorem teneantur idem est. Laus Deo Saluatori, ego Paulus de Castro, &c.

ADDITIONES.

a Non autem in augmento. Adde q̃ mulier pro augmento dotis ha-
39 bet tacitam hypothecam non autem priuilegium † prælationis secdum gloss. in Authent. de æqualit. dot. §. aliud quoq;. versic. oritur. Innoc. in c. ex literis. extra de pigno. nu. 1. & ibid. Abb. nu. 14. text. & gl. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. in prin. versi. pro rebus extra dotem constitutis Azo. in summa. C. in quib. cau. pigno. tacitè contrahan. num. 6. Ioann. de Plat. in §. fuerat, instituta de actio. col. 4. & ibid. Iaſ. num. 41. & est commu. opinio teste Couarruuia lib. variar. resolu. 1.
40 c. 7. nu. 1. Ampliatur † vt ipsam tacitam hypothecã habeat in bonis propter nuptias donatis, & eam exerceat cũ prælationis priuilegio secundum eundem Innocen. & Abb. in d. c. ex literis, Couarr. citato

loco

loco referentem Antonium de Fano in tracta. de pigno. in 2. parte, membro 4. nume. 64. quã non exercet, vt præferatur priori habenti ex pressam secundum glo. in d. §. fuerat. & est communis opin. teste Ias. d. §. fuerat. num. 73. & Couar. citato loco in 3. conclusione. Ange. in d. §. fuerat. num. 19. sed augmentum dotis quod fuit factum constante matrimonio, & in rebus mobilibus non habet priuilegium prælationis, testa Ias. citato. §. fuerat. num. 41. Alexan. consi. 36. lib. 6. nume. 6. Viso themate. Dec. consi. 221. num. 3. & plures alij relati per eundem Couarr. in resolut. cap. 7. lib. 1. quæst. 1. & testatur de communi opinione.

b Mulier & fiscus paribus passibus ambulant. Adde † ℘ si reperiun-
42 tur duo instrumenta eadem die confecta vnum ad fauorem fisci, & alterum ad fauorem mulieris, præsumitur instrumentum mulieris prius factum, quia in re mulier est potior fisco, secundum Bart. in l. non puto. ff. de iure fisci, nu. 1. & in l. 1. in princip. ff. solut. matr. & nu. 24. Bal. in l. dotis. C. de iure dot. nu. 1. Ias. in d. §. fuerat. Institu. de actio. num. 70. Rip. in l. 1. ff. solu. matr. num. 10.

c Præsumit fraudem. Adde ℘ augmentum † dotis factum per mari-
43 tum vxori constante matrimonio præsumitur factum in fraudem creditorum secundum glo. in Auth. sed iam necesse, in verbo debitor. C. de dona. ante nup. Bar. in l. si constante. ff. sol. mat. nu. 16. & in l. post contractum. ff. de donat. nu. 2. 3. & 4. Bal. in l. si constante, vers. extra quantitatem si maritus, post num. 10. & ibid. Ang. & est communis opin. teste Ange. Aretino in §. fuerat. Instit. de actio. nume. 18. vbi recurras si cupis scire distinctionem quam ponit ex dictis plurimorum doctissimorum virorum, & quomodo intelligatur in creditoribus præsentibus, & quomodo in futuris.

d Non per testes. Adde ℘ contra † præsumptionem iuris & de iure
44 admittitur probatio in contrarium per partis confessionem & non per testes secundum gl. in §. aliud quoque. Auth. de æqualita. dot. in verbo scribat Cyn. in Auth. sed iam necesse. C. de donat. ante nupt. num. 3. versic. quinto. quæro Bart. ibid. nu. 3. Curt. Iun. consi. 17. col. 1. num. 12. & est communis opinio.

e Ante constitutum matrimonium. Adde ℘ posterior † hypotheca
45 expressa pro dote, præfertur anteriori hypothecę tacitæ, secundum gloss. in l. assiduis. C. qui potior. in pigno. habeantur, in verbo licet anteriores. Salic. in d. l. assiduis, colum. 2. Socin. in l. 1. colum. vltim. ff. solut. matri. Anton. de Fano. in tract. de pignor. in quarto membro, num. 102. Rip. in d. l. prima, num. 1. & 2. & ibid. Ias. num. 12. in 2. lectu. Couarr. lib. 1. resolut. quæst. 5, c. 6. & est communis opinio teste Rip. citato loco.

f Ex persona propria sic. Adde ℘ † onus soluendi collectas spectat ad
46 possessorem, secundum gl. in l. 1. C. de annonis & trib. lib. 10. in verbo annonas, & ibid. Bar. nu. 1. & Luc. de Pen. in versi. in glo. vlt. prope principium. Paul. de Cast. in l. inter debitorem. ff. de pact. nume. 4. Feder. de Sen. consi. 81. in princ. num. 4. Socin. consi. 494. num. 1. & 11. Roma. consi. 230. num. 2. Afflict. deci. sacri consilij Neapo. 95. Bart. Cammerarium in repetitio. l. imperialem, de prohibita alceria, per Feder. §. 1. fol. 21. litera M. & est communis opinio teste d. Feder. ci-
47 tato loco quod intellige † in collectis, seu tributis, quæ imponuntur ratione rei, non autem ratione personæ secundum Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empto. & vendito. num. 225.

ARGVMENTVM.

Quidam decessit superstite fratre consanguineo, ex latere tantum patris, & relicto fratre vterino ex latere matris tantum. Quæritur quis eorum præferatur in bonis quæ peruenerunt ad defunctum ex matre, stante statuto quod attinentes defuncto ex latere matris non succedant.

SVMMARIA.

1 *Frater vterinus succedit in bonis maternis.*
2 *Dictio tantum est taxatiua.*
3 *Statutum potest derogare iuri communi.*
4 *Statutum excludit attinentes defuncto ex latere matris.*
5 *Statutum debet aliquid operari.*
6 *Frater vterinus præfertur consanguineo in maternis & etiam in alijs prouenientibus defuncto præterquam à patre.*
7 *Vniuersalis successio non consistit in bonis maternis.*
8 *Excluſus ab vniuersali excluditur à particulari.*
9 *Coniunctus vtrinq; propter duplex vinculum excludit alios. & nu. 10.*
11 *Excluſus ab vniuersali non potest peruenire ad particularem ad quem peruenitur per vniuersalem.*
12 *Feudum solus filius acquirit ex pluribus institutis extraneus cum filio.*
13 *Feudum filius acquirit mediante successione vniuersali.*
14 *Filius bona emphyteutica acquirit, quia hæres.*
15 *Filius virinque coniunctus sicut excludit vterinum tantum ita & consanguineum tantum.*
16 *Vterinus præfertur consanguineo in bonis maternis.*
17 *Mater quæ habuit bona à primo marito debent deuenire ad filios ab ea creatos.*
18 *Filius repudians hæreditatem sibi delatam non prohibetur propterea petere bona materna.*
19 *Bona materna filius recepit tanquam prælegata.*
20 *Filius repudians hæreditatem non prohibetur prælegatum petere.*
21 *Excluſio ex facto proprio plus nocet quàm excluſio per statutum.*
22 *Excluſio statutaria tanquam odiosa debet restringi, quia nil imputari potest excluſo.*
23 *Filia se excludendo per renunciationem restituit dotem.*
24 *Consanguineus excluditur ne bona materna ad extraneos deueniant.*
25 *Statutum excludens filiam à succeßione intelligitur de bonis dotantis & non alterius.*
26 *Affinitas de iure communi non est in consideratione.*

CONSILIVM XXXVIII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Viso statuto ciuitatis Castelli sub rubrica de successionibus ab intestato, quo inter alia sic cauetur. Quòd si quis decesserit ab intestato non superuenientibus, descendentibus, vel ascendentibus, succedant fratres masculi consanguinei, & filij masculi dictorum fratrum consanguineorum tantum, & si non supersunt succedant patruus, & filij masculi patruorum, excluſis sororibus, & matre, & auo materno, & auia paterna, & omnibus alijs attinentibus tali descendenti ex latere matris. Quæritur si decessit quidam intestatus, non relictis descendentibus, sed relictis vno fratre consanguineo tantum, & vno vterino, vtrum dictus frater vterinus succedat in bonis, † qui prædictus defunctus habuit à matre (videlicet) in dote, vel parte dotis quæ sibi obuenit, per ea quæ not. per gloss. & Doctor. in Authentic. itaque. Cod. commu. de succesio. & de legiti. hæred. l. de emancipatis, in fin. & nota. eodem titu. in Authen. post fratres, la prima. & de bonis quæ liberis. l. quod scitis. §. fina. secundum vnum intellectum, & in Authen. de consangui. & vteri. fratribus. §. fin. Nam si dictum statutum non esset, clarum esset de iure communi, per ea quæ habentur in dictis locis. Sed dubium facit statutum prædictum. Primo propter illam dictionem † taxatiuam tantum, quæ cæteros excludit à concursu cum consanguineis. C. de probat. l. rationes, cum ibi not. & in c. cum eccleſia sutrina, de cauſa poſſeſ. & proprie. Item quia dicit excluſis omnibus alijs attinentibus tali decedenti ex latere matris, &c. † Constat enim statutum posse derogare iuri communi in materia successionis, quæ defertur de iure positiuo. ff. de verbo. signi. l. obuenire, & ff. vt ex legib. l. 1. vt patet in ll. 12. tab. C. de legiti. hære. Breuiter dicendum, prędictum fratrem vterinum nullo modo vocari ad dicta bona peruenientia à matre tali ratione, † quia negari non potest quod per prędictum statutum, *a* excludatur ab vniuersali successione dicti defuncti in omnib. bonis per illa duo contenta in statuto de quibus dixi supra, † alias istud statutum nihil operaretur, quòd esse nõ debet. ff. ad municip. l. 1. in fin. cum ibi not. ita ab ista particulari successione bonorum à matre prouenientiavt patet ex notatis in locis prælegatis. Nam † tunc frater Vterinus prędfertur consanguineo in maternis, quando etiam in alijs aliunde prouenientib. defuncto (præterquam à patre) admittitur vna, *quia* sunt pares & alter alteri non præfertur cum vterq; pariter admittitur, ad vniuersalem successionem defuncti quilibet eorum præoccupat sibi particularem (videlicet) consanguineus paterna, & vterinus materna bona, † in quibus propriè nõ consistit vniuersalis successio, sed particularis ad similitudinem cuiusdam prælegati. argu. ff. de hæred. instit. l. ex facto, la grande, sed † cùm vterq; vel alter eorum excluditur ab vniuersali. excluditur etiam ab ista particulari, vt patet cum extat defunctus frater vtrinq; coniunctus, & etiã consanguineus tantum, & vterinus tantum. † Nam cùm vtrinq; coniunctus excludat alios in vniuersali successione, & in bonis aliunde prouenientibus propter duplex vinculum, excludit etiam eos à paternis & maternis, vbi etiam no. glo. & doct. & tamen non est magis coniunctus per patrem q̃ consanguineus tãtum nec magis per matrem q̃ vterinus tantum, & sic licet propter duplex vinculum suadeat ratio quòd in bonis aliunde quæsitis præferatur vtrinque, in prouenientibus tamen à patre vel matre, non, sed † suadet ℘ in paternis concurrat cum consanguineo, & in maternis cum vterino, & tamen non concurrit, imo etiam in illis præfertur eis, vt ibi notatur. Hoc non potest certè contingere ex alio, nisi quod cum illos excludat ab vniuersali successione, vt ab alijs bonis excluditur etiã à paternis vel maternis, quæ faciunt successionem particularem, vt dixi, sed in casu nostro per dictum statutum prædictus consanguineus

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

neus præponitur vterino in succesione vniuersali,& alium ab ea
11 excludit. † Igitur non poterit peruenire ad hanc particularem,ad quam non venit nisi mediante vniuersali sicut in simili videmus in feudo, quod non transit nisi ad filium non ad extraneos hæredes.
12 † Nam si plures extranei hæredes sunt instituti cum filio,licet solus filius possit habere feudum,nisi tamen hæreditatem apprehendat,
13 nec feudum habere potest, † quia non nisi mediante succesione vniuersali potest ipsum habere,in vsibus feud.in titu.an agnatus vel filius,& not.in l.& non tantum.§.fi.ff.de pet. hær. & in emphyteusi eccleſiastica, quam quis recepit pro se & suis hæredibus,licet enim ad filios tantum transeat vt nota.ff.solut.matrimo.l.etiam,in prin.
14 non tamen nisi sit hæres,& sic nõ tanquam ad hæredem, † sed ideo quia sunt hæredes,vt l.vt iusiurandi.§.si liberi.ff.de oper.libert.& ibi not. per Bart. Videtur namque iste consanguineus,redactus per
15 dictum statutum ad instar vtrinque coniuncti, † quia sicut vtrinque coniunctus excludit vterinum ab vniuersali succesione & bonis aliunde quæsitis, ita & iste consanguineus tantum, igitur & sicut primus excludit propter hoc etiam à maternis eodem modo
16 debet & iste excludere. In contrarium facit, † quia vterinus vocatur & præfertur consanguineo in bonis maternis, ea ratione,quia prouenerunt à matre per quam erat coniunctus defuncto,& non sic erat consanguineus, vt sic redeant ad stirpem, vnde prouene-
17 runt,sicut † & bona quæ mater sibi nupta habuit à primo marito, deuenire debent ad filios ab eo creatos. Cod.de secund.nupt.l.1.sed illa prouenium ad filios etiam si non sint hæredes vniuersales matris,in Authen.de nupt.§.si non expectat,& §.quoniam infirmitas posita. Cod. de secun.nupt.Authen.hæc res,igitur non habet nocere huic vterino, quo ad vniuersalem succesionem defuncti si ad alia bona non vocetur cum consanguineo quo minus possit ad ista
18 prouenientia ex latere matris venire. † Præterea si vterinus non excluderetur, ab vniuersali succesione per statutum per seipsum repudians hæreditatem delatam sibi & consanguineo, pro portione ipsum tangente,non propterea prohiberetur petere bona à matre prouenientia cum in illis propriè non consistat hæreditas, & succesio defuncti, sed in iure,vt l.hæreditas.ff.de petitio.hæred.&
19 † quia capit ea præcipua ad similitudinem prælegati cui comparari potest depositio iuris communis ipsum præferens in eisdem, vt
20 supra dixi, † & constat quòd vnus ex hæredibus repudians partem suam hæreditatis non prohibetur totum prælegatum petere. l.qui filiabus.§.fina.cum l.sequenti. ff.de legat. 1. Igitur & idem esse debet, si excludatur à succesione per statutum, vt in casu nostro &
21 multo magis, quia † plus debet nocere propria exclusio,quæ largè solet interpretari, cùm sit quid ei imputetur, iuxta not.in l.prima.
22 §.videndum. ff. de succeſſ. edicto .† sed statutaria in qua nil est, quod ei possit imputari,sed tanquam odiosa restringi debet, vt intelligatur fieri à succesione vniuersali & regulari,non à particulari,& singulari sicut est ista, & satis sit quòd operetur aliquid in primo articulo. cap.odia.de reg.iur.facit l.1.Cod.de colla.dotis,vbi li-
23 cet filia † se excludat ab hæreditate patris, etiam repudiando,tamen retinet dotem, quæ erat effecta proprium patrimonium coniunctorum per matrem,& tanquam diuersum& separatum ab alijs bonis, debet reputari in articulo succesionis,quod patet,quia non diuiditur æqualiter inter succedentes (prout regulariter natura succesionis exposcit) sed deuoluitur ad alterum tantum, vt not.in d. Auth. post fratres. Igitur eodem modo debet posse diuidi per repudiationem & exclusionem, non sic in succesione regulari.ff.de acqui. hære. l.1.2.& 3.cum seq.& l.cum solus. Nec obstare videntur allegata in contrarium,quia vtrinq; coniunctus præfertur in maternis propter duplex vinculum, vt dicit gl.in dictis locis,sed in casu,
24 † nostro consanguineus non præfertur propter duplex vinculũ,nec igitur, quia sit magis coniunctus quam vterinus,quia ex latere patris. Et istam partem puto veriorem & æquiorem ne lugeat vterinus videndo bona materna deuolui ad penitus extraneos exosos matri,& se exclusum,arg. Cod.de bon.quæ lib.l.cùm oporteat,post princ. ibi, & filij non lugebunt, &c. licet iste passus dubius videatur propter supradicta. Laus Deo,ego Pau. de Cast.

ADDITIONES.

a Per dictum statutum. Adde q; † statutum excludens filiam dota-
25 tam,intelligitur de bonis dotantis,& non alterius,secundum Bald. in l.1.C.de leg.hæred.post nu. 1. per glo.fi.d.l.Paul.Castren.ibidem, nume. 2. nec sufficeret q; actum dotandi exercuisset,puto dotando a de bonis sororis,secundum eundem Bal.in l.neq; mater. C.de iure b dot. nu.1. Alber.Bru.in tract.de statu.in 8.art.q.16.num.59.nam exclusio debet fieri propter personas similes in qbus sit par ratio scdm 3 eundem Brun.d.tract.art.12.num.306. Confert ad rem,quia statu- 4 tum excludens dotatam à succesione ex linea materna,intelligitur existente filio illius de cuius hæreditate agitur, vt in simili voluit Corn.consi.134.incip.eleganter.1.vol.qui refert ita consulti respondisse d. Ben. Cap. & d. Bald. de Bartolinis, & multi alij præstantes doctores apud Camerinum, q; tale statutum debet restringi,ne iniquitas & absurditas resultet, videlicet q; illi qui alias non obtinerent,nisi forte ratione affinitatis,succederent quæ affinitas de iure
26 communi † non est in consideratione. l.victrico.& l.affinitatis. C. commu.de succesio. excluderet descendentes, voluit idem Corn. consi.97.Quanquam.3.vol.Alber.Brun.citato tracta.de stat.12.art. num. 293. & q; semper debet intelligi existentibus masculis illius de cuius hæreditate agitur. Quinct.

ARGVMENTVM.

De testamento vsurarij,& de cautione per eum prestanda ad formam capituli ad quanquam,de vsuris.& an cautio iuratoria sufficiat si fideiussores non repetit,& an hypotheca omnium bonorum dicatur idonea cautio,& an per cautionem talem testamentum antea factum reconualescat, & an filius de vsuris possit habere legitimam,& vsurarius possit exequutores facere pium locum, vel operam piam pro vsuris restituendis.

SVMMARIA.

1 Notarius recipiens cautionem de vsuris restituendis debet habere mandatum Episcopi.
2 Prætoria cautio debet recipi de mandato prætoris.
3 Iuratoria cautio admittitur in defectum fideiussorum.
4 Quæ requirantur ad hoc, vt quis admittatur ad iuratoriam cautionem.
5 Fideiussores non præsumitur non inuenire qui habet bona.
6 Fideiussores non habens pignora potest dare.
7 Obligatio bonorum dicitur cautio idonea,sed nuda cautio.
8 Intellectus. l.quicunque. C.de omni agro deserto.
9 Vsurarius qui constituit se precario nomine possidere pro illis à quibus vsuras extorsit non dicitur per hoc idoneè cauere.
10 Bona vsurarij sunt tacitè obligata per l.dispositionem pro restitutione vsurarum.
11 Cautio præstita cum conditione quòd nõ habeat effectum,nisi post mortem præstantis operatur simplex mandatum,quæ non operatur testamentum valere,num.12.
13 Cautio de restituendis vsuris debet esse talis,vt præstans in vita possit ex ea conueniri.
14 Vsurarum continuatio ante testamentum facit ipsum inualidum.
15 Cautio de restituendis vsuris factis, & faciendis si post testamentum fœneratus est præstans facit testamentum inualidum.
16 Cautio de restituendis vsuris carens vitio, an faciat conualere testamentum vsurarij,& num.17.
18 Scriptura testantis non animo faciendi testamentum, sed ipsum præparandi non valet, vt testamentum.
19 Quod est inualidum impedit dari ius.
21 Priuilegium substituti,an operetur ad validitatem testamenti.
22 Priuilegium substituti alijs non debet esse damnosum.
23 Legitima non debetur de acquisitis per vsurariam prauitatem.
24 Distributio incertorum spectat ad exequutricem.
25 Forma quæ requiritur certo tempore si postea superuenit nil operatur.
26 Actus superueniens illius propter quem fuit facta finalis prohibitio,an faciat cessare prohibitionem.
27 Cautio idonea illa dicitur cum datur pignus, vel fideiussor.
28 Pœnæ in odium vsurariæ prauitatis iure statutæ quæ sint.

CONSILIVM XXXIX.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Præfatum testamentum in scriptis sine dubio nullum est, primo propter defectum cautionis, quia non fuit præstita vt debuit, sed in pluribus peccauit. Primo quo ad
1 personam notarij recipientis. † quia non apparet, q; fuerit missus ab Episcopo,& de eius mandato eam recepit,quod erat necessarium, vt possit acquirere actionem illis à quibus vsuræ fuerunt extortæ,
2 cùm succedat loco prætoriæ cautionis, † quæ debet interponi de mandato prætoris,& hoc tenet expresse gloss.in cap.quanquam,de vsuris,libro sexto.quæ incipit,ergo tabellio,& Bald.in l.exequutorem. Cod. de execu. rei iudic.in sexta colum.ibi, si vero nec tabellio,per l.secun. & tert.ff.rem pupilli saluam fore,& est text.in dict. capit. quanquam, dum dicit seruo publico de mandato ordinarij, *a* &c. Secundo peccat dicta cautio, quia non fuit idonea prout requiritur cum fideiusione, vel pignore, *b* vt in dict. capit. quanquam,in verbo idoneè,& per gloss.ibi positam,quæ incipit nomine, † & licet quando non potest reperire fideiusiones sufficiat iuratoria cautio, † tamen & hoc quòd fideiussores non reperiat, iurare debet,& etiam de restituendis vsuris, & sic duo,vt ibi vult

glos. ord in. super dicto verbo, tunc vero non fuit iuratum super tali impossibilitate, vel difficultate reperiendi fideiussores, quia notarius dicit solum quòd præstitit iuratoriam cautionem, asserens se non habere fideiussores, quæ verba sonant solum de iuramento
5 de restituendo vsuras non de alio. Nec est † verisimile quòd non potuerit habere fideiussores, cum plura bona habeat licet male acquisita, &
6 posito quòd habere non potuisset fideiussores, saltim † poterat tradere pignora, id est, possessionem bonorum suorum. ff. de pigno. actio. l. si rem. §. primo. nec sufficiebat hypothecare, vel obli-
7 gare omnia bona sua, † quia per hæc non dicitur idoneè cauere sicut requiritur, cùm talis cautio cum hypotheca bonorum dicatur nuda non idonea, vt not. Bart. in l. prætoriæ. la 3. in fin. ff. de præto. stipul. per l. filio. ff. vt lega. no. caue a. licet gl. in l. si mandato. §. fin. in 1. glo. ff. mand. sentiat contrarium & male secundum Bart. quod
8 etiam tenet Oldra. in consi. suo 237. dicens coram Papa in consistorio tenuisse quòd se obligantem cum hypotheca bonorum non est cauere idoneè. Nec † obst. l. quicunq;. C. de omni agro deserto, quia ibi est speciale secundum eum, hoc etiam expresè firmat Bal. in terminis nostris in d. l. exequutorem. C. de execu. rei iudi. in 7. colum.
9 in versic. illud autem sufficere non credo, &c. vbi tenet, † quòd si vsurarius constituat se bona sua præcario nomine possidere pro illis, à quibus extorsit non dicitur per hoc idoneè cauere per solam hy-
10 pothecam, & assignat rationẽ. † Quia bona vsurarij sunt tacitè obligata per legis dispositionẽ pro restitutione vsurarũ, vt not. in c. tua, & in c. cum tua. in fi. de vsur. & sic per talem hypothecam hominis nihil adijceretur, nec in aliquo foret melior conditio illorũ à quib. extorsit, quod facere voluit illud cap. quanquam per præstationem cautionis prædictæ. Tertio peccauit dicta cautio ex sui forma, quia
11 † dixit, quòd volebat eam habere effectum, solum post mortem suam, & sic non plus fuit operata quam simplex mandatum factum a
12 in testamento de restituendis vsuris. † Quòd constat non esse sufficiens ad faciendum testamentum valere, vt patet ex d. cap. quanquam. in princ. iuncto fine, debet enim esse talis dicta cautio, quòd
13 in vita possit conueniri † ex ea illam præstans, si contingat eum reconualescere, vt ibi not. dicta glo. quę incipit nomine, circa fin. alias quid prodesset dicta cautio, & ad quid fieret. Sed & quarto posito,
14 quòd omnia prędicta cessarent † ex quo tamen continuauit dictum fœnus post dictum testamentum, nihil prodest cauisse, sed suis viribus inualidum fuit, tam testamentum, quam cautio quo ad effe-
c ctum validandi ipsum, secundum Feder. de Sen. in quæstio. sua 7. c quod etiam tenuit Bald. in d. l. exequutore. in 8. col. ibi, sed dubita-
15 tur, &c. vbi plus † dixit, quòd etiam si præstitit cautionem nomine vsurarum factarum, & fiendarum si postea fœneratus est, siue publicè siue occultè, testamẽtum primo factum irritatur, & rationem ibi assignat, quam nõ repeto. Quod autem dicitur, q; reperitur alia
16 cautio facta tempore testamenti, † vtrum ex hoc reconualescat prædictum testamentum in scriptis. Respondeo q; si prædicta cautio laborat eisdem morbis clarum est q; non, si vero caret vitio tunc est dubium, propter opinionem Ioan. And. in d. c. quãquam, in nouella vbi tenuit q; sic, quam Bar. sequitur in l. filio præterito. ff. de iniusto testa. & idem Nicol. Mattarelli disputando. Sed alij, quasi omnes firmant contrarium, quod etiam firmat Bald. in l. posthumo. Cod. de bon. poss. contratabu. per plures rationes, & respondet ad omnes b
17 leges & rationes in contrarium allegatas, idem tenet dom. Franc. de Rampo. in repet. sua. l. filio præterito, & dicit ita fuisse consultum per dom. Ioan. de Lign. & quamplures alios doctores excellentes de c
d Bononia. Et breuiter † quicquid de æquitate dicatur, tamen de rigore dicta cautio, q; non cõualescat videtur tenere. *d* His præsuppositis est dubium, vtrum scriptura quæ reperitur in libro testatoris scripta sua manu, continens tenorem testamenti supradicti remaneat valida, & sic opera quę reperitur sibi substituta simpliciter sine præfinitione temporis mortis filiorũ, possit ex suo priuilegio, quod habet ex forma statutorum communis Pistorij hæreditatem obti-
18 nere. Et videtur q; nõ, † quia vt apparet ex tenore subscriptionis testatoris ipse non scripsit ibi eo animo vt dicta scriptura esset testamentum, sed vt esset præparatio ad testamentum, quod intendebat facere manu notarij, vt patet dum dicit se dedisse complementum dicto testamento manu talis, &c. cum cæteris additionibus, &c. & sic tendebat dicta scriptura ad complementum scripturæ, notarij, primo, ex ea non debet dari ius, sed ex scriptura notarij, argum. l. si stipulatio. §. fi. cum l. sequen. ff. de nouatio. sed certè istud procederet si testamentum scriptum manu notarij esset validum, sed quia
19 † est inualidum per supra dicta impedit dari ius ex dicta scriptura vt probatur in l. certi condictio. §. quoniam iuncta l. si stipulatus. cum l. seq. in simil. stipulatio inutilis non impedit oriri actionem ex numeratione, quam impediret si esset vtilis stipulatio. Item si dicatur si testamentum factum manu notarij non est validum propter defectum cautionis, ergo nec illud quod resultat ex dicta scriptura testatoris. Respondetur q; attento tenore illius scripti per notarium, opera, non vocaretur ad dicta bona, cum conditio ibi contenta non fuit purificata, sicut est si filij decesserint ante 20. annũ, & sic non fauetur à priuilegio, sed attento tenore d. scripturæ factæ manu testatoris secus, quia ibi cõditio illa non continetur modo prædicto, sed simpliciter substituta, si filij decesserint sine liberis, &
20 sic videtur ex priuilegio operę, † q; valeat dicta ordinatio testamenti reperta, in libro defuncti non obstante defectu cautionis, ex quo testamentum scriptum manu notarij, in quo testator voluit transferri tenorem
21 dictæ scripturæ reperitur inualidum. Quod † tamen intelligo sine præiudicio illorum, à quibus vsuræ sunt extortæ, vt teneatur eis re-
22 stituere, & incerta distribuere inter pauperes, † cum priuilegium operæ alijs non debeat esse damnosum. ff. de admini. tut. l. impuberi filio. Super vltimo vero quæsito de legitima, cum illa debeatur de-
23 ducto ære alieno. l. Papinianus. §. quartam. ff. de inoff. testa. † si apparet q; totũ quod ille habebat fuerat acquisitum per vsurariam prauitatem nulla legitima debetur, quia totum est restituendum, nisi quatenus dicta opera exequutrix in hoc vellet, eis tanquam pauperibus distribuere posset. Esset illud quærendum an hoc probato, q;
24 omnia acquisita fuerint de vsuris potuerit testator ordinare operã exequutricem, & videtur q; non, † quia non ad ipsum, sed ad operam pertinet distributio incertorum. c. cum sit, de Iudæis. Bald. tamen determinat in l. nulli. C. de episc. & cler. in 2. col. q; maximè verum est, quia de opera non cadit finistra suspicio, alias procedere posset allegatio in contrarium per notata ibidem per Bal. Laus Deo Saluatori, ego Paulus de Castro, &c.

ADDITIONES.

De mandato ordinarij. Adde q; vbi † requiritur mandatum iudi-
25 cis in aliquo actu faciendo si de eo non apparet tacitè vel expresè, actus ruit, iuxta text. in Auth. hoc iure. C. de sacrosanct. eccles. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transact. & ibi Barto. nu. 1. & 2. Bal. in l. vniuersa. C. de precib. impera. offer. num. 2. & in proprijs terminis testamenti vsurarij. Cyn. in l. 1. §. si filius. ff. de legat. 3. relatus per Bald. in l. posthumo. C. de bon. poss. contratab. nu. 6. tenent q; testamentum vsurarij, in quo non fuit præstita cautio secundum formam c. quanq;, de vsur. in 6. si postea fuerit præstita non valeat ea ratione, quia qñ forma requiritur certo tempore, si superuenerit postea, nihil operatur. addit etiam q; prohibitio non solum est in personam testatoris, sed & testium, quibus est interdictũ officium interessendi, idem voluit Panor. consi. 1. vol. 1. nu. 2. & 3.

Contrariam sententiam tenuerunt Ioan. And. in d. c. quanquã, de vsur. in vlt. gl. post nu. 16. q; istud testm̃ reconualescat per factum testatoris, in quo includitur voluntas perseuerandi in iam dispo-
26 tis, † quia cautio facit cessare causam finalem prohibitionis. Pet. de Anch. in c. 2. extra de testa. nu. 22. Bar. in l. filio præterito. ff. de iniust. rup. nu. 25. idem noster Paulus, in l. vniuersa. C. de precib. imper. offer. nu. 5. versi. ista faciunt ad quæstio. de vsurario. Alex. in l. posthumo. C. de bon. pos. contratab. nu. 30. Bald. in l. vniuersa. nu. 1. Ias. ibidem, nu. 14. & est cõis opinio teste dicto Bal. in d. l. vniuersa. num. 1. à qua in iudicando non est recedendum. Quinctius.

b Vel pignore. Adde quòd illa dicitur cautio idonea, † cum datur pi-
27 gnus vel fideiussor. iuxta text. l. 4. §. adipisci. ff. de fideicom. liber. l. si mandato Titij. ff. mand. Corse. sing. suo verbo cautio. nu. 2.

c Consi. 7. Federi. de Sen. Adde q; idem quod firmat Feder. d. consil. tenuit Ioan. de Imol. in Clem. ex graui, de vsur. nu. 36. vsque ad fin. versicu. quærit Ioan. de Ligna. vbi disputat quæstio. ad partes. & ibi poteris recurrere.

d Non tenere. Adde non ab re esse hoc in loco † aliquas pœnas in o-
28 dium vsurariæ prauitatis à iure statutas recensere. Nam pluribus ex causis fuit prohibita vsuraria prauitas, vt cumulat Ioan. de Imol. in d. Clem. nu. 9. & Panorm. in Rub. eo. tit. Prima namque pœna est, q; vsurarij sunt ipso iure excommunicati, & non simpliciter, sed quo ad tria, videlicet q; non admittuntur ad communionem altaris, carent ecclesiastica sepultura si decedunt in tali peccato. Eorum oblationes nemo recipere potest. c. quia in omnibus. extra de vsur. Pan. consi. 1. vol. 2. num. 1. & 2.

Secunda pœna est q; bona vsurariorum dum sunt confessi, vel conuicti publicantur in regno Neapol. per constitutionem regiam Vsurariorum, & est ritus mag. curiæ vicariæ, nu. 113. incipiens, item q; procurator. de iure ciuili cõi non irrogatur aliqua pœna, de iure vero canonico vltra pœnas spirituales, iudex ecclesiasticus, secundũ opin. Iacob. Butrig. C. improbum. ex quib. cau. irrog. infa. in fin. põt pœnas criminales eius arbitrio irrogare, & idem firmat Corn. consi. 19. in 3. vol. licet contrarium teneat Dec. consi. 170, num. 2.

Tertia pœna est, ꝙ vsurarij manifesti sunt infames ipso iure infamia iuris ciuilis, iuxta text. in l. improbum. C. ex quib. cau. infam. irrog. & ibi Bar. num. 1. Matth. Matthesillanum, not. 296. Not. quòd vsurarij. num. 1.

Quarta pœna est, quia testamenta vsuriariorum sunt ipso iure nulla. c. quod sequitur, extra eod. tit. de vsu.

Quinta pœna est, ꝙ debitor non cogitur soluere vsurario etiam si soluere iurauerit, nec cogitur iuramentum seruare. c. debitores, extra de iur. & stat. est, quòd petat se relaxari à iuramẽto, secundum Fede. de Sen. consi. 272. num. 2.

Sexta pœna est, ꝙ quando sunt plures hæredes vsurarij quorum alter non est soluendo, ille qui est soluendo tenetur insolidum ad restitutionem vsurarum. c. tua. eod. tit. & ibi glo. circa med. vers. satis potest dici, & est ratio, quia bona vsurarij erant illi obligata.

Septima pœna est, ꝙ vsurarius tenetur restituere quicquid recepit vna cum damnis, secundum B. Thomam. 22. q. 78.

Octaua pœna est, ꝙ vsurarius qui dicit vsuram exerceri, non esse peccatum, tenetur de crimine hæresis d. Clem. ex graui. §. fina. & ibi glo. in verbo, hæreticum.

Nona pœna est, ꝙ vsurarius cogitur ad exhibitionem librorum suorum, contra regulas iuris communis d. Clem. ex graui. §. cæterùm. Alia contra tales in dicta studiosus lector ex reuolutione chartarum colligere poterit.

ARGVMENTVM.

An sicut pro dote principali sunt obligata bona mariti eodem modo sint obligata pro augmento dotis facto constante matrimonio tam existentia tẽpore primæuæ dotis quam augmenti, & transeant alienata per maritum cum illa causa, & an pro alimentis vxori debitis sint etiam obligata.

SVMMARIA.

1 *Hypotheca non trahitur retro ad diem primæ dotis constitutæ sed vt ex nunc contrahitur.*
2 *Idem ius quod est de principali debet esse de augmento quomodo procedat.*
3 *Bona transeunt in emptores cum sua causa obligationis.*
4 *Sententia lata cum curatore bonis dato in qua fuerunt citati emptores bonorum eis præiudicat.*
5 *Intellectus Authen. sed iam necesse.*
6 *Prior in tempore potior in iure.*
7 *Dispositio Authent. sed iam necesse, fundatur in præsumptione fraudis.*
8 *Præsumptio cessat vbi de contrario manifestè apparet.*
9 *Contra præsumptionem iuris, & de iure admittitur probatio per partis confessionem.*
10 *Bona mariti, an sint obligata pro alimentis vxoris.*
11 *Bona mariti sunt obligata pro alimentis vxoris debitis constante matrimonio.*
12 *Hæres mariti tenetur vxorem alere infra annũ donec dotem restituat.*
13 *Bona mariti sunt obligata pro alimentis vxori per statutum taxatis.*

CONSILIVM XL.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Ad primum respondetur quòd pro augmento dotis, sunt obligata bona quæ maritus habebat, tempore facti augmenti non illa quæ habebat tempore dotis primo constitutæ, si tempore augmenti ipsa non habebat, † quia talis hypotheca non trahitur retro ad diem primæ dotis constitutæ, sed contrahitur vt ex tunc, cùm fit, text. est de vtroque in l. si constante, circa med. in ea etiam hypothecarum, &c. Cod. de donatio. ante nupt.

1

Nam † licet idem ius quod est de principali dote debeat esse de augumento. l. etiam. Cod. de iure dot. ff. de pact. dotal. l. inter socerum. §. cum inter. in fin. illud est verum quantum ad pactum de lucrando, vt factum super dote prima trahatur ad augmentum, non quantum ad hypothecam (videlicet) vt prima hypotheca generaliter contracta super dote trahatur ad augmentum, sed bona quæ tunc habet obligabuntur pro augumento quod dabitur, & sic super illis tantum bonis, quæ tunc maritus reperitur habere, a non super alijs quæ olim habuit in dicto §. cum inter. Transiuerunt † ergo dicta bona quę tunc habebat in emptores cum sua causa obligationis. l. si conuenerint. §. si fundus. ff. de pignora. actio. & possunt per dictam vxorem per hypothecariam aduocari, & si fuerunt citati emptores in iudicio agitato cum curatore dato bonis, sententia † lata contra illum prę iudicat eis, vt interim non sit liquidum debitum dotis, per ea quæ nota. in l. in causa, la prima. § interdum. ff. de minor. & in l. cum miles. §. fina. ff. quibus ex caus. maior. & per Cynum in l. prima circa finem. Cod. de aduoca. diuers. iudic. & per Bald. in l. si deserta. Cod. si propter publicam pensit. & in cap. inter quatuor, de maiorita. & obedien. cum ibi nota. & in cap. fin. eodem titu. Nec obstat Authenti. sed iam necesse, per quam videtur, quòd debuerit fieri in rebus immobilibus, † quia illud procedit, quando tempore quo fit extarent creditores, quibus vellet mulier præferri ex priuilegio dotis, secus si tunc non extant, sed acquiratur post, quia tunc mulier contra eos non vtitur priuilegio speciali, sed iure communi, † quia prior in tempore, &c. à quo iure communi per illam Authen. non excluditur, nisi appareat ex aliquibus coniecturis fuisse factam in fraudem futurorum creditorum, vt ibi notatur per glo. & Cynum, sed isti emptores non extabant tunc nec sunt coniecturæ, quòd in eorum fraudem fuerit factum hoc aũgumentum, ergo, &c. Præterea vt audio clare demonstratur, & apparet vnde peruenit pecunia data pro hoc augumento, quia ex quodam relicto facto vxori, & sic videtur cessare dispositio istius Authenti. sed iam necesse, † quæ fundatur in præsumptione fraudis quòd prouenerit ex bonis mariti, quæ tandem præsumptio cessat vbi de cõtrario manifestè apparet, ita videtur determinare Specul. in titu. de donatione inter virum & vxorem. §. de dote, versiculo & sic nota necesse fore, &c. Potissime si pars aduersa confitetur vere interuenisse augmentum, † quia contra prę sumptionem iuris & de iure, quæ resultat ex illa Authenti. admittitur probatio in contrarium per partis confessionem, b vt notatur per gloss. in corpo. vnde sumitur, & per Cynum in dicta Authent. sed iam necesse. Ad secundum quæsitum licet quidam dixerint bona mariti non fore obligata pro alimentis, † quia non reperitur iure cautum. Specul. tamen in tit. de donatione inter virum & vxorem. §. formatur. versicu. sed nunquam, videtur tenere contrarium, quam sequitur Iacobus de Arena, vt not. Cyn. C. de rei vxor. actio. §. & vt plenius, & Bart. in l. si cum dotem. §. fin autem in fœuissimo. ff. solut. matrimo. & in l. Lucius. ff. de alimen. & ciba. legat. loquitur tamen Specul. in alimentis † debitis à iure communi, putà matrimonio constante, & ita credendum est Bar. intellexisse, qui se refert ad dictum Specul. secus dicit esse specul. matrimo. solut. † quia tunc non tenentur hæredes mariti alere tutorem, nisi infra annum quousque dotem restituerit, & si per statutum taxatur certa quantitas † pro alimentis videtur idem dicendum, vt pro eis bona sint obligata sicut pro debitis, sicut de iure communi constante matrimonio, vel post infra annum, quia eadem est ratio, & ista obligatio & hypotheca fuit contracta, ab ipso principio dotis datę tam pro illa, quàm pro alimentis quæ in futurum incipiunt deberi ratione tardatę solutionis. l. 1. cum ibi nota. ff. qui pot. in pign. habe. licet non sit pro augumento futuro, vt dixi in præcedenti articulo, sine dubio tamen hoc dico, quia non reperio factum per alios docto. scribentes. Laus Deo Saluatori nostro, ego Paulus de Castro.

b

ADDITIONES.

a Reperitur habere Adde ꝙ diximus supra consi. 37. addit. incip. non autem in augmento, sub litera A. vbi fusius.

b Per patris confessionem. Adde ꝙ diximus supra eo. consi. 36. addi. incip. contra præsumptionem sub litera D.

SVMMARIA.

1 *Legitimatio cum clausula sine præiudicio legitimorum non tollit quin debeantur alimenta naturalibus.*
2 *Legitimatio non dicitur facta contra principis intentionem si apposita fuit clausula sine præiudicio legitimorum.*
3 *Filij legitimi, & naturales non sunt citandi in legitimatione naturaliũ.*
4 *Causæ cognitio ibi requiritur, vbi requiritur partis præsentia, vel citatio.*
5 *Legitima dicitur debita filijs iure naturæ, & à patre tolli, vel minui non potest sine iusta causa.*
6 *Legitimati possunt succedere ex testamento patris in eo quod sibi relinquitur.*
7 *Causæ cognitio in legitimatione tunc requiritur, quando legitimatur in præiudicium legitimorum.*
8 *Infans potest legitimari ab habente potestatem legitimandi sine speciali mandato principis.*
9 *Infans inuitus vel ignorans non potest emancipari.*
10 *Infans quòd videt ignorat.*
11 *Infans habetur pro consentiente in actu sibi fauorabili.*
12 *Actio de dote est communis patris & filiæ, exercitium vero est patris.*
13 *Filiafamilias furiosa in actione de dote mota à patre habetur pro consentiente.*
14 *Infans consentire vel dissentire non potest.*
15 *Consensus expressus & tacitus idem valent in illis qui possunt consentire & dissentire.*
16 *Consensus fictus sufficit in infante.*

17 *Infans facilius emancipatur, quam maior, ergo facilius legitimatur.*
18 *Legitimatio quæ à principio non sortitur effectũ inexpugnabilem est in pendenti, donec sequatur ratificatio.*
19 *Concessio principis facta comiti palatino debet late interpretari.*
20 *Legitimatus non potest patris testamentum impugnare, & in hoc differt à legitimo.*
21 *Potestas legitimandi intelligitur sine præiudicio legitimorum, nisi aliud in priuilegio contineatur.*
22 *Alimenta decentia quæ dicantur.*
23 *Alimenta ex quibus causis possint denegari filio.*
24 *Citari is debet qui ex actu fiendo lædi potest.*
25 *Legitimatio est actus fauorabilis.*

CONSILIVM XLI.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Obiectis qui nouiter fiunt contra istam legitimationem plurimorum doctorum roboratam, friuole impugnatam, modici vel nullius valoris sunt, & consilium supra relatum quod allegatur & adducitur per allegantem, in fauorem partis suæ facit contra manifestè, & per ipsum potius sustentatur quam impugnatur hæc legitimatio. Primo enim allegatur de facto causæ cognitionis quæ (vt dicitur) continetur in dicto consilio supra allegato fuit necessaria, sed hoc falsissimum est, postquam facta fuit viuente patre, & ad eius instantiam, & nulli erant tunc (vt credo) nec postea fuerunt filij legitimi, & naturales quibus fieret præiudicium (& posito quod fuissent) fuit facta sine ipsorum præiudicio, quia fuit apposita clausula quod ab intestato non succederent vna cum legitimis, & naturalibus, sed solum † habeant alimenta decentia, *a* nam ex hoc non grauabantur legitimi & naturales, quia etiam si hoc non fuisset dictum alimenta sibi debebantur. cap. cum haberet, cum ibi notatis. de eo qui duxit in matri. per quod patet non vitiari dictam legitimationem, posito quòd aliquis filius legitimus & naturalis extitisset, & de ipso non fuisset facta mentio, quoniam Comes legitimans cogitauit etiam dictum casum, & voluit etiam dicto casu ipsum legitimare, tamen sine præiudicio illorum. Perinde est, ac si specialis mentio facta foret de dicto legitimo extante, vel quòd fuisset apposita clausula non obstantibus legitimis, argumen. ff. de testamen. militar. l. qui iure militari, verficulo quis, quando apponitur dicta clausula fit cum præiudicio legitimorum, sed nunc sine ipsorum præiudicio, ergo fortius debet valere, † quia non fuit facta contra intentionem principis qui protestatur etiam in pluribus locis, quod legitimare non intendit extantibus legitimis saltim in eorum præiudicium, quod hic non fuit: licet autem subessent alij consanguinei dicti patris, non dicebatur eis fieri præiudicium, posito quod per dictum legitimatum excluderentur à successione patris, quoniam pater ad nihil eis tenebatur, ideo † nec erant citandi in dicta legitimatione, vt not. Bart. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. Constat autem † quòd ibi dicitur requiri causæ cognitionem vbi requiritur partis præsentia, vel citatio. ff. de mino. l. in causæ. §. causa cognita. C. si per vim vel alio modo. l. fi. & hoc non est, nisi quando actus potest tenere in alterius præiudicium, iuxta not. in l. 3. §. causa cognita. ff. de bono. posses. Hoc autem esset in casu nostro si tunc extitissent filij legitimi & naturales, † quorum legitima debita à iure naturæ quæ à patre tolli vel minui non potest sine iusta causa, minueretur per dictam legitimationem, vel si tunc non erant postea superuenerunt, & legitimatus posset cum eis concurrere in successione intestati, & iste erat casus in quo consuluit Do. Nicolaus de Sicilia cuius consilium supra refertur si bene inspiciatur, sed in casu nostro, nec tunc erant nec postea fuerunt, & posito q̃ tunc fuissent vel superuenissent, legitimatio erat facta cũ clausula q̃ nullum fiebat eis præiudicium, quia fuit dictum, q̃ dicti legitimati non possent ab intestato succedere vna cum legitimis & naturalibus, sed eis duntaxat deficientibus, vt patet ante finem legitimationis prædictæ, † & q̃ facto testamento possent succedere in eo quod eis relinqueretur & non vltra, & sic nec poterant querelare testamentum, nec dicere ipsum nullum, nec agere ad supplementum, postquam ergo nullum faciebat præiudicium legitimis & naturalibus, etiam si contingeret eos tunc vel in futurum extare, nec alij erant qui læsionem aliquam prætendere possent ridiculum est dicere, q̃ dicta legitimatio vitietur ex defectu causæ cognitionis, in qua requiritur vel præsentia vel citatio partis, quæ læditur per ea quæ not. per glo. & Bar. in l. 4. §. si causa cognita. ff. de bono. posses. & latius per Bald. in l. 1. circa fin. 2. col. C. qui admi. ad bon. poss. & hoc voluit D. Nicolaus de Sicilia in dicto consi. in 2. artic. quòd tunc † requiratur causæ cognitio fienda per comitem Palatinum quod fuit sibi concessum q̃ possint legitimare extantibus legitimis in ipsorum præiudicium non aliter, *b* & comes ita legitimauit si bene inspiciantur verba dicti consilij quod hic non fuit, & sic facit dictum consilium pro dicta legitimatione non cõtra recte inspiciendo verba consilij, &c.

Ad aliud dum dicitur, q̃ iste legitimatus erat infans, & q̃ secundum quosdam per comitem Palatinum non potest infans legitimari, sine † speciali mandato vel commissione principis, licet Bart. tenuerit, q̃ legitimari possit in l. pen. C. de emancipa. libero. & in l. fin. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. quæ specialis commissio hic non erat, & ego dico q̃ nescio super quo fundetur ista diuinatio, & de authoritate illorum qui allegant parum curo, quia imo tex. in d. l. pen. C. de emanci. libero. in fin. manifestè facit in contrarium argumẽto de emancipatione ad legitimationem, prout etiam ipse allegans arguit, similiter q̃ facilius potest auctoritate principis legitimari infans quàm maior infante non potest ignorans sicut potest infans facilius emancipari. † Nam ibi dicitur q̃ maior infante non potest ignorans vel inuitus per rescriptum principis emancipari, sed infans bene potest licet habeatur pro ignorante, † quia q̃d videt ignorat, quare cùm consentire vel dissentire non possit, † pro consentiente habetur maximè in actu sibi fauorabili, *c* vt est legitimatio, sicut videmus † in actione de dote, quæ est communis patris & filiæ, tamen exercitiũ est patris cum consensu tamen filiæ. l. [illegible]. §. quid si in patris. ff. sol. mat. & si filia sanę mentis est absens & ignorans nõ habetur pro cõsentiente cùm possit dissentire, ideo pater agens cauet de rato. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. matr. sed si fit † furiosa, ita q̃ dissentire non possit habetur pro consentiente. l. 2. §. fin. eo. tit. Sic & motiuum illorum qui fundatur in §. & generaliter. in Auth. quib. mod. natu. effici. sui. vbi dicitur, q̃ legitimatus debet consentire, & aliter non potest legit. & in l. fin. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. vbi dicitur, q̃ filius naturalis vel emancipatus non redigitur in potestatem patris inuitus vel ignorans, sed infans non potest consentire, ergo non potest legitimari, dico consequentiam falsam & contrariam consequentiam fore veram (scilicet) † non potest infans consentire nec dissentire, ergo potest legitimari, sine alio consensu expresso vel tacito, quia est fictus vel præsumptus, & debet intelligi dict. l. fina. & dictus §. generaliter, de illis qui consentire & dissentire possunt, vt eorum consensus verus requiratur expressus vel tacitus † qui tantundem valet. l. item quia. ff. de pactis. † Cæterùm in infante qui consentire vel dissentire non potest, sufficit fictus & à lege præsumptus, vt in iuribus supra allegatis, cur ergo dicunt illi requiri speciale mandatum principis, cum † minor sit causa prohibitionis in eo, quia facilius emancipatur quàm maior, ergo & facilius legitimatur, non video bonam rationem pro eis. Et posito quòd prædicta cessarent, & quòd legitimatio ab ipso principio non fuisset sortita effectum inexpugnabilem † fuisset tamen in pendenti, donec sequeretur ratificatio legitimati, sicut quando absens & ignorans fuisset legitimatus, vt d. §. generaliter, quæ ratificatio sequuta est, sed dico, quòd ab ipso initio valuit, & sufficere debuit solius patris consensus, & in hoc differt infans à maiori infante, in quo expectatur ratificatio, vt efficaciter valeat, concessio ergo principis facta comiti Palatino cùm sit beneficium principis debet late intelligi & interpretari, vt possit legitimare tam præsentes quam absentes ad instantiam patris, subsecuta ratificatione legitimati absentis, & tam infantes quàm maiores, etiam sine alia ratihabitione sicut ipse princeps per seipsum foret legitimaturus. l. prima. ff. de offic. præfec. præto. iuncta l. beneficium. ff. de constitut. princip. extra de donatio. cap. cum dilectus. & hoc videtur expresse determinari per Bart. in l. Gallus. §. forsitan. ff. de libe. & posthu. vbi vult, quòd comes Palatinus virtute generalis potestatis sibi concessæ potest legitimare absentes per procuratorem, vel ad instantiam patris præsentis, dummodo sequatur ratihabitio legitimati, ergo & infantes qui licet sint præsentes, habentur tamen pro absentibus & sine ratihabitione subsequuta per rationes prædictas, si enim requireretur speciale mandatum principis in legitimando requireretur in legitimando absentes, quia coram ordinario pater non potest absentem adoptare vel emancipare. l. post mortem. §. fin. ff. de adoptio. ideo requiritur rescriptum principis. d. l. iubemus. & quæ ratio prohibens esset in infantibus, esset etiam in absentibus, cuius contrarium vult Bart. in loco præallegato, & ista videntur vera sine quacunq; dubitatione. Ad aliud vero contentũ in secundo articulo dictorum obiectuum dum pertinaciter, & iudaice insistitur in eo, quod per alia consilia reddita super hoc negocio fuit manifestè, & viuis rationibus confutatum, & quòd contra communem stylum & vsum, dum dicitur istam legitimationem vitiari per appositionem illius conditionis vel modi, quòd dictus legitimatus non possit succedere ab intestato cum legitimis & naturalibus, si contingeret pa-

ret patrem eos habere, quasi per hoc efficiatur monstruosus, &c. si non acquieſcit allegatis conſilijs alias redditis ſuper hoc, ſaltim acquieſcat conſilio D. Nicolai Abbatis de Sicilia quem ipſe magni precij facit & merito, nam vt patet in dicto conſilio & primo articulo c in loco per me ſupra ſignato in legitimatione ſuper qua conſuluit ipſe dominus Nicolaus, de directo erat appoſita ſimilis clauſula, q̃ legitimatus non poſsit teſtamentum patris impugnare, ſed deberet ſtare contentus illa vel re vel portione, quam pater ſibi reliquerit, & non vltra poſsit petere, & ſic in hoc habebatur pro non legitimo, 20 † cùm legitimus poſsit querelare & nullum dicere teſtamentum ſi exhæredetur vel prætereatur, & ſic videbatur ibi quo ad quid legitimus, & quo ad quid non, & tamen ipſe dominus Nicolaus non vult quòd propter hoc vitiaretur illa legitimatio, vt patet in ſecundo articulo dicti conſilij, vbi per alias rationes diuerſas conatur oſtendere, quòd dicta legitimatio erat nulla, & iſtam non adducit, quam profecto adduxiſſet pro fundamentali ratione ſi ita eſſet, vt dicit allegans, imo præſuppoſita validitate eius adducit hanc clauſulam ad probandum ſuam intentionem q̃ propter ſuperexiſtentiam dicti legitimati non excludentur fœminæ à petendo ſupplementum legitimæ, & ſi bene conſiderabit allegans, dictum conſilium in illa particula manifeſtè perpendet dictum dominum Nicolaum ſentire, & tenere in hoc articulo contra eum, & contra conſulentem dictam legitimationem ex dicta clauſula vitiari, & pro eo quod per dictum Proſdocimum & me, cum ſubſcriptionibus aliorum fuit verè & iuridicè conſultum, & ſic clipeus eius & arma retorquentur contra eum. Nam quaſi omnes legitimationes fiunt modo prædicto, nec poſſet Comes aliter legitimare virtute generalis poteſtatis, niſi modo prædicto (ſcilicet) ſine præiudicio legitimorum, cum Imperator in pluribus locis illorum titulorum quibus modis natur. efficia. ſui vel leg. hoc dicat, & proteſtetur ſe non 21 aliter facturum, † vnde niſi in priuilegio conceſſo Comiti aliud contineatur expreſsè, non intelligitur data poteſtas legitimandi, niſi ſine præiudicio legitimorum, & ita dicit & bene dictus dominus Nicolaus in dicto conſilio, & poſt prædicta ſcripta reperij dominum Faynerium de Forlinio cùm eſſet Piſis ita conſuluiſſe, cum à quodam doctore fuiſſet conſultus, an valeret legitimatio facta à Comite Palatino cum conditione vel clauſula, quòd legitimatus non poſſet ſuccedere, niſi in certa parte bonorum, & conſulens dubitabat propter leg. actus legitimi. ff. de regu. iuris. & propter legem quæſitum. ff. de adopt. dominus Raynerius arguendo pro & contra finaliter determinauit eam valere & allegauit. c. licet. de reg. iu. quia ſi potuit legitimare quo ad omnia, potuit diſpẽſare quo ad quędam, & ſic princeps potuiſſet, de quo non eſt dubium, ita & comes qui facit eius auctoritate, & reſpondet ad dictas leges in contrarium allegatas. Ita quòd res eſt clara & indubitata, allegat etiam Authen. licet C. de natu. liber. vbi lex legitimat naturalem ſolum quo ad ſucceſſionem teſtari & certo modo, non extra voluntatem. Super tertio & quarto obiectibus non eſt inſiſtendum, quia fundantur ſuper falſo, vt patere poteſt ex tenore dictæ legitimationis, & priuilegij Imperialis, ideo non intendo fruſtra papyrum denigrare, & ad quintum patet reſponſio per ſupra dicta, in primo articulo.

Laus Deo.

Et ita dico & conſulo ego Paulus de Caſtro I. V. D. & ad fidem me ſubſcripſi & ſigillaui, &c.

ADDITIONES.

a Alimenta. Adde quòd alimenta decentia † ea dicuntur, quę præſta- 1
22 ri poſſunt ſecundum redditus patrimonij, non ſecundum proprietatem & valorem ipſius, tex. eſt ad literam in l. Imperator Adrianus, in fin. ibi, ex acceſsionibus hæreditarijs. ff. ad Senatuſconſult. Treb. & ibi Bart. nu. 4. facit in propoſito dictum Romani conſil. 510. nu. 31. 2
circa med. Boer. deci. 19. num. 8.

Quid ſi patrimonium ſit magni valoris, vt domus & caſtra & modiciſsimum fructum afferentia, itaq; non ſatis faciant ad alimenta, an poſsint vendi, & ex redditu precij alimenta præſtari? & dicitur q̃
23 non, ſecundum Boerium citata deciſ. nu. 7. ſed an † poſsint alimen- a
ta denegari filio, & quibus ex cauſis? dic q̃ ex eiſdem cauſis ex quib. filius poteſt exhęredari, poſſunt alimenta denegari, ſecundum gl. in l. ſi quis à liberis. §. idem Iudex. ff. de lib. agnoſc. in verb. detulerat, & ibi Bar. nu. 1. gl. in c. cum haberet, de eo qui duxit in matrimo. in verbo ſecundum facultatem, ver. tamen recuſare poteſt pater. Bart. in l. 2
diuus. ff. ad l. Pompe. de partic. poſt num. 1. verſ. idem probatur alia ratione. Pet. Gerar. ſing. ſuo 1. nu. 1. Abb. d. c. cum haberet. nu. 10.

b Præiudicium & non aliter. Adde q̃ is citari † debet qui ex actu fi-
24 endo lædi poteſt, quia eſt ſpecies defenſionis naturali iure inducta, 4
& nec à principe auferri poteſt, & eſt fundamentum totius iudicij, iuxta text. in c. eccleſia, extra de maio. & obed. l. de vnoquoque. ff. de re iud. l. diuus. ff. de adopt. Lanfranc. de Oria. in c. quoniam contra, extra de proba. verſi. citatio nouiſsime peritiſ. Iac. Philip Port. conſ. 209. num. 27. volum. 1.

In actu ſibi fauorabili. Adde q̃ legitimatio † eſt actus qui fit ad fa-
25 uorem & honorem infantis ſeu legitimandi, & per ipſum actum legitimationis infans, aut legitimandus redit ad naturam propriam, quia à principio omnes liberi legitimi naſcebantur, vt in Auth. qui. mod. nat. effi. leg. col. 6. & 7. decidit Bal. in l. iubemus. C. de emanci. liber. nu. 2. & cum agitur de eius commodo, & fauore fingitur conſentire, iuxta tex. in §. 1. Inſtit. de auth. tut. & in proprijs terminis legitimationis infantis, adde Bal. conſi. 105. volu. 5. nu. 1. & per totum. Primo eſt videndum, & conſi. 119. eo. volu. nu. 3. quidam vxoratus. Rip. in reſpon. tit. de ſent. & re iud. reſpon. 1. nu. 18. vbi teſtatur decõi opin. contra quam tenuit Rom. conſ. 194. nu. 9. cum quadam diſtinctione, videlicet q̃ legitimatio infantis ſit nulla non ſequuta ratificatione in maiori ætate primo videndum occurrit, & maxima extat inter ſcribentes controuerſia, an poſsit legitimari, Bald. tamen conſi. 146. volu. 1. Titulus principis, nu. 8. tenuit q̃ poſsit legitimari. idem Alex. conſi. 11. num. 15. Alias conſului, lib. 7. Dec. conſil. 55. num. 7. Pro tenui, & 316. In caſu propoſito, nu. 9. & teſtatur de communi opin. Fran. Cur. Iun. conſi. 32. præſupponitur. num. 9.

SVMMARIA.

1 *Legitimatio facta ſub conditione, quòd legitimatus non ſuccedat, niſi ex teſtamento videtur monſtruoſa.*
2 *Conditio vitiat legitimationem cum ſit actus legitimus.*
3 *Modus non vitiat legitimationem.*
4 *Clauſula quæ non poteſt apponi in legitimatione vitiatur potius quàm ipſa legitimatio.*
5 *Actus pure in eſſe productus aſſumit vires ad repellendum omnem modum ſibi contrarium.*
6 *Conditio in legitimatione appoſita eam non vitiat.*
7 *Legitimatio nil aliud eſt, niſi reductio illegitimi ad actus legitimos.*
8 *Conditio quæ non conuenit vni ſpeciei legitimationis facit eam tranſire ad aliam ſpeciem cui congruit.*
9 *Legitimatio non numeratur inter actus legitimos qui ponuntur in l. actus leg. ideo non vitiatur per conditionis appoſitionem.*
10 *Quæ quotidie ſeruantur, & fiunt non ſunt mutanda.*
11 *Conceſsio legitimandi dicitur beneficium contra ius commune.*
12 *Conceſsio legitimandi propriè comprehendit legitimandi impropriè.*
13 *Odioſa & ambitioſa ſunt reſtringenda.*
14 *Forma mandati eſt ſeruanda quando iure mandantis proceditur, ſecus quando iure proprio.*
15 *Legitimatio facta ſine præiudicio venientium ab inteſtato non ſuſpendit legitimationem, & ratio.*
16 *Statutum de ſoluenda gabella pro qualibet re de qua fuerit contractus celebratus non habet locum in contractu rei inæſtimabilis.*
17 *Clauſula non obſtante effectu.*

CONSILIVM XLII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Istud consilium fundatur in duobus fundamentis, quorum quodlibet facillime tolli potest. Primum est, q̃ dicta legitimatio facta fuit sub conditione, q̃ legitimatus non succederet, nisi ex testamento propter quod dicit consulens eam vitiari, tum ex eo, quia dicta conditio est contra substantiam legitimationis, quia facit legitimatum censeri monstruosum, † id est esse in duplici statu (scilicet) quo ad quid legitimum, quo ad quid illegitimum quod esse non potest, vt in c. per venerabilem, qui fil. sint legi. vbi dicitur esse casum de sua decisione, tum quia & si non esset contra substantiam legitimationis, tamen vitiat eam † cum sit actus 1
legitimus qui conditionem non recipit. Sed certè primum fundamentum, quòd facta fuit sub conditione, constat manifeste non esse verum lippis etiam & tonsoribus, viso instrumento legitimationis vbi illud non apponitur conditionaliter per se, vel per aliam dictionem importantem conditionem, a secũdum ea quæ traduntur per Bart. in l. 1. ff. de condi. & demon. sed in quadam oratione de per se post confectum actum legitimationis hoc modo. Per hãc autem legitimationem non intendimus, &c. & sic non ad suspendendam legitimationem, quia non ante eam, nec cum inesse productam ad ipsam modificandam, vel ad effectum eius restringendum, † quod 2
est potius de natura modi, quam conditionis, secundum ea quæ plenè nota. in l. quibus diebus. §. fin. ff. de condit. & demonst. ex quo tolluntur illationes quas facit, quòd per prædictam clausulam vitietur legitimatio. † Nam imo potius ipsa clausula & modificatio vitiatur, si non potuisset apponi tanquam actui contraria per ea quæ plene, & clare traditur per modernos doctores in capitu. fin. de

condi. appoſi. & per glo. & docto. in Authen. ingreſsi. Cod. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. per ſeruum. §. fina. ff. de vſu & habit. Quorum dicta non repeto, quia communiter habentur, & videri poſſunt. actus
5 † enim pure in eſſe productus aſſumit vires ad repellẽdum omnem modum, & adiectionem ſibi contrariam. l. ſi ita quis hæres inſtitu-
6 tus fuerit excepto fundo. ff. de hæred. inſtitu. † Propterea poſito, quòd fuiſſet facta legitimatio prædicta ſub conditione, & illa conditio eſſet contraria naturæ veræ legitimationis, non tamen eam vitiaret, ſed faceret eam tranſire in nomine diſpenſationis, quæ diſpenſatio dicitur etiam legitimatio, quia facit quem legitimum,
7 ſeu pro legitimè natum quo ad quædam. † Nihil enim aliud eſt legitimatio, niſi reductio illegitimi ad actus legitimos, & poteſt dici nomen generale comprehendens legitimationem totalem, & iſta non ſtat in nomine generis, ſed particularis quo ad quædam, & tranſit in ſpeciale nomen, & dicitur diſpenſatio, ſicut dicitur de adoptione & de iuriſdictione, non tamen perdit nomen generis, quia genus ſemper ineſt ſpeciei, vt patet ex his, quæ in ſimilibus not. in l. imperium. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. in gloſſ. quæ in-
8 cipit, quia iuriſdictioni, in principio. † Conditio ergo quæ non conuenit vni ſpeciei, ſcilicet, legitimationi ſimplici & totali, facit eam tranſire in ſecundam ſpeciem cui congruit, ſcilicet, in legitimationem non totalem, quæ dicitur diſpenſatio, poſtquam conueniunt in nomine generis. text. eſt & ibi in ſimilibus per Bartol. in l. vbi ita donatur. ff. de donatione. ſub modo factis. facit quod not. Cyn. in l. voluntariæ. Cod. de excuſatione tutorum. in 5. quæſtione. ſecus ſi non conueniret in nomine. l. cum precario. ff. de precar. ſe-
9 cundum eundem Bartol. ibidem. † Item ex eo quòd legitimatio ſit actus legitimus, non vitiatur ex appoſitione conditionis, quia non numerantur inter illos, qui ponuntur in l. actus. ff. de regu. iuris. & inter alios locum non habet in illa l. vt ibi not. & per gloſſ. in l. hæreditas ex die. ff. de hæred. inſtituend. circa finem glo. Sed fundamentum facit conſultus, quòd iſte comes non habuit à Principe poteſtatem diſpenſandi, ſed legitimandi, vnde non poteſt illa legitimatio conuerti in diſpenſationem. Sed videtur primo, quod ſi dicam illam clauſulam vitiari, & reiici, tanquam non ſit conditio, ſed modus, & ſecundum ea, quæ ſupra dixi, non obſtabit iſta exceptio, quia non tranſit in modum diſpenſationis, ſed valebit, vt ſimplex, & totalis legitimatio. ſi vero dicam quòd nec vitiatur, nec vi-
10 tiat (prout eſt rei veritas) quia † quotidie videmus eas fieri, & obſeruari, vt fiunt, & minimè ſunt mutanda, &c. Reſpondetur ad iſtam oppoſitionem, quòd imo iſte comes cenſetur habere poteſta-
11 tem, non ſolum legitimandi, ſed etiam diſpenſandi, † quia cum conceſsio ſibi facta ſit, & dici debeat beneficium Principis, quia non eſt contra ius commune, & eſt de ſibi reſeruatis, debet legitimè interpretari. ff. de conſtitutio. princip. l. beneficium. cap. cum dilectus, de donatio. vt ſic comprehendere voluerit omnem ſpeciem legitimationis, tam ſimplicem & propriam, quam impropriã, quæ ambæ comprehenduntur ſub generali nomine diſpenſationis, vt dixi, vt ſic contra concedentem fiat largiſsima interpretatio. Cod. de bon. vacand. l. ſi quando. lib. decimo. & not. in dictis iuribus. Propterea, & ſi conceſſa eſſet poteſtas de prima prole ſuſcepta, ſi tamen ſine dictione taxatiua, deberet extẽdi etiam ad ſecundam,
12 † per regulam cui plus, cum ibi notatis. quia non ſubeſt iuſta cauſa reſtringendi, maximè poſtquam fit ad partis poſtulationem, iuxta not. in cap. 1. de torneament. in gloſſ. Nec obſtat cap. cui de natura.
13 de præbend. libr. 6. Quia, † ibi in odioſis, & factis ad poſtulationem, & ambitioſis, & ſic reſtringibilibus, hic in fauorabilibus, non enim poteſt dici hoc caſu odioſa diſpenſatio facta ſuper bonis pa-
14 tris ſecundum patris voluntatem. † Item non obſtat capitu. cum dilecta. de reſcrip. vbi forma mandati eſt reſeruanda, quia ibi quando vt mandatarius, & iure mandantis procedit, hic vero iure proprio, quia cenſetur collata in eum ordinaria poteſtas, cum fuerit vniuerſaliter conceſſa, & per viam donationis, vt patet in verbo largimur, & per not. per Innoc. in cap. in cauſis, & per Barto. in l. 2. ff. de optio. lega. & l. ambitioſa. ff. de decre. ab ordin. faciend. & ſic non ita arctant ad formam, ſicut ſimpliciter mandatarius, ſed habet locum iſta regula, cui licet, ſupra allegata, Laus Deo.

Et ita dico, & conſulo ego Paulus de Caſtro vtriuſq; iuris doctor & ad fidem me ſubſcripſi & ſigillaui.

ADDITIONES.

a Importantem conditionem. Adde quòd † legitimatio facta ſine
15 præiudicio venientium ab inteſtato non ſuſpendit legitimationem, nec facit conditionem, quia legitimati in aliquo ſunt diſsimiles legitimis, ſecundum Romanum conſi. ſuo centeſimo nonageſimoquarto, nume. decimoquarto. In propoſita conſultatione. Deci. conſi. ducenteſimo quinquageſimo octauo. In caſu domini Franciſci, numer. ſecundo. Petrus de Anchar. conſi. ducenteſimo nonageſimo, num. ſecundo, in ſucceſsione ab inteſtato, & in proprijs terminis quòd pater poteſt impetrare legitimationem pro filio quod certo modo ſuccedat, quo caſu dicitur diſpenſatio, vt conſuluit noſter Paulus, reſpondit Alexan. con. vigeſimo quinto. Circa primum dubium, volum. primo, num. quinto, & conſil. centeſimo quinquageſimo trigenteſimo nono, num. quarto, volum. quinto. Perlectis verbis. Decidit Paul. de Caſtro in l. pactum. C. de collatio. num. 9. & in Rubr. C. de iur. annul. aur. num. 5.

SVMMARIA.

1 *Statutum quod inſtrumenta regiſtrentur comprehendit inſtrumentum legitimationis.*
2 *Statutum debet interpretari negatiuè prolatũ, vt abſurditas euitetur.*
3 *Ratio non poteſt reddi, vt inſtrumentum librarum ſexaginta regiſtretur, & legitimationis quæ eſt maioris importantiæ non.*
4 *Exceptio debet eſſe de terminis regulæ.*
5 *Statutum tendens ad annullationem inſtrumentorum dicitur odioſum.*
6 *Verba legis vel ſtatuti vbi deficiunt, deficit lex vel ſtatutum.*
7 *Quod pluris eſt vtique tanti eſt.*
8 *Maritus legans centum vltra dotem cenſetur etiam legare dotem.*
9 *Infinitum id dicitur quod eſt ſupra omne quod eſt finitum.*
10 *Finiti ad infinitum nulla eſt comparatio.*
11 *Exceptio potius dicitur inepta quam quòd ampliet regulam.*
12 *Exceptionis natura eſt regulam firmare in non exceptuatis.*
13 *Clauſula non obſtante non ampliat regulam, ſed tollit obſtantia.*
14 *Statutum quod de qualibet perſecutione fiat pax & diminuatur quarta pœnæ excepta percuſsione quatrelli cum ſanguine comprehendit percuſsionem cum ſanguine facta cum baculo.*
15 *Exceptio quæ tendit ad reſtringendum non debet ampliare.*

CONSILIVM XLIII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosiſsimæ virginis Mariæ, Amen. Dubium facit, quia Barto. in l. quarta. ff. de damno infect. loquitur quando illud quod ſtatutum mandat fieri, non poterat fieri ſuper inſtrumento continente rem inæſtimabilem, vel æſtimationis infinitæ, puta quod ſoluat tantum pro libra, de gabella, quia ignoratur quantum ſit ſoluendum, nec poteſt declarari, ſed in caſu noſtro ſtatutum † mandat, quod inſtrumenta regiſtrentur, quæ regiſtratio ita poteſt fieri in inſtrumento legitimationis, vel alterius rei inæſtimabilis, ſicut rei æſtimabilis, ergo videtur hoc inſtrumentum contineri in diſpoſitione ſtatuti. Nec videtur obſtare, quod loquitur de inſtrumentis continentibus quantitatem ſupra quinquaginta libras, quia poteſt dici, quod voluerit excludere inſtrumenta continentia quinquaginta libras, vel infra, vt non regiſtrentur neceſſario, ſed illa quæ continent ſupra, vel id quod ſit æſtimationis infinitæ, quia tunc non poteſt dici quod cõtineant infra libras quinquaginta, bene debeant regiſtrari, & ſic litera ſtatuti ſit conuertenda, vt licet loquatur affirmatiuè, quod illa regiſtrentur, quæ continent quantitatem ſupra quinquaginta, tamen vt euitetur abſurditas perinde ſit ac ſi loqueretur negatiuè,
2 † quod illa quæ continent infra non regiſtrentur, cætera verò ſic, prout in ſimili dicit gloſſ. poſſe fieri. ff. de leg. l. cum lex. & l. cognitio. §. vt bonorum. ff. de officio eius cui manda. eſt iuriſdict. ſed ſi loqueretur negatiuè, modo quo dixi, clarum eſſet iſtud inſtrumẽtum comprehendi, quia non continet infra quinquaginta, & ſic comprehendi debet ſub generali affirmatiua de omnibus alijs, & ſic intelligendo ſtatutum eſſet rationabilius, quàm intelligendo affir-
3 matiuè, vt iacet, † quia non eſt dare rationem, quare inſtrumentum continens libras ſexaginta debeat regiſtrari, & inſtrumentum legitimationis, qui eſt multo maioris importantiæ non, & etiam tunc exceptio poſita in fine de inſtrumentis ſyndicatuum. & procurationum, quæ dicitur continere rem inæſtimabilem erit & cenſebitur apto modo appoſita, † cùm exceptio debeat eſſe de regu-
4 la, id eſt, de terminis regulæ ad hoc vt apta ſit. iuxta not. in l. prima. ff. de reg. iu. quod non eſſet ſi regula eſſet de inſtrumentis continentibus certam quantitatem, & exceptio de continentibus aliquid inæſtimabile. Sed breuiter cùm ſtatutum † iſtud tendat ad annul-
5 lationem inſtrumentorum, quod eſt odioſum, nec ſit conforme iuri communi, quod talem regiſtrationem non requirit, tutius eſt verbis ipſius deſeruire, vt intelligatur ſicut iacet. ff. de except. l. prima. §. ſi is qui nauem. & l. proſpexit. ff. qui & à quibus, propterea quod aliter de intentione ſtatuentium ex verbis non apparet. l. non aliter. ff. de legat. tertio. l. ſi alij. ff. de vſufruct. legat. ſecus ſi rationem aliquam aſsignaſſet, quia tunc extenderetur ſtatutum ad omnem caſum in quo vigeret eadem ratio. ff. de rei vendicat. l. emptio. §. fin.

ibi, &

ibi,& ea ratione reddita, &c. de vsuris.l.in fideicommissis. §.cum Pollidius ibi idque cum sibi mater & cætera,& quod not.in similibus in l.1.C.de his qui ante aper.tabu.per Cyn.& Barto. in l.liberorum.ff.de verborum signific. Dicendum est ergo,quòd cùm disponat de instrumentis continentibus quantitatem supra quinquaginta libras, locum non haberet in instrumentis,quæ non possunt dici continere quantitatem supra quinquaginta libras , quia vbi deficiunt verba legis,vel statuti,deficit ipsius legis,vel statuti dispositio.l. hos accusare.§.omnibus.ff.de accusatio.de aqua quotidian. & æsti.l.1.§.loquitur.de iure patron.l.adigere.§.quamuis. de dona.
6 inter vir.& vxor.l.cum hic status. † §.si sponsus.de testamen.milit. l.quod constitutum.extra de baptism.cap.maiores.§.cæterùm.Videndum est ergo an hoc instrumentum legitimationis & similia continentia rem infinitæ æstimationis dicantur continere supra
7 quinquaginta libras , & videtur quòd sic, † quia quod pluris est vtique tanti est. l. cum furti,de in litem iurand.Contrarium est verius, quia si diceretur continere supra, vel vltra quinquaginta
8 libras,necessario continet etiam quinquaginta.Nam † si maritus legat centum supra, vel vltra dotem censetur etiam legare dotem. ff.de dote præleg.l.Seia.& not.Barto.eodem tit.l.cum ita.& eadem
9 ratione diceretur continere mille,vel duo millia, † quia quod infinitum est supra omnequod est finitum dicitur, & sic similiter dicit Barto.in l.4.§.toties,de dam.infecto quod non debetur solui gabella,quia imo deberet solui de illa quantitate de qua gabellam diceret soluendam, quia quælibet quantitas sub illà infinitate com-
10 prehenderetur,sed hoc est falsum,quia † finiti ad infinitum nulla est comparatio, quia talia dicuntur nullam æstimationem recipere, vt in iuribus in præcedenti consilio allegatis , & sic nullam
a quantitatem. *a* Nam si aliquam dicerentur continere diceretur quis ex eis esse locupletior, quod tamen non est.l.naturaliter.in fin. cum not.ff.de præscript.verb.& sic dictum instrumentũ non comprehenditur in dicto statuto,postquam sibi non conueniunt verba eius, vt in iuribus supra allegatis. Nam & posito quòd statuentes aliud voluissent satis est,quod non expresserunt.l.in ambiguo.ff.de
11 rebus dub.cum similibus.quod † autem dicitur de exceptione dicendum est,quòd potius debemus dicere ipsam ineptam,vel superfluo fuisse appositam, quàm quod ampliet regulam præcedentem,
12 ad illa quæ sub ea non comprehendebantur, quia † natura eius est firmare regulam in non exceptis, & natura confirmationis est roborare dispositа, & contenta in regula non autem ipsa ampliare. l.Aurelius.§.1.ff.de liberat.legat.l.2.& 3.not.Bald.C.si aduersus rem
13 iudicat. & † quod dicimus de clausula non obstante, *b* quia non
b ampliat regulam,seu gratiam, sed tollit obreptionem,vt no.in Clementi.1. de præbend. & ideo Bald.in l.in his.ff.de legibus.determi-
14 nat quæstion.si statutum † dicat,quod de qualibet percussione sine sanguine possit fieri pax,& diminuatur quarta pars condemnationis,excepta percussione quatrellecti cum sanguine. de qua non diminuatur, & quis fuerit percussus cum ligno,cum sanguine,non poterit fieri pax ad diminutionem pœnæ, licet exceptio sit de sola percussione quatrellecti cum sanguine, & sic innuit,quod de alijs cum sanguine possit, quia regula præcedens,quod possit,loquitur solum de percussione sine sanguine, ideo non ampliatur per exce-
15 ptionem.l.generali.§.vxori.ff de vsufruct.lega. † quia cùm tendat exceptio ad finem contrarium,scilicet,ad vitandum, & restringendum regulam non debet ipsam ampliare.l.cum tale.circa fin.ff.de condit.& demon.l.Titia.in fin.ff.de manu.testa.

Et ita dico & consulo ego Pau.de Cast. V.I.D.& ad fidem me subscripsi & sigillaui.

ADDITIONES.

a Nullam quantitatem. Adde quòd stante statuto quòd debeat solui pro qualibet libra gabella cuiuscunque rei de qua celebratus fuerit
16 contractus, † quòd non habet locum in contractibus qui fierent super re inæstimabili , vel non reducibili ad libram, secundum Alexandrum in l.4.§.prætor ait.ff.de dam.infect.numer.25.Paul.de Castr.in l.in his.ff.de leg.nume.4.facit in proposito dictum Alber. de Rosa.in tracta.de statu libr.2.quæst.5.nu.5.vbi dicit quod stante statuto quòd pro quolibet quarto vini soluatur denarius vnus, quod non extenditur ad vendentem stellaciam. Roman.tamen in dict.l.quarta.§.prætor ait,contrarium tenuit.asserens id locum habere,quando nullo modo potest æstimari.Et subdit quòd si litigatur in causa status quanquam sit inæstimabilis, tàmen is contra quem litigatur, debet æstimare.Et dicit quòd possunt partes compelli ad quantum ipsum factum chari pendant æstimandum,& pro illo erit soluenda gabella. Alex.tamen ad dicta per Roma.respondet. vbi poteris videre.

b Non obstante. Adde quòd clausula non obstante, † tollit defe-
17 ctum releuans, vel interdum extinguens actum,quo non releuato vel extincto,id de quo agitur,irritatur,secũdum Ioannem de Imol. in Clemen dudum, de sepult. num.76. Barto.in extrauag.ad reprimen. in verbo non obstantibus. num.11.Alexan.in l.miles.de re iudic.nume.3.in fin.Cravet. consil.182.nume.13.circa medium.Diuino subsidio.

SVMMARIA.

1 *Hæres in feudo recipitur pro filio.*
2 *Nepotes ex filia vel descendentes ex linea fœminina non succedunt in feudo,nisi ex speciali concessione.*
3 *Feudi concessio pro se & filijs olim non extendebatur ad nepotes.*
4 *Patruus factum præiudicat filijs in feudis & eos excludit.*
5 *Nepos an possit venire ad feudum non habita hæreditate aui.*
6 *Hæres contra factum defuncti venire non potest.*
7 *Feudum præscribitur præscriptione longissimi temporis.*
8 *Feudum creatur ex possessione rei tanquam feudalis.*
9 *Feudum amittitur ob non petitionem inuestituræ infra annũ & diem.*
10 *Descendentes perpetuo admittuntur in feudum concessum pro se & suis descendentibus à principio.*
11 *Descendentes ex fœmina admittuntur ad feudum vbi non supersunt masculi,quando fuit concessum pro filijs masculis & fœminis.*
12 *Intellectus.§.hoc autem notandum,de his qui feudum dare possunt.*
13 *Pactum conceptum in filia videtur conceptum in nepote ex filia in feudo.*
14 *Feudi natura in filios beneficio domini potius quam facto patris transit.*
15 *Renunciatio patris de feudo facta non nocet filijs.*
16 *Renunciatio patris cum promissione filiorum de non contraueniendo in feudo nocet filiis.*
17 *Ratio quare renunciatio patris non nocet filijs in feudo est,quia potius habent beneficio domini feudum quàm facto patris.*
18 *Filius potest habere feudum antiquum etiam si non sit hæres aui vel patris.*
19 *Venditio feudi facta à patre non præiudicat filio adeunti hæreditatem paternam beneficio inuentarij.*
20 *Ius quæsitum ex prima inuestitura feudi filio non tollitur per renunciationem patris.*
21 *Intellectus ad titulum,an agnatus vel filius defuncti.*
22 *Hæres potest venire contra factum defuncti in præiudicium,& fraudem ipsius hæredis actum.*
23 *Præscriptio non currit non valenti agere.*
24 *Ignorantia probabilis dicitur iusta causa restitutionis in integrum.*
25 *Ignorantia probabilis cadit in facto alieno.*
26 *Ignorantia probabilis cadit in eo qui succedit in ius alterius.*
27 *Possessor malæfidei non præscribit.*
28 *Clausula saluo iure tertij,vel cuiuscunque impedit præscriptionem.*
29 *Tempus anni & diei ad petendum inuestituram feudi successoribus statutum non currit iustè impeditis.*
30 *Ignorantia probabilis dicitur iustum impedimentum.*
31 *Potestatem agendi non habet qui ignorat.*
32 *Feudatarius qui infra annum & diem non petijt inuestituram non est priuatus ipso iure feudo,sed requiritur iudicis sententia.*
33 *Hæres in feudis accipitur strictè pro descendentibus ex eo quod est stipes agnationis.*
34 *Feudum antiquum quod sit.*
35 *Feudum paternum quid sit.*
36 *Feudum nouum quid sit.*
37 *Feudum antiquum non potest alienari & ratio quare.*
38 *Feudum antiquum alienatum quando possit alienatio ipsa reuocari à proximiore agnato.*
39 *Præscriptio non habet locum in feudum quomodo procedat.*
40 *Præscriptio quando currat in feudis.*
41 *Requisita ad feudi præscriptionem.*
42 *Clausula saluo iure cuiuscunque facit conditionem.*
43 *Ignorantia est iustum impedimentum & dicitur causa iusta & æqua concedenda restitutionis in integrum.*
44 *Ignorantia quomodo probetur.*

CONSILIVM XLIIII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Marię,Amen.Quoniam casus infrascriptus super quo consuluerunt celeberrimi & famosissimi iurisconsulti,est de materia feudali,& ardua,ideo rem gratam nos facturos esse curiosis & studiosis lectorib. existimauimus, si hæc duo etiam consilia,licet aliena inter ipsa excel.Iurisconsulti Pauli nostri Castren.interseremus,& tanto magis,cũ super eodẽ ipso casu Paulus quoq; noster consuluerit, ac eisdem ipsis duobus consilijs prædictorũ celeberrimorũ iurisconsultorũ subscripserit.

Casus

Tertia pars Consi. Paul. de Cast.

Casus talis est. Quidam Ageretus Ciuis Veronensis pater antiquus inuestitus fuit per Dominum Episcopum Veronensem de quodam feudo recto nobili & antiquo, & infeudari consueto, in eadem Ciuitate & sua Diœcesi, quam inuestituram habuit & recepit pro se & hæredibus suis vtriusque sexus, & succesforibus suis & illam iuramẽto fidelitatis & in forma debita firmauerit, postquam multi eorum successores masculi continuata eorum successione atque possessione illud feudum habuerunt & tenuerunt cum debita inuestitura, & cum solennitatibus opportunis. Postremo autem quidam Petrus solus masculus, & ex linea masculina genitus ex prole parentis primitus inuestiti, illud tenuit, deinde sibi natæ fuerunt duæ filiæ legitimæ & naturales, quas tradit nuptui, & quarum vtraque habuit prolem, altera, videlicet, fœminam tantum, altera fœminam & masculum, postq̃ ipse Petrus pater cõuenit cum Montanario ciue Veronensi & comparuit coram domino Episcopo, deinde feudum & iura quæ habebat refutauit in manibus dicti domini Episcopi, cum hoc pacto quòd ipse Montanarius ciuis deberet inuestiri loco sui de dicto feudo suo, & propter hoc aliquod precium à dicto Montanario non accepit, vt apparet in refutatione facta ab ipso Petro, qui Montanarius inuestitus fuit, pro se & hæredibus suis vtriusq; sexus, tandem decesit dictus Montanarius relicto post se Leonardo vnico filio, qui de ipso feudo fuit similiter inuestitus, & tandem ipse filius Leonardus decesit relictis post se aliquibus filijs suis legitimis & naturalibus, q̃ omnes fuerunt à dicto domino Episcopo solenniter inuestiti & sic continuata possessione sui patris & suorum antecessorũ tenuerunt feudum ipsum per 58. annos continuos absq; contradictione alicuius personæ, deinde ipsæ filiæ dicti Petri ambæ decesserunt altera sine prole altera vero cum prole & descendentibus, scilicet filio qui vocatur Petrus, & filiabus. Quæritur ergo an dictus Petrus filius dictam renunciationem & inuestituram factam ipsi domino Montanario, & successoribus suis, & possessione dicti feudi multos annos per eos continuata non obstante, possit venire ad dictum feudum tanquam ad feudum auitum, proauitum, & antiquum.

In quęstione proposita contra dictum Petrum, q̃ ad dictum feudum venire non possit, quatuor potissimè facere videntur. Primò, quia descendit ex fœmina de stipite primi inuestiti, vnde licet dictũ sit in inuestitura, q̃ hæredes vtriusq; sexus succedãt in feudo, quod
1 verbũ hæres † *a* in feudo recipitur pro filio, vt not. gl. in l. ex facto. §.
a fin. ff. ad Trebel. & est text. expressus de alie. feu. in §. si clientulus, & si filiæ ex tali pacto venire possent ad successionem feudi, nõ tamen
2 videtur, q̃ nepotes ex filia † vel alij descendentes ex linea fœminina venire possint, nisi de ijs specialiter fit dictum, vt de succ. feu. cap. 1. b
verſi. ad filios verò, de nepotibus aũt in casu nostro non videtur facta mentio igitur non admittuntur, & si diceretur si est facta mentio in inuestitura, q̃ quis recipiat pro se & filijs suis inuestituram veniũt nepotes ex filio, & omnes alij masculi descendentes vsq; in infinitũ, vt in tit. 1. de ijs qui feu. dar. poss. cap. 1. §. cùm vero Corradus, ergo eodem modo cùm esset facta mentio de filia descendentes ex
3 ea vsq; in infinitum comprehensi videntur. † Nam huic motiuo videtur posse responderi, quia vbi habetur in d. c. 1. de ijs qui feud. da. pos. feudum concessum pro se & filijs olim non extendebatur ad nepotes, sed postea fuit extensum vt ad nepotes ex filio extenderetur, vt in d. §. cùm verò Corradus. Sed hæc extẽsio non vr̃ facta quo ad nepotes ex filia, stabit ergo quo ad eos ius antiquũ tanq̃ non correctum, q̃ nepotes ex filia non comprehendantur. argu. l. præcipimus, in fin. de appel. C. nisi de ijs fit facta specialis mentio. Secundo dicto Petro obstare videtur renunciatio facta per auũ suum, vt quidam Montanarius extraneus inuestiretur, nam † factum patris in
4 feudis præiudicat filijs & eos excludit, siue pater alienet feudũ, vt probatur, quæ fuit prima causa beneficij amittendi. §. deniq;, & de prohibita aliena. feud. per Fed. §. calidis insuper. Siue delinquat in dñm, vt d. §. deniq;, & si de feud. fue. controuer. cap. si vasallus culpam. Siue etiam renunciauit feudum, vt de eo qui finem fecit agnatis, & de vasal. qui contra constit. Lothar. & de alienat. feud. pater. cap. 1. & quib. mod. feud. amit. §. rursus. Et vasallus hoc tenere videtur in §. hoc quoq;, de succ. feu. & sic obstante renunciatione facta
5 per auũ, non † videtur supradictũ Petrum ad hoc feudũ admitti, cùm non possit venire ad feudũ nisi habita hæreditate aui, vt in tit.
6 an agna. vel fil. def. cap. 1. hæres † aũt contra factum defuncti venire non potest. l. cùm à matre. C. de rei vendi. Tertio obstare vide-
7 tur huic Petro, † quia descendentes dicti domini Montanarij inuestiti per renũciationem factam per auũ dicti Petri videnť legitimè prę̃scripsisse ius vtilis domini huius feudi, cùm possederint hoc feudũ post inuestituram factam ipsi domino Montanario per spaciũ 50. anno. Vnde præscripsisse vr̃ præscriptione longissimi temporis ex quo titulũ habuerunt. l. 1. & l. fin. C. de præscrip. long. temp. siue etiam titulũ non habuissent præscripsissent præscriptione longissimi temporis spacio 30. anno. l. cũ notissimi. & l. si quis emptiones. C. de præscript. 30. annor. Quinimo possidendo † qs aliquam rem tanq̃ feudalem, ius feudi vr̃ creare, vt in c. si qs. per 30. si de feu. def. fue. controuer. ergo fortius per 30. annos debet quis præscribere ius feudi iam creatũ, quod erat penes aliquem vasallũ. Quarto
9 obstare vr̃ huic Petro, † q̃ infra tempus debitũ, scilicet, infra annũ & diem inuestituram non petıt & sic ius suũ perdidisse videtur, vt in cap. 1. quo temp. mil. inuestit. pet. debeat, & in tit. de prohibi. alienat. feud. per Federic. l. imperialem. §. Præterea si quis. His tamen
10 non obstantibus, videtur dictum Petrum † ad dictum feudum admittendum esse, quia est descendens à stipite primi inuestiti, nam quando quis recipit inuestituram pro se, & suis descendentibus, seu liberis, descendentes perpetuo admittuntur, vt de succes. feud. & de grad. succes. in feud. cap. primo. Nam ibi habetur q̃ quilibet qui descendit à stipite primi inuestiti ad feudum aspirare potest secundũ tamen prærogatiuam graduũ, vt ibi habetur. Cùm ergo dictus Petrus solus reperiatur de stipite primi inuestiti habet fundatam intentionem suam de iure, quòd in dicto feudo succedit non ob-
11 stante q̃ ex fœmina descendat, quia † & ij descendentes ex fœmina non admittuntur, vbi non supersunt masculi descendentes ex masculo, & inuestitura sit accepta, pro filijs masculis & fœminis, vt est in casu nostro, vt in d. tit. de grad. succes. in feud. Restat nũc tollere contraria supradicta deducta contra dictũ Petrũ. Non obstat itaq; quod primo dicebatur, q̃ nepotes, vel vlteriores descendentes ex filia non succedant in feudo nisi de ipsis esset facta mentio in inuestitura quantumcunq; de filia dictum esset, quòd deberet suc-
12 cedere, &c. † quia dico hoc non esse verum, nam tex. est expressus de ijs qui feud. dare poss. §. hoc autem notandum, quòd si de filia facta est mentio in inuestitura, q̃ tunc filij ex ea admittuntur, dicit autem text. ad literam. hoc autem notandum est, quòd licet filiæ, vt masculi patribus succedant legibus, à successione tamen feudi remouentur, similiter & eorum filij, nisi dictum sit, vt ad eos pertineat, & ibi dicit Bald. illum esse text. notab. quòd pactum † conce-
13 ptum in filia videtur etiam conceptum in nepote ex ea *filia*, & sic sufficit q̃ in inuestitura sit actum, q̃ fœmina succedere possit, & sic feudum possit esse fœmininum vt est in proposito, ad quod etiam bene facit tex. in d. tit. de grad. succ. in feud. ibi nisi eius conditionis sit feudum, vel pacto acquisitum, &c. Non obstat scdm, scilicet, renunciatio facta per auũ maternum ipsius Petri, &c. Nam quicquid sit quando pater delinquit in dominum, vel feudũ alienat, an ex-
b cludantur filij in totũ maximè in feudo antiquo *b* quale est istud,
14 quod † natura sui in filios potius dicitur transire beneficio do-
c mini concedentis *c* quam facto patris, vt not. in d. §. cùm vero Corradus. qui feud. dare poss. variæ namq; fuerunt in hoc doctorũ sententiæ, vt not. in l. emancipatum, in fin. ff. de senat. & l. adoptiuum, in fin. ff. de in ius vocand. per Dyn. in regula non debet aliquis, de reg. iur. libr. 6. & not. per aliquos doctores in l. liberti. C. de oper. libert. & in l. 2. C. de liber. & eorum liber. & in l. 1. C. de bon. lib. tamen
15 q̃ renunciatio † patris non præiudicet filio in feudo, not. Dyn. & Alber. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de legat. 1. allega. l. stipulatione. §. si quis ita. ff. de verbo. oblig. C. de vsufruct. l. cùm antiquitas de eo qui sibi & hæred. su. ma. & fœ. inuest. accep. c. 1. faciunt ad hoc not. per Bald. in l. qui se patris. C. vnde liber. versi. item quæro si vasallus, vbi dicit, q̃ renunciatio patris non nocet filio nisi ei pro-
16 mittat † filius non contrauenire, quo casu distinguendi esse scdm Bald. ibi quod est in alijs bonis filijs venditis per patrem, in quibus bonis quid iuris sit habetur in l. cùm à matre. C. de rei vendica. & in
17 l. fin. §. in computatis. C. de iure deliber. & pro † hac parte q̃ simplex renunciatio patris in feudo filijs non noceat facit ratio, quia cùm filij habeant feudum (maximè cùm est antiquum) magis est prouidentia domini, quam ex facto patris, per patrem tolli non debet. Faciunt ad hanc partem not. per Bald. de succes. feud. §. hoc quoque. & in titu. an agnati, vel filij defunct. & sic cùm hæc simplex renunciatio patris filio non noceat etiam si sit hæres patris secundum
18 præmissos doctores, frustra disputatur, an hic Petrus † possit habere feudum sine hæreditate aui, per titu. an agnat. vel fil. defunct. quia si etiam esset hæres aui hoc sibi non obstaret. Idem secundum
19 Nicolaum de Matarel. in l. 1. C. de reuocat. donat. si filius † adit hæreditatem paternam cum beneficio inuentarij, tunc renunciatio patris in feudo non præiudicat ipsi filio scdm eum. In proposito ergo cùm hæreditas huius aui dicatur adhuc esse vacans cum mater Petri se in ea non immiscuerit, posset Petrus adire hæreditatem aui cum beneficio inuentarij in quantum opus esset, quod tamen non
20 videtur esse necessarium, & sic † contra dictam renunciationem

ius

ius suum remaneret saluum sibi quæsitum ex inuestitura primi inuestiti à quo descẽdit secundum opinionem dicti Nicolai. Idem secundum Bald. in d. §. hoc quoq; de succeſſ. feud. circa fi. quando pa-
21 ter alienat feudum legitimè, tunc factum patris non nocet filio. † Si verò non legitimè, & tunc si ex hæreditate patris aliquid peruenit ad filium, vel peruenire potest, tunc filio præiudicat, aliàs putat filium debere in feudo succedere & posse reuocare malè alienata per patrem, & sic dicit intelligendum esse titu. an agnat. vel fi. defunct. Cùm itaq; in facto dicatur, quod ad dominum Petrum nihil peruenit de hæreditate aui, nec peruenire potest, quia nihil reperitur, merito secundũ præmissam opinionem feud. habere poterit quan-
22 tumcunque non sit hæres. Item videretur † probabiliter posse dici, quod si iste Petrus non aliter posset habere feudum nisi esset hæres aui, tamen permitteretur sibi venire contra factum defuncti, cùm sit factum in fraudem suam, & aliter non posset indemnitati suæ succurrere quamuis hæres eius sit. argum. l. 2. C. si quid in fraud. patro. Concluditur ergo dictam renunciationem Petro non nocere, siue sit hæres aui, siue non, & maximè in casu isto cessare videtur ratio quæ assignatur in d. titu. an agnat. vel. fil. quæ est, quod videtur a
absurdum, quòd filius debeat repudiare hæreditatem patris & ac-
33 cipere feudum, & sic fraudare creditores patris, quia hic non sunt creditores, qui in hoc grauentur. Non obstat quòd tertio dicebatur
d contra Petrum, de præscrip. *d* facta per descendentes domini Montanarij, &c. quia posset responderi, quòd nulla præscriptio currit contra ipsum Petrum, nisi à tempore quo ius feudi sibi delatum
23 fuit, quia † non valenti agere, non currit præscriptio. l. 1. in fin. C. de annal. excep. Petrus autem ius petendi feudum non habuit nisi post mortẽ matris, quę decessit pauci anni sunt, & sic prę scriptio contra b
eum nõ est completa. Item si diceremus præscriptionem cucurrisse
34 saltem ex clausula generali, locus esset restitutioni. Si qua mihi iusta causa, &c. Iusta autem causa concedendæ restitutionis esset pro-
24 babilis † ignorantia, ius in hoc feudo sibi competere, cùm ius eorum fundetur ex inuestitura primi inuestiti, quę antiquissimo tem
35 25 pore facta fuit, in facto autem alieno † cadit probabilis ignorantia. l. fina. ff. pro suo & maximè antiquo. Nam & in facto proprio antiquo cadit probabilis ignorantia, vt not. in cap. ab excommunicatu, de rescript. & in d. l. fina. pro suo. Item & iustam causam igno-
26 rantiæ habet, quia † successerunt in ius alterius. l. cum quis in ius. ff. de regu. iur. & in regula cum quis, lib. 6. propter ergo probabilem 36
ignorantiam aut Petrus ipso iure debet conseruari illæsus, aut beneficio restitutionis iuuari, vt in simili not. in l. 2. C. de iure emphy. & per Dy. & Bar. in l. cum filius. §. in hac. de verb. oblig. Item & for-
27 te posset dici nullam præscriptionem † factam esse per dictum do- c
minum Montanarium, nec per successores suos, tum quia ipse dominus Montanarius videtur in mala fide fuisse, quia cùm sciebat ipsum feudum esse antiquum, per consequens sciebat descendentes à primo stipite debere succedere, & ideo cum mala fide non potuit præscribere, vt in c. fi. de præscri. & in regula possessor, de reg. iu. lib.
28 6. tum quia ipse Montanarius fuit inuestitus † saluo iure cuiuscunq; e
quæ verba in inuestitura suorum descendentium fuerunt repetita, & sic reseruare videntur ius debentiũ succedere in feudo & cursum præscriptionis impedire, alias mala fide præscriberetur, si ius in inuestitura reseruatum vsurpare vellent, vt in d. c. fin. de præscri. Ad quartum supra obiectum, videlicet, q; inuestitura non est petita infra annum & diem, &c. facillimè respondeo per præmissa. Nam text. in d. c. 1. quo tempore miles inuestit. ab ipsa præscriptione tem-
29 poris excipit iustè impeditos. † Iustum autem impedimentum est
30 probabilis ignorantia; † vt colligitur ex præmissis. facit l. quicunq;. C. qui admit. ad bo. poss. vbi ignorantia inter iustas causas nominatur, & ideo dicit gl. in d. c. 1. quem sequitur Iac. de Belui. & Bal. q; annus & dies ad petendũ inuestituram non currit ignorantibus. Item d
text. in d. c. Imperialem. §. par. punit solum illum qui incuria & negligentia omisit petere inuestituram, probabilis autem ignorantia
f *f* numeratur inter causas iustas impedimenti, vt d. l. quicunque. &
31 l. diem, & qui ignorat, † non habet potestatem experiendi, vt l. annus exinde. ff. de requir. reis. & text. est de hoc expressus in cap. fina. de prohibit. alien. feud. per Lothar. vbi punire debet qui dolosè per annum & diem distulit inuestituram petere, dolus autem abesse videtur, vt ibi expresè dicit text. Si iusta causa interueniente distulerit. Iusta autem causa in proposito interuenit, scilicet, probabilis ignorantia &c. Item ex alio assurgit iusta causa non petendi inuestituram, quia feudum per tertium possidebatur & Petrus nullam feudi commoditatem habebat, & ideo non tenebatur inuestituram petere, quia non tenetur onera feudi subire, qui ex eo non habet commoditatem, & hoc expresè determinat Bald. post Gulielm. de Cun, in terminis nostris in l. solennibus. C. de rei vendicat. Vltimo
32 in hoc considerandum est, quòd † vasallus qui intra annum & diem inuestituram non petijt, nulla iusta causa intercedente, non est priuatus ipso iure, sed per sententiam priuari debet, vt probat tex. in d. c. 1. quo tempor. mil. in versi. damnetur. Non est ergo priuatus ipso iure, sed priuari debet inquantum Domino placeat. Concluditur ergo q; cùm dictus Petrus habeat feudatam suam intentionem de iure cum sit de descendentibus primi inuestiti, ad dictum feudum admitti debet non obstantibus obiectis supra factis, quæ per superiora sunt soluta. Deo gratias. Amen.

Et ita dico & consulo ego Prosdocimus de comitibus de Padua I. V. D. legens lecturam ordinariam Iur. Canon. signumq; meum consuetum, &c.

Ego Bartholomæus de Zabarellis de Padua I. V. D. nec non S. R. Ecclesiæ Protonotarius me manu propria subscripsi, & ad fidem præmissorum signo meo consueto signari iussi.

Ego Ioannes Franciscus de Capitibusliste de Padua I. V. D. manu propria subscripsi, &c.

ADDITIONES.

a Hæres. Adde q; nomen hæres † in feudis accipitur strictè pro de-
33 scendentibus ex eo q; est stipes agnationis communis secundum gl. in c. statutum. il 2. de hæret. in 6. in verbo inane hucusque. versic. est tamen sciendum. Cyn. in l. liberti libertæq;. C. de oper. libert. post num. 8. versi. 2. casu quando. Barto. in l. pro hærede. §. si quid tamen. num. 2. ff. de acq. hære. Bald. in l. Gallus. §. etiam si parente. num. 2. ff. de libe. & posthu. & in proœmio feudorum, nu. 25. Bar. in d. §. etiam si parente. num. 4. And. de Iser. de prohib. feu. alie. per Feder. c. Imperialem. nu. 7. Barth. Cammer. ibid. fol. 22. litera T.

b In feudo antiquo. Adde q; feudum aliud est antiquum siue pater-
34 num, aliud nouum, & dicitur † paternum, quod fuit agnationis communis, secundum Bal. in proœmio feud. nu. 42. glo. tamen in c. 1. de succes. feud. in verbo inuestiri, in fine ponit differentiam inter paternum & antiquum, nam dicitur antiquum quod à stipite pro-
35 cedit secundum Dec. consil. 444. nu. 5. paternum † dicitur quod fuit aui, proaui, abaui & ataui, abinde vero supra dicitur antiquum. secundum Bald. in §. hoc quoque. nu. 2. de nat. suc. in feu. And. de Iser. tit. de natu. succ. feu. in vsib. feud. c. 1. nu. 3. Bal. in Auth. defuncto. nu. 2. versi. aliqua differentia. C. ad Tertul. Alex. consi. 30. volu. 1. nu. 10. quoniam omne datum optimum. Iaſ. in vsib. feud. §. 1. num. 86. No-
36 uum † non dicitur quod de nouo conceditur, sed dumtamen quandoque fuerit concessum, secundum glo. in c. quæcunque. 25. quæst. 2. In verbo nouum, sed quod de nouo acquiritur, sec. Dec. consi. 445. num. 4. & non procedit à successione.

c Beneficio Domini concedentis. Adde quòd feudum † antiquum
37 non potest alienari per patrem, quia ius formale est quæsitum hæredibus siue successoribus potius beneficio domini quam facto patris, secundum Bal. in l. emancipatum. §. sed & si pater. nume. 1. ff. de senator. Paul. de Cast. consi. 425. in fin. & per totum. 3. volu. & consi. 173. eod. vol. num. 4. facit dictum Dyni in c. non debet, de reg. iur. in 6. in fin. ibi, si erat feudum paternum, vel à iure vlteriori obueniens gloss. in l. diui fratres. ff. de iure patrona. in verbo fuisse, in fin. Cyn. in l. si manumissus. C. de liber. & eorum liber. num. 2. Bart. in l. eum qui. ff. de interd. & releg. num. 1. & 2. Dec. consil. 445. num. 7. Alexan. consi. 28. num. 17. & 18. volum. 5. In causa & lite. Andr. de Isern. super feud. titu. de vasal. qui contra consuetu. Lothar. c. 1. nume. 3. & in c. 1.
38 si vasal. feu. priuet. nu. 1. † Et in tantum non potest alienari, quod ab agnato proximiore dicta alienatio potest infirmari ipso alienatore extincto, etiam domino directo consentiente, precio non restituto, iuxta text. in §. si Titius. si de feudo fue. controuer. & ibi Afflict. num. 20. Roman. consi. 22. in fin. Crauet. in respon. pro genero. num. 11. vbi plura congerit.

d Præscriptione. Adde quod † præscriptio non habet locum in feu-
39 dis secundum Dec. consil. 144. nu. 3. & rationem assignat, quia sicut prohibetur alienatio ita & præscriptio. Verum habet locum præscriptio 30. anno. secundum eundem Dec. citato loco. Paul. de Cast. consi. 229. Venditio ista, num. 2. vol. 2. Bal. in c. quidam obligauit, de
40 feudo dato in vic. l. commis. nu. 1. Quæ quidem † præscriptio non currit non valenti agere, vt voluit idem Cast. responso. 166. num. 1. nulli dubium est, volum. 1. Dec. d. consi. 445. num. 48.

41 In casu ad me transmisso. Et ad talem † præscriptionem plura requiruntur. Primo, vt quis habuerit possessionem per 30. annos sine interruptione, & illam tãquam feudalem habuerit. Secundo quòd præstita sint seruitia ex tali re tanquam feudali. Tertio quòd talis possessio semper fuerit vniformis, vt docet Dec. responso. 144. nu. 4. maturè pro viribus Bald. in cap. si quis per triginta, si de feu. fue. controuer. num. 6.

e Saluo iure cuiuscunque. Adde quòd † clausula saluo iure cuiuscun-

42 que, facit conditionem, id est, si alius, vel alij qui habent ius, vel debent succedere in feudo, si eis reseruatum, & inuestitura habeatur, ac si facta non esset ad ipsorum preiudicium, vt in simili voluit Bal. in l. fin. C. de edict. diui Adria. tollen. nu. 41. prope fin. glo. in l. idem Labeo. ff. famil. ercis. in verbo, si purè. Felin. in c. super literis, extra de rescrip. num. 11.

f Probabilis autem ignorantia. Adde & † ignorantia est iustum im-
43 pedimentum, & est æqua & iusta causa concedendæ restitutionis in integrum ex clausula generali, si qua mihi iusta causa aduersus præscriptionem decursam secundum Alexan. consil. 71. vol. 1. nu. 2. & 5. gloss. not. in l. si partem. §. 1. versic. non vtendo. ff. quemadmodum serui. amit. Abb. in c. vigilanti. extra de præscript. post num. 3. Andr. Tiraq. in tract. de retract. §. 35. glo. 3. nu. 44. vbi testatur de communi opinione & Andr. de Isern. in c. domino cum emptore. num. 7. de controuer. inter domi. & empt. Sed quomodo probetur talis igno-
44 rantia, dic † quod per præsumptionem, quia præsumitur in quo succedente in ius alterius. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. & ad cautelam poterit probari per proprium iuramentum, iuxta text. in c. pastoralis. extra de except. in fin. ibi proprio iuramento. glo. in c. significasti. il 1. extra de homicidio. in verbo, si ita ibi, per proprium iuramentum; & docuit Alex. d. consi. 71. nu. 5.

SVMMARIA.

1 *Hæres non potest venire contra factum defuncti.*
2 *Feudi alienatio an noceat filijs.*
3 *Feudum nouum reuertitur ad dominum mortuo feudatario sine hærede masculo.*
4 *Agnatus quando recuperet feudum venditum à feudatario.*
5 *Filius non potest contrauenire alienationi feudi licitè, & quando.*
6 *Ius minus offenditur per licitum quàm per illicitum.*
7 *Refutatio facta à domino an noceat agnatis.*
8 *Venditio iusto precio facta non reuocatur.*
9 *Inuestitura feudi debet peti infra annum.*
10 *Feudi inuestituram infra annum si non petijt non possidens excusatur.*
11 *Feudatarius qui non petijt inuestituram infra annum priuatur feudo per sententiam iudicis.*
12 *Feudum ex possessione 30. annorum præscribitur.*
13 *Feudum præscribitur cum titulo & bona fide.*
14 *Scientia præsumitur ex fama publica in ciuitate.*
15 *Ignorantia supina non est causa restitutionis.*
16 *Ascendentes antiqui ex contractu feudi quærunt non concepti.*
17 *Feudum pro parte deuolutum pro parte non, an pro parte deuoluta dicatur nouum.*
18 *Fœminæ non succedunt in feudo extantibus masculis, etiam si feudum sit acceptum pro masculis & fœminis.*
19 *Consensus inuesturæ de feudo non præiudicat consentienti quin possit venire ex successione post mortem inuestiti.*
20 *Consensus inuesturæ feudi pro se & hæredibus suis vtriusque sexus sibi præiudicat, nec potest aspirare ad feudum donec extant masculi, vel fœminæ inuestiti.*
21 *Promissio de non contraueniendo pro se & hæredibus non includit successores singulares.*
22 *Successori singulari regulariter non quæritur actio.*
23 *Successori singulari quæritur exceptio.*
24 *Melioramenta etiam re euicta debentur.*
25 *Hæres qui fecit inuentarium potest venire contra factum defuncti.*
26 *Hæres potest venire contra factum defuncti in feudo antiquo, & quare.*
27 *Pater non potest renunciare feudum antiquum in præiudicium filiorum & quare.*
28 *Hæres non potest contrauenire facto defuncti in feudo hæreditario & quare.*
29 *Culpa non nocet nisi à die scientiæ.*
30 *Fœminæ non succedunt in feudis donec extant masculi etiam si sit receptum pro masculis & fœminis.*
31 *Consensus strictè interpretatur.*
32 *Inuestitura pro se & hæredibus suis vtriusque sexus quid operetur in feudis.*
33 *Clausula semper vel perpetuo rata & grata quid operetur.*
34 *Hæredes feudatarij habent retentionem feudi pro melioramentis donec soluantur.*
35 *Hæredes pro melioramentis non retinent feudum culpa vasalli ad dominum deuolutum.*

CONSILIVM XLV.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris glorioſiſsimæ virginis Mariæ, Amen. Posito casu, vt supra eo excepto quòd ex alio instru-
8 mento facto eadem die, qua refutatio ipse Petrus refutans ostendi-

tur recepisse occasione dictæ refutationis certam quantitatem pecuniæ à dicto domino Montanario, qui etiam dominus Montanarius fecit multa emponemata seu melioriationes in dicto feudo. Quæritur modo an possit dictus Petrus nepos dicti refutantis venire ad dictum feudum. Secundo præsupposito quòd possit & sic contingat quòd causa ipsa de dicto feudo tractetur coram delegato Principis. Quæritur an ratione emponematum poterit ipse Petrus coram domino delegato recõueniri. In casu præmisso. videtur breuiter dicendum dictum Petrum non posse venire ad dictum feudũ ex eo præcipuè, quia dictum feudum fuit in effectu alienatum in dominum Montanarium de cõsensu D. Episcopi Veronæ. nam fuit refutatum in manib. dicti domini Episcopi per d. Petrum pro precio duorum millium ducatorum & 74. & solidos quinq; denariorum ad hoc, vt inuestiretur dominus Montanarius pro quo feudo promisit idem Petrus per solennem stipulationem per se & suos hęredes dicto domino Montanario stipulanti & recipienti pro se & suis hęredibus dictum feudum legitimè defendere auctorizare disbrigare ab omni persona communi collegio, &c. omnibus suis propriis expensis sub pœna refectionis damni, & expensarum litis & extra & sub obligatione omnium bonorum suorum, & ob hoc fuit inuestitus dominus Montanarius de dicto feudo pro se & hæredibus suis vtriusque sexus ac successoribus, & ideo videtur, quòd dictus Petrus non possit petere dictum feudum, quia præsupponitur dictam matrem Petri fuisse hæredem Petri de Prædellis alienantis, tam ex sua persona, quàm ex persona dominæ Philippæ suæ sororis, & dictum Petrum de quo quæritur fuisse hæredem matris, ideo
1 cùm in effectu sit hæres † Petri de Prædellis aui sui, mediante persona matris suæ nullo modo potest venire contra alienationem fa-
2 ctam per dictum Petrum *a* eius auum, per id quod legitur & not. in l. vendicantem. ff. de euictio. & C. de rei vendicat. l. cùm à matre. ff. de reg. iur. l. ex qua persona. Hoc etiam satis voluit Bal. in l. qui se patris. C. vnde lib. in versi. item quæritur si vasallus, vbi expresè dicit quòd si vasallus refutat feudum & promittit per se & hæredes suos non contrauenire tunc dicendum est, vt dicitur in alijs bonis filijs venditis per patrem vel donatis, iuxta ea quæ habentur in l. cùm à matre. C. de rei vendicat. Facit etiam quod legitur & nota. in cap. 1. an agnat. vel fil. Nec videtur obstare quod not. Iaco. de Beluis. & Bald. in titu. de succes. feud. §. hoc quoque. vbi videtur concludi,
2 quod quando alienatur † legitimè feudum illud non nocet filio, quia illud non videtur verum, quando alienans promittit per se & hęredes suos defendere eum cui facta fuit alienatio, quia tunc filius non potest contrauenire si adiuit hæreditatem patris per id quod supra dixi. Si autem non adiret non posset habere feudum per id quod legitur & notat. in d. c. 1. an agnat. vel fil. Non obstat quod habetur in tit. de aliena. feud. §. & si clientulus, & si de feud. fuerit controuersia. §. Titius. quia ibi non dicitur, quòd hæres masculus ad-
3 mittatur, sed dicitur, quòd si mortuus † est alienans sine hærede masculo feudum ad dominum reuertetur, quod est intelligendum quando feudum esset nouũ, & hoc innuitur in d. §. & si clientulus, dum dicit scdm vnum intellectum, q; non nocet fratri, vel nepoti. Intelligo, scilicet fratris. Facit quod legitur & not. in tit. quib. mod. feud. amit. §. item si fratrum, & ne dns, vel agnati non venient existente filio alienantis, & eodem modo debet intelligi. † §. Titius. ibi
4 tamen videtur dici, q; tunc agnatus poterit venire restituto precio, dummodo non consenserint alienationi, vel non sit lapsus annus & iste est intellectus, videtur probari in tit. de capit. extra or di. c. 1. §. beneficium paternum. & c. 2. §. si alter ex duobus fratribus, & hoc etiam voluit Bal. in tit. de alie. feud. pater. in c. 1. versi. quæro hic. vbi etiam allegat d. §. beneficium. Facit etiam quod ipse not. in versi. tu
5 dic, in d. c. & pro isto intellectu facit etiam quod si ipse filius † non potest contrauenire, vbi alienatio fit licite, quod tenuit Iaco. de Beluis. in d. §. hoc quoq; quãdo aliquid peruenit ad filium de bonis patris, vel perũenire potest, multo fortius quando fuit licita alienatio non debet posse contrauenire, aliàs magis faueremus alienationi illicitæ, quàm licitæ quod videtur absurdum, cùm per licitum † mi-
6 nus offendatur ius quàm per illicitum, & ideo minus est ei fauendum. arg. l. gracchus. C. de adult. & 23. quæst. 4. quod peccat, & ideo intellectus Iaco. de Beluis. non videtur bonus, & intellectum quem dixi sequitur Iacobus Ardizo. in sua summa in titu. quibus modis feud. amitt. §. præterea si refutauerit, vbi allegat d. §. beneficium. &
7 §. si alter ex fratribus. vbi concludit, quòd refutatio † facta à Domino nocet agnatis viuente vasallo refutante, & eius liberis. Non obstat prædictis quod legitur & nota. in l. 2. C. si in fraud. patroni, quia alio casu legitur & in alia materia, propterea ibi alienatio est facta
8 † vendendo emptori iusto precio, nulla sit reuocatio, vt not. l. 1. §. si quis in fraudem. ff. si quid in fraud. patron. ergo eodem modo hic,

non

non debet reuocari venditio facta domino Montanario pro iusto precio. Et ex prędictis concludendum videtur dictum Petrum non posse petere feudum prædictum per prædictas rationes & iura superius allegata. Et pro prædictis etiam facit, quia filiæ dicti Petri nunquam petierunt inuestituram de dicto feudo, nec similiter dictus Petrus filius dominę Zenardæ petijt inuestituram † intra annum & diem, *b* pro vt debuit fieri, vt probatur in cap. 1. de capt. ex ord. in §. propterea. & in cap. 1. de prohibi. feud. alienat. per Feder. & sic videtur, quòd non debeat admitti ad dictum feudum. Huic tamen posset responderi, quòd ex quo non posidebant † feudum, non videtur eis imputandum, si dictam inuestituram non petierunt interdictum tempore, per id quod legitur & notatur in l. forma. §. fi cùm ego. ff. de cenſib. & per not. per Gulielm. & Bald. in l. solennibus, de rei vendi. & quia etiam posidens ex dicta negligentia non videtur priuari nisi per sententiam, † per id quod habetur in dict. capit. 1. quo tempo. miles. & in cap. Imperialem. §. propterea, de prohibit. alienat. per Feder. iunctis ijs quæ not. in l. criminali. C. de iurisdict. omni. iudic. & l. fi quis in tantam. Cod. vnde vi. & pro hac parte etiam facit, quia isti de Montanarijs tuto & bona fide tenuerunt dictum feudum per spacium 50. annorum, † vel circa pacificè & quiete, & sic præscripserunt per id quod legitur & nota. in c. fi quis per triginta. si de feud. fuer. conuer. facit etiam quod legitur & nota. in l. si quis. & in l. comperit. Cod. de præscript. trigin. annor. cum ijs quæ ibi not. per Barthol. & aduertendum quòd viuente domina Zermodia & domina Philippa eius sorore & filiabus dicti Petri alienantis etiam ipsæ vocarentur ad succesionem dicti Petri patris sui in quantum & quomodo fuissent vocatæ ad dictum feudum potuit † præscribi per dictos de Montanarijs, ex qua habebant titulum & consequenter bonam fidem præsumptiuè per id, quod legitur & nota. in l. pen. Cod. de præscript. long. tempor. & sic cùm Petrus filius D. Zermodiæ cum iam viuente domina Zermodia fuerit præscriptum, non est tractandum an dicto Petro tempore quo fuerit in potestate patris cucurrerit præscriptio, quia viuente eius matre fuit præscriptum, & sic tempore quo ipse Petrus nullum ius habebat, & ipsa præscriptio habuit locum etiam ignorante dicta domina Zermodia feudū prædictum fuisse auitum per id q̄d legitur & no. in l. fi. C. de præscrip. long. temp. & fortius si ipsa sciuit, & satis †vr̄ præsumenda scientia si fama fuit publica in ciuitate Veronę, & in contrata vbi habitabat domina Zermodia & ipse Petrus, per id quod not. glo. in l. tutor. Cod. de peric. tut. & per Barto. in l. is potest. de acquir. hæred. facit quod habetur in cap. 1. de postul. prælato. & 16. distinct. quod dicitur, & si qua ignorantia prætenderetur esset supina † per dicta iura, & sic non esset iusta causa dandi restitutionem, quæ sine iusta causa dari non debet. l. prima. §. fina. ff. ex quib. cau. maio. & per hoc non obstat quod not. Bart. in l. 1. §. si quis propter. ff. de itine. actuq; priuat. An autem releuet aliquid dictum Petrum nepotem dicti Petri de Prædellis non fuisse in rerum natura nec conceptum tempore alienationis factæ per dictum Petrum eius auum, videtur dicendum q̄ sic per id quod legitur & not. in l. 1. §. si quis proximior. ff. vnde cognati. vbi admittitur qui erat conceptus qui alias non admitteretur. In contrarium videtur dicendum per id quod not. Bartol. in l. quod dicitur, in penult. quæstion. ff. de verbor. obligatio. vbi ex contractu auito vel proauito potest quæri etiam non concepto tempore contractus, & sic ex contractu feudi per ascendentes † antiquos videtur potuisse quæri dicto Petro, tamen hoc casu venire non potest per id quod superius dixi. Et per prædicta non est necesse instare, † an ex eo quod dictus Petrus de Prędellis fuerit inuestitus de medietate dicti feudi de consensu descendētium domini Bonauenturæ olim patrui dicti Petri, quæ medietas erat deuoluta ad ipsum, dicatur feudum nouum pro dicta medietate, & sic potuerit alienare pro medietate prædicta, quia etiam dato, quòd non dicetur nouū (prout videretur dicendum per id quod habetur in vsibus feud. in tit. de vasa. decrep. ætat. cap. primo.) tamen non videtur quod dictus Petrus posit venire ad aduocationem dicti feudi per id quod supra dixi. Iuxta prædicta potest etiam esse dubiū, an extantibus descendentibus dicti domini Bonauenturę olim patrui dicti Petri venditoris de quorum consensu dictus Petrus fuit inuestitus de toto feudo ipsi semel excluſi à medietate dicti feudi, tum per alienationem factam de dicta medietate per prædictos, tum etiam quia non petierant inuestituras secundū formam iuris potuerint admitti per mortem dicti Petri de toto inuestiti, ita quòd ex iure per antiquos sibi quæsito excluserint filias dicti Petri, & earum descendentes, videretur dicendum quòd sic, quia licet feudum sit acceptum pro hæredibus vtriusque sexus, & sic pro masculis & fœminis, tamen donec extat masculus † *c* ex stipulatione primi acquirentis feudum, fœminę non succedunt, vt est text. in cap. 1. de eo qui sibi & hæredibus suis masculis & fœmi. in feud. & sic videtur quòd dicti descendentes dicti domini Bonauenturæ fuerunt vocati post mortem dicti Petri vendentis, & non filiæ dicti Petri. Nec videtur obstare, quòd consenserunt † inuestiri *d* dictum Petrum de toto feudo, quia non videtur quod per hoc perdiderunt ius succedendi in dicto feudo post mortem Petri non extante aliquo masculo, licet perdiderunt ius petendi feudum vel eius partem viuo dicto Petro. Facit quod not. in tit. quib. modis feu. amit. §. præterea. cùm ista sint diuisa iura, & sic videtur quòd per renunciationem vnius alteri non sit renunciatum. arg. l. prima. §. sed videndum. ff. de succes. edict. In contrarium videtur dicendum, quia ex quo † consenserunt, vt dictus Petrus inuestiretur pro se, & hæredibus suis vtriusque sexus videtur quòd donec extat fœmina vel masculus ex dicto Petro non admittantur, per id quod legitur & not. in tit. de eo qui fi. fe. ag. in fe. pat. cap. tres fratres sunt, vbi si decesisset sine aliquo descendente masculo vel fœmina, vt ibi, quia tunc admitterentur nisi in feudum in totum renunciassent, & sic videtur, quòd in casu isto dicti descendentes domini Bonauenturæ post mortem dicti Petri non fuerunt vocati, ex quo extabant fœminæ ex eo, & consenserant inuestituræ factæ de dicto Petro pro se & hæredibus suis vtriusq; sexus *e* si non consensissent, quia tunc haberet locum. cap. 1. de eo qui sub hæredib. suis masculis & fœmi. & sic videtur dictos descendentes d. domini Bonauenturę non vocari, & per hoc etiam, quia videtur contra ipsos fore præscriptum in quantum ius aliquod habuissent per id quod superius dictum est. Et ex prædictis satis videtur esse responsum omnibus dubijs, exceptis duobus, quorum vnum est. Vtrum ex eo quòd in instrumento refutationis & venditionis factæ dicto domino Montanario per dictum dominum Petrum de Prædellis, & inuestituræ factæ dicto domino Montanario dicitur quomodo dominus Montanarius inuestitutus fuit pro se & hæredibus suis masculis & fœminis, & suis successoribus & promittitur per dictum dominum Petrum de Prædellis venditorem semper dictam refutationem firmam, ratam, gratam *f* habere, & in nullo contrafacere de iure vel de facto, & in promissione quam facit de non contraueniendo instrumento venditionis pro quo obligat omnia sua bona dicti Petri de Prædellis per se, & hæredes suos solùm promittit ipsi domino Montanario pro se & hæredibus suis, nec replicat de successoribus si contraueniant contra dictam promissionem per eius Petri hæredes committitur taliter stipulatio, quòd ex inde acquiratur ius non tantùm de hæredibus, sed etiam successoribus domini Montanarij in ipso feudo cùm aliqui de dictis successoribus repudiauerint dictam hæreditatem dicti domini Montanarij. Secundum est cùm aliqui ex prædictis de Cambiatoribus repudiauerint hæreditatem domini Montanarij, aliqui eam repudiauerint cum beneficio inuentarij saluo iure accrescendi. Vtrum ius promissionis factæ per dictum Petrum venditorem & etiam emponematum per ipsum dominum Montanarium constructorem, & etiam precium per ipsum dominum Montanarium exbursatum & solutum dicto Petro venditori. In quantum feudum totum seu pars dicti feudi euinceretur, acquiratur per ius accrescendi in totum hæredibus domini Montanarij emptoris, an pro parte tantùm (scilicet) pro qua sunt hæredes? & breuiter est dicendum, q̄ ex quo dictus dominus Petrus solùm promisit † non contrauenire domino Montanario pro se & hæredibus suis, & non dicit successoribus, non videtur q̄ includātur successores singulares, & sic illi qui successerunt in feudo dicto domino Montanario, & non in hæreditate, per id quod legitur & notatur in l. quicquid astringendæ, de verbor. obligatio. & de pac. l. si vnus. §. ante omnia. Et plus videtur, q̄ etiam si expressum fuisset de successoribus, licet tunc comprehenderentur etiam successores singulares. l. fluminum. §. adijcitur. ff. de dam. infec. tamen non quæreretur eis actio, sed hæredibus domini Montanarij propter contrauentionem ipsi successori factam, vt no. in dict. §. adijcitur, & sic videtur, q̄ dictus Petrus posit aduocare partem illorum qui repudiauerunt hæreditatem domini Montanarij, non autem illorum qui adierunt hæreditatem, nec videtur aliquid accrescere occasione dictæ promissionis occasione precij soluti per dominum Montanarium, vel melioramenti facti per eum illis qui adierunt ex quo ab eis nihil aduocatum fuit, sed ab alijs qui non sunt hæredes. Sed aduertendum, q̄ si dictus dominus Montanarius (vt præsupponitur) cōsentiente dicto domino Petro fuit inuestitus pro se & suis hęredibus & successoribus dicti domini Montanarij in dicto feudo, etiam non hæredibus quæsita sit exceptio contra dictum Petrum & eius hæredes, † quia licet successori singulari non quæratur actio regulariter sine cessione, exceptio † tamē bene quæritur. ff. de iureiuran. l. etiam si in rem, & not. per Barto. in l. si Titius. §. si

quis plus. ff. de aqua plu. arcen. & sic videtur q̃ dictus Petrus repellendus est, si velit agere contra successores dicti domini Montanarij in dicto feudo. An autem dictus Petrus si non esset hęres dicti domini Petri de Prædellis posset venire ad dictum feudum? & certè videtur q̃ non, quia dictus Petrus de Prædellis fuit inuestitus pro se & hæredibus suis vtriusque sexus, etiam si non esset hæres, non potest venire ad successionem dicti feudi per id quod legitur & notatur in titu. an agna. vel fil. repud. hæred. feu. hære. po. c. 1. Si autem est hæres adhuc videtur repellendus per id, quod superius dixi, & per prædicta videtur non esse necesse instare in eo de quo quæritur (videlicet) an dato (sine præiudicio) quòd dictum feudum possit e-
24 uinci per dictum Petrum, an † haberi deberet ratio melioramenti? Et certè ex quo dicti de Montanarijs tenuerunt longissimo tempore cum titu. & sic iuris præsumptione cùm bona fide iuxta id quod legitur & nota. in l. penult. C. de præscript. long. tempor. facit quod not. Bart. in l. fin. C. vnde vi. videtur quòd sic, per id quod legitur & nota. in c. 1. de inuestit. fac. de re alien. & l. in fundo. ff. de rei vendi. Vnde per ea quæ habentur in d. iuribus videtur q̃ per viam
g excep. haberi debeat ratio dicti melioramenti. g Agendo autem per aliam viam videretur damnum id posse fieri si dictus Petrus esset in effectu hæres dicti Petri de Prædellis alienantis & obligantis se pro defensione, alias videretur secus per ea quæ habentur in dictis iuribus. facit quod habetur in l. cùm à matre. C. de rei vendica. & in l. si in area. ff. de cond. indeb. Deo gratias. Amen.

Ego Ioannes de Imola vtriusque iuris doctor ita dico & consulo, & ad fidem præmissorum mea manu propria subscripsi, sigilloq̃ meo consueto sigillari iussi.

ADDITIONES.

a Per dictum Petrum. Adde quòd hæres non potest venire contra
25 factum defuncti regulariter, sed fallit † quando hæres fecit inuentarium, secundum Dec. in l. ex qua persona. ff. de regu. iur. num. 2. & consil. 185. nu. 1. In causa istorum nobilium. Limitatur etiam in feu-
26 dis antiquis, vbi † pater non potest præiudicare filijs suis hæredibus, quia feudum habẽt hæredes à genere posterioritate quæsitum, & non ab ipso patre, secundum Bald. consi. 215. Proponitur quod inuestituræ antiquæ. nu. 1. lib. 2. & in l. 2. C. de inoffic. dona. nume. 9. versi. aliqui dicunt q̃ hoc est, quia à defuncto. Pau. de Cast. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de lega. 1. num. 4. vbi dicit communem
27 esse opin. quòd † pater in præiudicium filiorum non potest renunciare feudum antiquum, & idem Paulus dicit, q̃ hæc renunciatio patris nocet filijs, quando veniunt ex quadã successione, nec habent aliquod ius ante mortem patris. Sed quando pater recepit feudum pro se & liberis seu filijs, tunc liberi habent feudum ratione contractus paterni. qui potuit ipsis acquirere. l. quodcunq̃. §. 1. ff. de verbo. obl. & etiam si repudiant hęreditatem paternam, quia tunc non habet locum tit. an agnatus vel filius, scdm Bald. ibi. & ideo pater non põt renunciare in præiudicium filiorum. facit optimè d. Signor. de Homod. consi. 11. nu. 1. & 2. Alex. consi. 89. num. 12. vol. 4. Vtrum emphyteusis ecclesiastica. & consi. 19. nu. 5. vol. 5. Super eo And. de Isern. in c. 1. an agna. vel fil. defun. nu. 1. Fede. de Sen. consi. 218. Factum tale est, in fin. versic. item forte pater non potest præiudicare filijs. Deci. consi. 185. In causa istorum nobilium. nu. 1. in fin. vbi dicit esse cõem
28 opin. & nu. 2. sed quando feudum † fuit concessum alicui & hæredibus suis, filius defuncti etiam si adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarij contrauenire non potest facto defuncti, quia dicitur feudum hæreditariũ, scdm Alex. consi. 19. Super eo quod quæritur, nu. 4. vol. 5. And. de Iser. in c. 1. an agna. vel fil. nu. 3. & 5. cum sequen. vsq̃ ad 8. eundem Alex. consi. 13. eo. volu. 5. nu. 9. Perspectis his. Bal. in c. 1. an agna. vel fil. defunct. nu. 8.

b Intra annum & diem. Adde q̃ † vbicunq̃ lex notat culpam, annus
29 non currit nisi à die scientiæ, scdm Bal. in tit. de prohi. feu. alien. per Lothar. §. fin. nu. 2. vide Roma. consi. 228. nu. 1. & 2. Pro plena discussione. Abb. consi. 11. nu. 3. tria sunt.

c Donec extat masculus. Adde q̃ † feudum receptum pro se & hære-
30 dibus masculis & fœminis, donec extat masculus fœminę non succedunt, scdm Andr. de Iser. in c. 1. nu. 1. de eo qui sibi & hæredib. suis masc. & fœmi. & ibidem Bal. nu. 1.

d Consenserunt inuestiri. Adde quòd ille † qui consensit in iure suo
31 transferendo in aliquem, iura sua perdit, & aliena fortificat. ideo videndum est ad quem affectum consensus sit pręstitus, & est ratio, quia requiritur expressio eius de quo agitur, scdm Innoc. in c. inter dilectos. ext. de fide instr. nu. 2. circa med. versi. confirmabat tanquã dñs. vbi dicit, q̃ dñs qui consentit vasallo alienanti vĩ consentire circa vtile dñium vasalli, & non circa directum ipsius, & scdm Accur. in l. si ignorante. C. de remiss. pig. in glo. in verb. non læsit, circa med. vbi si creditor consensit obligationi pignoris sibi obligati, ius suum non perdit. Adde Bal. in §. præterea. tit. quib. mo. feu. amit. nu. 1. & ibid. And. de Iser. nu. 2. & 3. vbi dicunt, q̃ expressus consensus requiritur ad hoc vt præiudicetur, maximè in pœnalibus.

e Hæredibus suis vtriusq̃ sexus. Adde q̃ † inuestitura feudi recepta
32 pro se & hæredibus suis vtriusque sexus operatur, q̃ hæredes debent habere feudum iure expressæ conuentionis, non iure successionis. iuxta text. in l. stipulatio ista habere licere. ff. de verb. obligat. Bal. in c. 1. de eo qui sibi & hæredibus suis. nu. 2. prope fin. & ibidem Iser. num. 3.

f Semper firmam ratam. Adde quòd ista † clausula, semper, vel per-
33 petuo ratam gratam, &c. operatur renunciationem illius præscriptionis cui potest renunciari, scdm Bal. in l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de ædil. edict. in princ. Ang. in l. 1. ff. de vsur. Barth. Cæpol. cautel. 80. 8. post num. 5.

g Ratio dicti melioramenti. Adde q̃ † feudatarius qui fecit meliora-
34 menta in feudo, eius hæredes habent retentionem feudi donec eis soluatur eius meliorationis precium, vel patiatur dominus melioramenta tolli. & idem si sua pecunia seruitutem fundo acquisiuit, secundum Bal. in Authen. excipitur. C. de bon. quę libe. nu. 4. & in c. domino Guerram. §. si vasallus. titu. hic finitur lex, deinde consuet. nu. 1. facit tex. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de cond. indeb. versi. ager autem non retinebatur. eundem Bal. in l. fin. §. emptor autem.
35 C. commu. de lega. post num. 6. Temperatur autem † dicta conclusio non habere locum quando feudũ reuertitur ad dominum culpa vasalli, quia tunc perdit meliorationes quas fecit, secundum eundem Bal. citato §. si emptor. & §. si vasallus.

SVMMARIA.

1 *Obligatio non oritur ex repudiatione.*
2 *Obligatio quæ transiuit in hæredes impedit illos agere posse aduersus rem obligatam.*
3 *Hæres non potest venire contra feudum præscriptum.*
4 *Hæres potest venire contra factum defuncti in fraudem ipsius hæredis, & quando non.*

CONSILIVM XLVI.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimę virginis Marię, Amen. Si dictus Petrus qui dicitur refutasse dictum feudum cum pacto, q̃ Montanarius deberet inuestiri non promisisset defendere dictum feudum præfato Montanario, sed simpliciter consensisset illum inuestiri, & feudum renunciasset, non haberet hoc nocere filijs vel filiabus aut nepotibus dicti Petri, etiam si essent
1 hæredes Petri, † quia ex tali repudiatione nulla resultat obligatio, quæ descenderet in hæredes repudiantis, ideo præfatus Petrus successor præfati Petri repudiantis non prohiberetur feudum vendicare cùm fuerit receptum pro illo, & etiam pro eius hæredibus masculis & fœminis, & sic posset præfatus Petrus, qui nunc velit contrauenire ex sua persona, posito quòd esset hæres primi Petri. C.
2 si quid in frau. patro. l. 2. & ibi per Bal. Sed quia † promisit non venire contra, & sic obligatus fuit, & per consequens obligatio transiuit in hæredes, a secus est, vt not. per eundem Bal. in d. l. 2. C. si quid
3 in fraud. Repellitur † etiam dictus Petrus ratione præscriptionis & inuestituræ non petitæ infra annum & diem. De prohibit. aliena. feu. per Feder. §. per quas. Amen.

Ego Paulus de Castro I. V. D. me subscripsi sigilloq̃ meo consueto sigillaui ad fidem præmissorum.

ADDITIONES.

a Obligatio transiuit in hæredes. Adde q̃ hæres non potest venire
4 contra factum defuncti regulariter. Fallit † quando est factum defuncti in fraudem ipsius hæredis, scdm Bal. in l. 2. C. si in frau. patro. nu. 2. vel quando ex hæreditate aliquid lucratur, & tunc similiter tenetur habere ratum factum defuncti, secus est in hærede cui hæreditas est debita, iuxta glo. in d. l. 2. in verbo reuocare. ibi, vt dixi, quia magis dicitur debitum accipere.

SVMMARIA.

1 *Præscriptio statutaria succedit loco præscriptionis indutæ à iure communi.*
2 *Præscriptio non currit non valenti agere.*
3 *Præscriptio impeditis de facto licet currat datur restitutio in integrum.*
4 *Præscriptio in rebus conditionatis currit à die conditionis extantis.*
5 *Statutum quod tollit ius non valenti agere, est iniquum.*
6 *Præscriptio non habet locum in ecclesia, nisi 40. annorum spacio elapso.*
7 *Statutum seculare non præiudicat ecclesiæ, & quomodo intelligatur. num. 8.*

CONSI-

CONSILIVM XLVII.

IN CHRISTI NOMINE,& eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ,Amen. Titius testatus est,& reliquit post mortem hæredis sui vnam possessionem contentui fratrum seruorum de Padua.Hęres eam alienauit,& possessa fuit per emptorem,& per alios habẽtes ab eo causam per spacium viginti duorum annorum. Moritur hæres. Nomine conuentus petitur possessio, allegatur quòd præscripta est ex forma statuti volentis, quòd qui tenuerit per viginti annos aliquam rem pacifice & quiete, molestari non posit de ea.Replicatur,quòd non valenti agere non currit præscriptio,& quòd statutum prædictum non tollit ius Ecclesiæ, modo quæritur quid iuris. 1 a

Statutum prædictum non tollit ius Ecclesiæ pluribus rationibus,nam ista præscriptio † statutaria currens longo tempore sine titulo succedit loco præscriptionis longi temporis inductæ à iure communi cum titulo per id quod not.Bart.in l.2.§.si rem alienam, pro empt. & argum. in l.in contractibus,post princip.Cod.de non nume.pecu.Sed † ipsa præscriptio inducta à iure communi siue sit longi temporis,siue longissimi non currit ei, qui fuit impeditus agere de iure ab ipso initio.l.prima.in princip.C.de anna.except.& l. in rebus,in fin.de iure dotium.licet † aliquando impeditis de facto currat,sed restituuntur,vt plene nota.in l.quoties.Cod. de precibus impera.offeren.pèr l.& Attilicinus ait.ff.de serui.rustico.prędio. Iste autem conuentus non potuit agere in vita dicti hæredis, nec locus fuit fideicommisso,& sic fuit iustum impedimentum,ergo ipsa præscriptio non currit, quia initium non habuit nisi à tempore † conditionis & mortis dicti hæredis. l.cum notissimi.§.illud. Cod. de præscrip. tringinta annorum,& vult gloss.in cap.cùm non liceat. extra de præscript. facit l.fina. §. sin autem auaritiæ.C. commu.de lega. Allegatur † dictum statutum esse iniquissimum, si diceremus, quòd illud tolleret ius personæ non valentis agere, ideo est dicendum,quòd habeat locum in illo qui possedit per 20. annos pacifice absque contradictione eius, qui agere tunc valebat, & operatur dictum statutum,quia sine titulo facit prędscriptionem valere,& locum habere,sicut si titulum habuisset. Vnde non est dicendum quòd corrigat aliter ius commune postquam aliquid operatur taliter intelligendo. Intelligitur ergo,vt excludat valentem agere.l.si quando.de inoffic.testamen.ne iniquitatem contineat.l.si quis sub conditione. 2 b 3 4 5

Secundo, quia contra Ecclesiam non præscribitur, nisi spacio 40. annorum, quæ præscriptio non tollitur per statutum † seculare, a vt in cap.ecclesia sanctæ Mariæ.extra de constitu.Nec obstat dictum Barto.in l.cunctos populos.C.de summa Trinita.& allegata in l. omnes populi. ff.de iust.it. & iur.quia intelligitur secundum do.Anton.de Butr.in d.cap.ecclesia,in præparatorijs.Et ita cęteri doctores.Sed in decisorijs non tenetur eius opinio.vt not.in c. quod clericis, extra de foro compet.& Hostien.in summa de testi.§. qualiter, versi.an igitur,de consuet.§.& de veritate, versi.sed pone. Nam † siue directè siue indirectè statutum concernat præiudicium Ecclesiæ, non tenet in decisorijs,sed præscriptio quæ tollit actiones est decisoria, & eas totaliter excludit in cap.ad aures,& per totum.de præscrip.ergo dictum statutum ipsi conuentui non præiudicat. Laus Deo. 6 a 7

Et ita dico & consulo ego Paulus de Castro.I.V.D.

ADDITIONES.

Per statutum seculare. Adde q̃ statutum † seculare non afficit ecclesiam, nec valet in eius præiudicium, scẽm Bal.in l.generali.C.de sac.san.eccle.nu.3.& in Auth.Cassa.eo.tit.nu.26.vbi tenet q̃ statutũ laici non ligat clericos,& quod statutum laicorum valeat in prędiudicium ecclesiæ qñ tractatur de iure quęrendo,tenuit Deci.in c.ecclesia S.Mariæ.nu.53.ver.tertia conclusio,supra facta,extra de constit.Lap.alleg.26,in fi.Rom.con. 174.nu.1.Dec. consi.266.nu.8.Crauet.consi.251.nu.2.facit optimè in proposito dictum Doctiss.Ceph. consi.146.Tria sunt.nu.26.& 27. a 8

SVMMARIA.

1 *Quilibet potest in suo facere quod sibi placet, dummodo alteri non noceat.*

2 *Legatarius non potest in re legata facere quod sibi placet contra voluntatem hæredis.*

3 *Legararius non debet esse iniuriosus hæredi.*

4 *Hæres non debet obscurare lumina domus legatæ sibi contiguæ.*

5 *Legatarius plus iuris debet hæredi quàm hæres legatario.*

6 *Hæres tenetur præstare legatario aditum ad ædes legatas,& sic econtra legatarius hæredi eo modo quo testator præstabat in re legata ad aliam rem non legatam.*

CONSILIVM XLVIII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Iacobus habens domum suam Bassam, vult eam eleuare, opponitur per Antonium, quòd non potest, quia lumina domus suæ magnæ contiguæ dictæ domui obscuraret,& quòd dicta domus Bassa legata fuit ipsi Iacobo per antecessores dicti Antonĩ, qui antecessores semper tenuerunt eam ita bassam,ne luminibus snæ domus officeret.Quæritur quid iuris.

Videtur dicendum quod possit.l.altius. ff. de ser.l.Proculus.de dam.infect.ff.de serui.vrba.prædio.l.cum eo. † Quilibet enim *a* potest facere in suo à se possesso, quod sibi placeat, dummodo alteri non noceat,sed vt sibi proficiat.l.1.§.deniq; Marcellus,de aqua plu. arcen.& dummodo non tangat de alieno, & in illud aliquid non immittat.l.sicuti.§.Aristo.ff.si serui vend.In contrarium est veritas † nam prædicta locum habent in eo,qui non haberet causam ab illo cui vult nocere,vel haberet causam inter viuos.Si vero habet ex vltima voluntate,vt legatarius à testatore vel ab hærede, *b* tunc secus per l.testatrix.in princip.ff.si seru.vend.& per l.Olympico.ff.de ser. vrba.prædio. in contrarium patet,quòd legatarius tenetur prędstare hæredi in se legatam seruitutem illius actus,vel commoditatem, quem vel quam ipse testator præstabat in re legata ad aliam rem non legatam, licet secus sit, cùm quis habet causam inter viuos ab alio.l.in vendendo.ff.de contrahen.empt.& sensit expresse gl.hanc differentiam in d. l.cum eo.de serui.vrba.prędio. & plenissimè per Barto.in l. 1. de serui. leg.& l.quòd conclaue.ff.de dam.infect.Sicut ergo testator ipse tenuit illam domum semper depressam non obscuraret lumina domus alterius,ita credendum est ipsum voluisse quòd legatarius faciat,† ne sit iniuriosus hęredi,qui personam ipsius testatoris repręsentat.l.mortuo.ff.de fideiusso.gloss.in l.2.in fin. de prędo.stip.ficut nollet quod esset iniuriosus sibi testatori.Prędterea † non debet hęres obscurare penitus lumina domus legatę,si cãsus econtra accidisset,quòd domus alta fuisset legata,& hęres vellet eleuare domum bassam.ff.de serui.vrba.prędio.l.binas.in fin.multo minus ergo potest legatarius obscurare lumina domus non legatę remanentis hęredi, quia plus iuris debet legatarius hæredi,à quo lucrum habet quam è conuerso,& ideo plus debet affici.argumen.l.presbyteri.Cod.de episcop.& cler.vel saltem debet esse ratio eadem contrariorum. l. fina.ff.de legat.tertio.Valde enim esset absurdum dicere contrarium, quòd plus teneatur hęres legatario, quam è conuerso, nam speciale est in vltima voluntate pro saluanda voluntate defuncti,vt hęres non possit eleuare domum hęreditariam in prędiudicium legatarij seu domus legatę,vt nota.gloss.in dict.leg.cum eo.& in dict. l. binas,quanto magis debet esse speciale è conuerso, cùm in hęrede vniuersali plenior sit voluntas defuncti quam in legatario.C.de hęred.instit.l.quoties. Concludo igitur vt supra. 1 a 2 b 3 4 5 6

Et ita dico & consulo ego Paulus de Castro I.V.D.

Idem videtur mihi Floriano de Castro sancti Petri.I.V.Doc.&c. & maxime cum Dominus domus vtriusque tenuerit semper depressam dictam domum à tanto tempore, &c. argumen. l. si seru. plur.§.fin.de legat.primo.

ADDITIONES.

Cuilibet facere licet in suo quod sibi,&c. Adde q̃ † non licet facere in suo quod alteri nocet,puta ad obscurãdum luminaria vicini tm̃, sed propter aliquam vtilitatem facientis licet,scẽm not.per Cy.in l.altius.C.de seruit.& aqua. nu.1.vbi ponit distinctionem, q̃ vicinus aut facit ad ęmulationem,aut non.si facit ad ęmulationem, nõ potest,si ad commoditatem,potest.sequitur Alex.consil.126.nu.4.vol. 2.Opportune consideratis. Paul.Cast.in l.cum eo.ff.de seruit.vrbà. prędio.nu. 1. Barth. Cępol. a 5

Vel ab hęrede. Adde q̃ hęres tenetur † prędstare legatario aditum ad ędes legatas per alias ędes,& sic econtra legatarius hęredi,& commoditatem ac seruitutem, secundum quod ipse testator prędstabat in re legata ad aliam rem non legatam,scẽm Odofre.in l.testatrix. ff.si serui. vend.num.1. & in l.Olympico.ff.de serui.vrba.prędi.Alber.de Rosa.in l.qui binas alias.l.manu ff.de serui.vrba.prędi.nu.2. Bart.in l.1.ff.de seruit.leg.nu.3.& in l.quod conclaue.ff.de dam.infect.nu.4.Barth.Cępol.tit.de serui.vrbà. prędio.de seruit.oner.ferendi.c.37.num. 8. quęst.fin.Paul.Cast.in l.in tradendis.§.interpositis.C.commu.prędio.num.2.in fin. b 6

SVMMARIA.

1 *Aedificare in suo altius quilibet potest.*

2 *Quilibet tenetur facere quod sibi non nocet, & alteri prodest.*

3 *Seruitus quæ habet causam continuam præscribitur post contradictionem longo tempore.*

4 *Bona fides sufficit ad præscriptionem.*
5 *Aedificare in suo ad æmulationem pro iureiurando vicino non licet.*
6 *Aedificare in suo ad æmulationem, quando præsumatur.*

CONSILIVM XLIX.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Titius in quadam domo sua per tantum spacium temporis, cuius initij memoria in contrarium non existit, habuit fenestram, per quam lumen recipiebat domus prædicta. 1
1 Quæritur an vicinus possit eam obscurare. † Videtur quòd sic,
a quia cuilibet licet facere in suo, &c. *a* l. altius. & ibi glo. Cod. de ser. & aqua. Item quia seruitus non præscribitur nisi à tempore contradictionis fluxerit longum tempus. l. qui luminibus. de seru. vrban. prædio. In contrarium facit regula. l. 2. §. item Varus. de aqua plu.
2 arcen. † quia quod tibi non nocet, & alteri prodest, &c. Item quia 2
3 † dicta seruitus habet causam continuam & præscribitur post con- a
tradictionem longo tempore. l. foramen. de seru. vrba. prædio. & d. l. qui luminibus, ergo talis fenestra obscurari non poterit contra seruitutem iam acquisitam. argum. not. in l. cùm de in rem verso. 3
ff. de vsuris. quia actor habet necesse dicere, quod iure seruitutis tenuit dictam fenestram. ad quod probandum inducit lapsum tanti temporis, &c. sic enim in seruitutibus habentibus causam discontinuam taliter intentando obtinetur. Fortius in ista quæ habet cau-
4 sam continuam, † & sufficit habere bonam fidem, etiam titulo non 4
ostenso. faciunt not. in cap. 1. de præscript. & not. Barto. in l. si prius, b
de aqua plu. arcen.

Et ita dico & consulo ego Paulus de Castro I. V. D.

ADDITIONES.

a Cuilibet facere licet in suo quod sibi, &c. Adde † quòd non licet fa- 5
5 cere in suo quod alteri nocet, puta ad obscurandum luminaria vicini tantùm, sed propter aliquam vtilitatem facientis licet, secundum not. per Cyn. in l. altius. C. de seruit. & aqua. nu. 1. vbi ponit distinctionem, quòd vicinus aut facit ad æmulationem, aut non. si facit ad æmulationem, non potest, si ad commoditatem, potest. sequitur Alexan. consi. 126. num. 4. volu. 2. Opportune consideratis. Paul. Castr. in l. cum eo. ff. de seru. vrba. prædio. num. 1. Bartho. Cæpol. tit. de seru. vrba. prædio. c. 72. de fenestra. num. 2. Bald. in d. l. altius, circa fin. vbi refert ita de facto vidisse in domibus domini Holandi.
6 Afflict. Dec. sacri consi. Neap. 223. cum seq. Sed dubium † stat quando 6
vicinus præsumatur facere ad æmulationem vel despectum, cùm in dubio non præsumatur. arg. l. merito. ff. pro soc. Dic q; id iudicis arbitrio remittitur, qui inspecta inimicitia vel amicitia vicinorum & qualitate facientis ædificium arbitrabitur, secundum eundem Cæpol. citato loco.

SVMMARIA.

1 *Disponere de re aliena inuito domino nemo potest.*
2 *Possessio facit præsumere simulationem & accommodationem nominis in instrumento.*
3 *Dotis confessio facta in testamẽto nõ præiudicat filijs primi matrimonij.*
4 *Donatio facta vxori constante matrimonio non valet.*
5 *Confessio facta in testamento parte absente habet vim vltimæ voluntatis.*
6 *Confessio facta in primo testamento non censetur repetita in secundo.*
7 *Negligentia non est vbi diligentia non prodest.*
8 *Præceptum impossibile non ligat.*
9 *Præscriptio non currit ante ius commune.*
10 *Emptori imputatur cur facit emptionem quæ potest impugnari.*
11 *Statutum prouidens emptori in vno impedit ipsum in altero, quod malitiose contrahit.*
12 *Simulatio contractus præsumitur quando vẽditor retinet possessionem.*
13 *Simulatio contractus præsumitur ex circumstantys ipsius, & contrahentium qualitate.*
14 *Dotis confessio constante matrimonio etiam animo donandi, nisi morte confirmetur, non valet.*

CONSILIVM L.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Titius habens filium ex primo matrimonio contraxit secundum ex quo etiam habuit filium, & per annos 18. post contractum secundum matrimonium emit quasdam possessiones, & cantare fecit instrumentum in personam vxoris, asserens in instrumento ad manus suas nomine dotis peruenisse pecunias, de quibus emit dictas possessiones. Dubitatur an talis emptio valeat in præiudicium filij primi matrimonij. An vero statutum Paduæ, quod incipit, si maritus, illam annullet, secundo an statutum Paduæ loquens de stridis excludat ipsum filium primi matrimonij.

In Christi nomine, Amen. Quòd intentio filij emptoris fuerit, quòd nunquam dominium possessionum emptarum nomine vxoris suæ transiret in ipsam vxorem, colligitur ex eo, quòd ipse postea in suo testamento disponit tam de illis bonis, quam etiam de ijs, quæ suo nomine emerat tanquam de suis, qui voluit, quòd de omnibus fierent tres partes, & ꝙ vna pars esset vxoris suæ nomine dotis, quam confessus est fuisse mille librarum, aliæ duæ partes esse filiorum suorum, quod minime disponere potuisset, si à principio voluisset dominium acquiri vxori, † quia de re aliena inuito domino disponere non licet. l. cùm à matre. C. de rei vendica. Constat autem quòd ex verbis prolatis in testamento colligitur, qualis fuerit animus testatoris circa contractum præcedentem. l. vxoris. §. fi. de legat. 3. & ibi per Barto. qui ita summat illum tex. facit l. qui concubinam. §. res amotas. ff. rerum amota. C. de natu. libe. l. cùm quis. ante fin. Patet † etiam ex eo, quòd dictus Titius omnes possessiones 2
prædictas semper possedit, *a* & non vxor eius, & sic nomen vxoris a
censetur fuisse in instrumento accommodatum. Cod. si quis alteri vel sibi. l. 4. & l. multum interest. versi. quòd si tu. vnde liquet, quòd sibi soli voluit dominium acquiri. quòd † autem dicta confessio facta in dicto testamento de receptione dotis in præiudicium filij primi matrimonij non præiudicet, patet ex forma statuti prædicti, q̃d incipit. Si maritus. positi in Rubr. de succes. mulierum, iuncta l. qui testamentum. ff. de proba. ff. de lega. 3. l. cùm quis decedens. §. Titia. 4
ff. de castren. pecu. l. si forte. & posito quòd animo donandi † facta b
fuerit, non valuit, constante matrimonio, *b* nec fuit morte confirmata, præmoriente donataria. C. de dona. ante nup. l. 1. in fi. & quod habetur in l. quod de suo. C. de dot. caut. non numera. & quia per secundum testamentum reuocatum primum fuit, & etiam reuocata 5
dicta confessio, quæ † facta parte absente habet vim vltimæ voluntatis, vt nota. in l. generaliter. C. de non nume. pecun. & l. cum decedens. §. 1. de legat. 3. Nec † censetur repetita in secundo testamento, 6
sicut nec legata facta in præcedenti testamento, etiam si eædem personę fuerint. l. si iure. ff. de leg. 3. Si cui plus quàm per l. Fal. l. 3. §. item si ipse, & sic filius secundi matrimonij non potest vendicare sibi dominium dictarum rerum emptarum nec mille libras tanq̃ datas in dotem vel donatas tam ex forma statuti, quàm ex forma iuris communis. Nec dictæ stridæ missæ & factæ tempore venditionis prędictæ nocere possunt filijs primi matrimonij comparentibus, tunc ad contradicendum, vel protestandum de iuribus suis, quia & si comparuisset non fuisset admissa sua cõtradictio, vel protestatio viuente patre, quia fuisset sollicitus de hæreditate viuentis, cùm nullum ius posset prætendere, nisi post mortem patris. & tanq̃ eius hæres. ff. de colla. bono. l. 1. §. si impuberi. de vulg. & pupil. l. 2. §. interdum, in
7 fin. de libera. legat. l. post emancipationem, † vnde non potest ei negligentia imputari, cui diligentia prodesse non poterat. ff. quis or. in bon. poss. serue. l. fin. §. pen. & quia non habebat ius protestandi patre viuente. ff. de mino. 25. anno. l. tutor vrgentibus Nam statutum de stridis locum habet quo ad eos, qui habent ius in re, vel in spe, ratione cuius potuit comparere & petere, aut contradicere, vel pro-
8 testari, alias induceret præceptum † ad impossibile, quod minimè ligat. ff. de excusa. tuto. l. Titius, in fi. C. de his quib. vt indig. l. si ideo, cum ibi not. in glo. Item præiudicant d. stridæ illis, qui possent impugnari venditionem ex aliquo iure acquisito à venditore, vel ab auctoribus suis ex causa præcedente dictam vẽditionem, & illis intendit statutum denegare audientiam, sed hic filius primi matrimonij non est de illis, qui ex dicto capite possit impugnare, sed solũ tanquam hæres, patris sui emptoris, poterat autem præmori patri, & sic ius contradicendi & protestandi non erat ortum sibi viuente
9 patre, ergo non potuit in illo currere præscriptio † statuti loquentis de stridis. C. de anna. except. l. 1. circa fin. ibi, scilicet ex quo ab initio, &c. & ex facto ipsius emptoris incipit post mortem eius oriri. Vnde statutum prædictum quod emanauit ad securitatem emptoris super hoc, quod ex facto suo peruenit, sibi non prouidet, cùm fuerit in sua potestate non facere illud, ex quo oritur causa impu-
10 gnandi, & contradicendi, † sed sibi debet imputari. cur taliter fecit, quòd sua emptio potest impugnari. arg. ff. de condi. instit. l. qua ratione, & quod no. Bart. in l. 1. ff. de regul. Cato. in vlt. col. in versi. venio ad quartum membrum. & l. non intelligitur. §. quando autem. ff. de iure fisc. & ibi est ratio palpabilis & demonstratiua si bene con-
11 sideretur, quia cùm dictum statutum † intendat prouidere emptoribus contra illos, qui vellent emptionem impugnare, censetur auferre duntaxat impugnationes, quas emptores per alium modum quàm per stridas tollere non possunt, non autem illas, quas ipsi emptores causant taliter malitiosè contrahendo quòd filios suos, vel alios fraudant, cùm circa tales impugnationes potuerint aliter prouidere, scilicet, aliter contrahendo, alias daretur materia

fraudibus,

fraudibus, quod ſtatuentes non creditur voluiſſe.l.conuenire.de pact.dot.&c.

Et ita dico & conſulo ego Paulus de Caſtro.I.V.D.

ADDITIONES.

a Semper poſſedit. Adde quòd contractus † præſumitur ſimulatus, 2 quando venditor remanſit in poſſeſsione rei venditæ,iuxta text.in l ſicut.§.ſuperuacuum.ff.quib.mod.pigno.vel hypo.ſoluitur,& ibi Bart.nu.5.idem Bart.in l.poſt contractum.ff.de dona.nu.4.& conſ. 65.Petrus Nicole.nu.4.Bartho.Cæpol.in tract.de ſimula.contract. 24.præſumptione, num.76.Rotæ deciſ.tit.de dona.in nouis.dec.1. aliàs 483.num.2.circa med.Bal.in l.1.C.de donat.ante nup.num.3. Ange.Aret.Inſtit.de exceptio.§.ſequitur.num.35.facit in propoſito dictum domini Rolandi à Valle.conſi.93.volu.1.viſo inſtrumento. num.11.&12.

Sed ad hoc vt contractus non præſumatur ſimulatus quanto tempore eſt neceſſe, vt venditor patiatur emptorem poſsidere? & in hoc ſunt opiniones, aliqui volunt q̃ emptor diu poſſederit,hoc eſt longo tempore, aliqui q̃ poſſederit per triennium.Barto.tamen in d.l.poſt contractum.nu.5.& in d.§.ſuperuacuum.nu.5.dicit eſſe 3 relinquendum iudicis arbitrio, † qui perſpectis circumſtantijs,& qualitatibus contrahentium arbitrabitur,& idem tenet Barth.Cę-pol.citato tract.præſumptione 24.num.76.

b Conſtante matrimonio.Adde q̃ confeſsio † dotis facta conſtante 4 matrimonio etiam animo donandi, niſi morte confirmetur,non valet,quia bonis moribus eſt prohibita,iuxta tex.in l.1.ff.de donat. inter vir.& vxor.decidit Bart.in l.cùm quis decedens.§.Titia.ff.de leg.3.nu.2.ibi,in proprijs terminis.Alex.in l.ſi donatione.C.de colla.num.6.Bal.in l.1.C.de de dona.ante nup.& ſponſ.nu.4.verſi.vltimo circa materiam huius legis.Ang.Aret.in §.fuerat.Inſti.de actio. nu.18.Bald.nouel.in tract.de dote.in decima parte.nu.2.Dec.conſi. 536.In cauſa quæ agitur Mantuæ.nu.8.Alex.conſ.142.viſo proceſſu. num.4.lib.5.vbi dicit eſſe magis communem opinionem Roman. 1 conſi.44.nu.4.Ex ſupra narrato themate.Barba.conſi.49.vol.2.nu. 23.Conſultationi vtrum.& Domi.Rolan.à Valle,conſi.93.nu.1.&2. vol.1.viſo inſtrumento,vbi plura congerit,

SVMMARIA.

1 *Legatum factum pro auxilio nuptiarum ſi nuptiæ fuerint ſequutæ viuente teſtatore, an debeatur legatum poſt mortem teſtatoris.& nume.2.& 4.*

3 *Dos poteſt augeri conſtante matrimonio.*

5 *Teſtator qui reliquit pro vna cauſa, quæ eo viuente fuit adimpleta,& non mutauit teſtamentum cenſetur cum eodem teſtamento voluiſſe decedere,& num.6.*

CONSILIVM LI.

IN CHRISTI NOMINE,& eius matris glorioſiſsimę virginis Marię, Amen.Ponitur in facto quòd quædam teſtatrix in ſuo teſtamento relíquit cuidam nepti nondum nuptæ ducatos centum pro ipſa maritanda,& in auxilium nuptiarum,& quod poſtea ipſa teſtatrice viuente dicta neptis fuit maritata,& dotata per alium,& quòd tandem ipſa teſtatrix deceſsit cum eodem teſtamen- 5
1 to aliter non mutato.Quæritur † nunc vtrum dicta legataria poſsit petere dictum legatum. Et videtur quòd non, quia cauſa per quam dictum legatum factum fuit videtur finita,& quodammodo non poſſe impleri ex dicto legato poſtquam iam nupta eſt,ergo &c.per ea quę not.Bart.in l.Lucius.la prima.ff.de legat.2.ſed Gulielmus de Cun.mouet iſtud dubium in proprijs terminis & determinat con-
a trarium *a* in l.cum is.§.ſi mulier.de condi.indebit. vbi videtur hoc expreſsè probari.Et Rayn.de Forlin.tenuit idem per l.idem.la prima.eod.tit,vbi dixit eſſe caſum. Nec obſtant nota.per Barto.in d.l. Lucius,quia Bald.ipſum & rationem ſuam reprehendit in l.filia le- a
2 gatorum.C.de legi.vbi dicit, quòd cauſa non dicitur finita vel ex- 6
tincta,ſed adimpleta, † ergo non dicitur extingui legatum primũ, ſi quantitas legati eſt tam magna,vt conueniat doti, cenſetur reli-
4 cta pro dote non ꝓ expenſis nubendi, † ſed dos põt augeri conſtante matrimonio, ergo &c.ſecundum eundem Bar.in d.l.Lucius.qui
3 hoc tenet, quando relictum factum fuiſſet pro dote. † Si vero eſſet parua,ita quòd non videretur relicta pro dote.ſed pro expenſis,quę in matrimonio occurrunt tunc procedere poſſet ratio Bartoli,ſi tamen adhuc in dicto caſu videtur legatum deberi per l. Publius.ff. de conditio.& demonſtratio. vbi reliquit in honorem conſulatus. & ſic pro expenſis incumbentibus, & tamen ibidem legatum debetur,licet legatarius viuente teſtatore fuerit conſulatum adeptus &
5 expenſas de ſuo fecerit. Præterea † teſtatrix ſciebat eam nuptam,& in ea parte teſtamentum non mutauit, cenſetur voluiſſe decedere cum eodem teſtamento.l.athletæ.§.dat remiſsionem.cum ibi not. ff.de excuſat.tutor.Laus Deo. Et ita dico & conſulo ego Paulus de Caſtro.I.V.Doctor.

ADDITIONES.

a Contrarium.Adde quòd in proprijs terminis, † quando fuit relictum legatum nepti ſi nupſerit, & viua teſtatrice fuerint ſequutæ 6 nuptiæ ex quo teſtatrix perſeuerauit in eadem voluntate,& cum eodem teſtamento deceſsit, debetur legatum, ſecundum Alber.de Roſa.in l.cum his qui.§.ſi mulier.de condi.indebit.num.5.verſi.ſed pone quòd teſtator facit in propoſito dictum Deci.conſi.485. caſus de quo quæritur,nu.3.vbi decidit quòd in dubio legatum cenſetur relictum fauore legatarię.

SVMMARIA.

1 *Vxor non incurrit infamiam ſi non portat habitum vidualem poſt mortem mariti.*

2 *Vxor de iure canonico non incurrit infamiam nubendo infra annum luctus.*

3 *Vxori viduæ debentur ab hæredibus mariti panni viduales,condecentes,& quando,num.6.*

4 *Mulier donec ſtat vidua cenſetur in eodem matrimonio durare.*

5 *Mulier vidua non poteſt exire ſaluo honore viri, niſi cum veſtibus vidualibus.*

CONSILIVM LII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris glorioſiſsimæ virginis Mariæ, Amen. Dubium eſt, an hæredes teneantur facere vxori veſtimenta lugubria,vt eſt chlamys & faciolus,& alia quæ de conſuetudine fiunt teſtatore non diſponente circa expenſas funeris.Vxor mortuo viro non tenetur portare habitum vidualem ſi non vult quantum ad hoc vt non incurrat infamiam non portando, dummodo non nubat infra annum ſic loquitur. l.decreto.Cod.ex quib.cau.infam.irrog. quæ eſt lex antiqua,& etiam hodie locum habet,& etiam plus eſt 1 hodie de iure canonico, † quia etiam ſecundo nubendo infra annum,non incurrit infamiam,extra de ſecund.nup. cap.ſecundum. Et iſta ſunt introducta in fauorem mulieris. Vnde non debent retorqueri in eius odium. l. quod fauorem. Cod. de legi. l. plures,in fin.de fide inſtrumen. Retorqueretur enim in eius damnum & odium, ſi volens portare pro honore ſuo & mariti præmortui, pete- 2
ret ab hæredibus eius pannos † viduales, *a* & condecentes ſibi,& a poſſet ab eis repelli, per hanc viam cum ad eos pertineat hoc onus tum propter honorem defuncti, cui fieret iniuria,ſi talis expenſa conſueta non fieret.ff.de relig.& ſumpt.fune.l.at ſi quis.§.iudex,ſi tamen facultates & conditio mariti hoc patiuntur ea.l.§.hæc actio.
4 verſi.æquum autem,tum etiam propter debitum, † quia quouſque ſtat vidua cenſetur in eodem matrimonio durare.C.de bon. mater.l.fina.ſed matrimonio durante vir tenebatur adminiſtrare expenſas alimentorum & veſtium condecentium.l.ſi cùm dotem. §.fin autem in fœuiſsimo.ff.ſolu.matrimo. ergo idem eo ſoluto ipſa ſtante in viduitate,vt not.Cyn.in d.l.fina.Cod.de bon.mater. maximè ſi non recuperauit dotes ſuas ab hæredibus,iuxta not.in l.1.§. exactio.Cod.de rei vxo.actio.& Barto.in l.diuortio.ff.ſol.matrimo. in princip. decentes autem non ſunt veſtes. † niſi viduales. Nam 5 cum alijs ſaluo honore & honeſtate non poſſet exire.l.nepos Proculo.ff. de verbor.ſignifica.ergo potuerunt per executores illæ ſibi miniſtrari, & hæredes debent ratum & gratum habere quòd factũ fuit per eos, cùm ipſi ad hoc tenerentur & cogi poſsint. ff.de negogeſt. l. ſoluendo. Et quod habetur in l.vxorem.§.pater naturalis.ff. de lega.3.& ſic concludo pro parte executorum & dictę Dominæ,& contra hæredes recuſantes indebitè nolle ſe teneri. Laus Deo.

Et ita conſulo ego Paulus de Caſtro.

ADDITIONES.

Pannos viduales.Adde quòd hæredes † mariti mortui non tenen- a
tur veſtire vxorem viduam veſtibus lugubrib.condecentibus ſibi, 6
niſi conſuetudo aliud diſponat, ſecundum glo. in l. ſi ex re.§.illud quæſitum.ff. de ſtip.ſeruo.in verbo funeſta.Guid.de Guid.conſil. 63.inter conſi.diuer.ad vltim.volunta.vol.1.num.67.Marcum Angelel.conſi.34.eod.vol.ad vlt.volunt.num.21.& 22. Petr.de Abiſsis. eod.vol.conſi.11.nume.7.vbi decidit, veſtes lugubres ab hæredibus viri deberi.Adde Bald.in marg.ad innoc.in verbo,maritus de ſuis proprijs.Alexan.in l.ſi his qui quadringenta.§.dos.num.8.ff.ad legem Falcidiam.

SVMMARIA.

1 *Vxor habet tacitam hypothecam pro alimento ſicut dos pro dote in bonis mariti.*

2 *Dos non poteſt repeti durante anno à die mortis viri quo tempore debentur alimenta vxori.*

3 *Statutum quod alimenta debeantur viduis,habet magnam æquitatem.*

4 *Bona*

4 *Bona defuncti sunt tacitè obligata vxori pro alimentis.*

CONSILIVM LIII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. An bona mariti sint tacitè obligata vxori pro alimentis? Et videtur dicendum † vxorem habere tacitam hypothecam pro ipsis alimentis sicut pro dote, posteaquam ex forma statuti erant debita, & de valore statuti non reuocatur in dubium. per quam tacitam hypothecam prior in tempore præfertur posteriori expressæ, nisi in casu l. assiduis. C. qui pot. in pignor. habean. & quòd habeat tacitam patet, quia videmus in simili, quòd bona quæ sunt obligata pro sorte, sunt etiam obligata pro vsuris debitis. l. Lucius. ff. qui pot. in pigno. habe. & quod not. per Cyn. in l. per retentionem. & l. pignoribus. C. de vsur. & per Bart. in l. si cum dotem. §. sin autem. ff. solut. matr. qui tenet bona mariti fore obligata pro alimentis, sicut pro ipsa dote. a Nec obstat, quod istud posset procedere in alimentis debitis, constante matrimonio, non post, secundum Specula. in titu. de donatio. inter vir. & vxo. §. formatis. vers. sed nunquid, & ibi etiam Ioan. And. tangit, quoniam Spec. habuit respectum ad ius commune, se- 1
cundum quod alimenta debentur, constante matrimonio, non au-
2 tem potest, nisi pro tempore vnius anni, † quo dos non potest repeti. C. de rei vxo. actio. §. exactio. non potest, cùm possit dotem suam repetere, vnde nõ potest aliquid petere nomine alimentorum propter moram hæredis, quia esset vsura, quod hodie prohibetur, iuxta nota. per Barto. in l. insulam. §. vsuras. ff. solut. matrimo. sed præ- 2
3 supposito, quòd per statutum † efficiantur licita in casu nostro, de cuius viribus non disputatur, quia in multis locis viget, & habet æquitatem ne viduæ famæ pereant propter moram hæredis, cum 3
aliud patrimoniũ non habeant, de quo viuant, idem est dicendũ de
a istis alimentis, quòd de alijs debitis de iure communi, *a* pro quibus bona sunt hypotheca sicut pro dote, sic sunt etiam obligata pro vsuris, vt supra dixi. & si Specula. fuisset de hoc interrogatus, hoc idem dixisset per l. non est nouum, cum l. seq. ff. de legi. quoniam per statutum efficiuntur debita, sicut pro tempore constantis matrimonij, & ab ipso principio videtur fuisse contracta hypotheca, tam pro 4
sorte dotis, quam pro vsuris seu alimẽtis debendis. l. potior. & l. qui balneum. ff. qui potio. in pigno. habea. 5

Et ita dico & consulo ego Paulus de Castro I. V. Doct. & ad fidem me subscripsi & sigillaui.

ADDITIONES.

a Debitis de iure communi. Adde quòd bona † mariti sunt tacitè ob-
4 ligata vxori pro alimentis, secundum Bart. in l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo. ff. solu. matr. num. 6. Alexan. ibid. nu. 11. Pau. de Castr. num. 4. qui testatur ita de facto obtinuisse per tres sententias. Ange. Aret. Instit. de actio. §. fuerat. nu. 12. Ias. ibidem nu. 42. & Bald. in l. 1. §. vt plenius. C. de rei vxo. actio. in princ.

SVMMARIA.

1 *Nepotes ex filia mortua ingrediuntur locum eius.*
2 *Agnationis & cognationis differentia hodie est sublata quo ad successionem.*
3 *Nepotes sine causa præteriri non possunt.*
4 *Successio non defertur filiæ in vita patris.*
5 *Repudiationis effectus in vita patris factæ suspenditur vsque ad mortem.*
6 *Repudiatio facta à filia in vita patris habet tacitam conditionem si pater filiæ præmoriatur, si vero filia præmoritur deficit conditio.*
7 *Nepotes ex persona propria veniunt ad successionem cum patruis, & alijs nepotibus, & quando ex persona matris quæ renunciauit, & quando ex gradu. 8. & quando non. 9.*
10 *Successio ab intestato defertur habenti primum locum tempore mortis.*
11 *Nepotes sunt in secundo gradu quo patruus præcedit.*
12 *Nepotes non ingrediuntur locum matris suæ, & sic filiæ quo ad successionẽ aui respectiuè quando mater quæ renunciauit superuixit patri suo.*
13 *Nepos ex filio deportato vel damnato fictè succedit in locum patris sui, & succedit auo.*
14 *Repudiatio non inducit capitis diminutionem.*
15 *Iuramentum est personale ex parte iurantis.*
16 *Ius quod remanet penes iurantem transmittitur ad hæredes, & non obstante iuramento potest rem vendicare.*
17 *Successio non delata primo gradu propter inhabilitatem defertur secundo gradu habili.*
18 *Nepotes ad successionem aui ex persona matris suæ tribus modis venire possunt, primo quando filia decessit in vita patris, secundo ex iure radicato in filia, tertio ex iure principaliter delato in ipsos.*
19 *Repudiatio filiæ bonis paternis vel maternis post mortem patris accrescit filio.*
20 *Nepotes succedunt in repudiatione matris suæ, quando veniunt sequentes in gradu, & non fratres matris suæ, puta quia non habebat.*
21 *Filia exclusa quando intelligantur excluſi omnes descendentes ex ea.*
22 *Statutum quod extantibus masculis fœmina non succedat est factum contemplatione masculorum, & in odium lineæ fœmininæ.*
23 *Repudiatio filiæ non nocet sequentibus qui veniunt ex persona propria, & quomodo intelligatur, & quid si iurauit. num. 24.*

CONSILIVM LIIII.

IN CHRISTI NOMINE, & eius matris gloriosissimæ virginis Mariæ, Amen. Quædam filia renunciauit successioni paternæ cum iuramento. Quæritur, an filij ex ea nati possint ad successionem aui venire non obstantibus dicta renunciatione & iuramento. Circa hoc quicquid dicat Bart. distinguo tres casus. Aut renunciauit in vita patris, & similiter mortua est in vita patris. *a* Aut renunciauit in eius vita, & mortua est post eius mortem. Aut renunciauit pòst mortem & mortua similiter. Primo casu dico, quod indistinctè potest venire tam cum patruis, quam cum alijs nepotibus. Quod sic ostenditur, † certum est, quod si filia non renunciasset, sed solùm mortua fuisset in vita patris, nepotes ex ea ingrederentur locum eius, & possent venire cum patruis, & alijs nepotibus. ff. de liber. & posthumis. l. Gallus. §. & quid si tantum. & per totum. l. posthumorum. de iniust. rupt. quæ leges licet loquantur de nepotibus ex filio, tamen locum habent etiam in nepotibus ex filia, cùm hodie sit sublata † differentia agnationis & cognationis quo ad successionem, vt in Authen. de hæredib. ab intesta. venient. §. in hoc enim, versicu. nulla introducenda. colla. 90. imo etiam quantum ad rumpendum, nam filiæ † filij sine causa præteritæ rumpunt hodie testamentum sicut filij ex filio, vt in Authenti. vt cum de appellat. cognit. §. aliud quoque capitulum, & sic possent venire ex persona filiæ, id est, ex gradu, in quo filia est, & per consequens tam cum patruis, quam cum nepotibus ex eis. Idem ergo erit in casu nostro, cùm repudiauerit, quia talis repudiatio perinde est, ac si facta non esset, ex quo mortua fuit in vita patris. Quod sic ostenditur. † Nam ipsa repudiauit successioni paternæ, successio vero non defertur filiæ in vita patris. l. qui superstitis, & l. qui hæreditatem. ff. de acquiren. hæred. & l. 1. pro hęrede. Illa ergo † repudiatio nullum effectum sortitur in vita patris, sed omnis eius effectus suspenditur vsque ad mortem, quo tempore successio defertur, & sic
6 in se habet † tacitam conditionem si pater præmoriatur ipsi filiæ. Si ergo filia præmoriatur patri deficit conditio, & sic dicta repudiatio inanis efficitur. & perinde habetur, ac si facta non esset, cùm nullum potuerit effectum sortiri, quia vbi non est habitus, non potest esse priuatio. l. decem. ff. de verborum obligatio. ex quo patet quòd non potest dici dictam filiam vnquam fuisse excluſam, per dictam
7 repudiationem, vel iuramentum. † Filij ergo ex ipsa possunt ex eius persona, id est, ex gradu, in quo ipsa erat, venire ad successionem cum patruis & nepotibus alijs, & isto casu procedit distinctio, quam ponit Bart. in d. l. qui superstitis, qui dicit, quòd si isti nepotes volunt venire cum patruis & non possunt, quia tunc oportet eos venire ex persona matris, quæ est excluſa, aut cum alijs nepotibus,
8 & possunt, quia veniunt ex propria persona. † Imo dico, quòd isto casu possunt venire ex persona matris, id est, ex gradu, in quo mater erat, quem gradum ingressi sunt, propter mortem matris viuente auo. Item quia dicta mater nunquam excluſa fuit, vt dictum est, ex quibus sequitur, q; si dicti nepotes reperirent se præteritos in testamento, dicere ẽ testamentum nullum, licet filia quæ prȩcedebat eos propter dictam repudiationem non erat instituenda, vel exhæredanda, ipsa præmoriente, vt l. Gallus. §. & quid si tantùm. supra allegata intelligo de præteritione sine causa. Secundo casu † quando
9 renunciauit in vita & moritur post mortem patris, procedit distinctio Barthol. quam ponit in d. l. qui superstitis, quia aut filij volunt venire cum patruo, & non possunt, aut cum nepotibus ex patruo, & possunt. Quod si declaro quantum ad primum membrum, si tempore quo auus moritur, primo gradu descendẽtium reperitur filia, quæ repudiauit, & eius frater cum filia sit excluſa per repudiationem, tota successio defertur fratri, qui reperitur habilis, quia in suc
10 cessione ab intestato † successio defertur illi, qui reperitur habere primum locum tempore mortis, quando nullum est factum testamentum, vel aliàs cùm testamentum destituitur, vt Instit. de hæred. quæ ab intestat. §. cùm autem. & l. si quis posthumus. §. si filium. de libe. & posthu. Cùm ergo in primo gradu reperiatur vnus habilis ad succedendũ, & alius inhabilis, tota successio defertur habili. argumen. l. si duobus. §. fina. de legat. primo. Nepotes ergo ex
11 filia non possunt venire cum patruo, Nam † aut volunt venire ex persona propria, & non possunt, quia sunt in secundo gradu, &

patruus

patruus in primo, loquor secundum computationem iuris canonici, igitur patruus ipse præcedit. aut volunt venire ex persona matris, & non possunt, quia mater fuit exclusa per repudiationem, quæ sortita est effectum, cum superuixerit patri. Sed pro declaratione huius oppono tribus modis. Primo videtur quod ex persona matris possunt venire, quia matre mortua ingrediuntur locum eius, vt supra dictum est, & sic venirent ex eo gradu in quo erat mater. Respon
12 deo, † illud verũ est, si mater fuisset mortua in vita patris, sed hic est mortua post mortem, vnde nepotes non ingrediuntur locum eius, vt dicit tex. in l. si quis filium. C. de inof. test. Filia igitur superuiuens patri, primum gradum debitum occupare cœpit & ideo licet postea moriatur, sequens gradum illum non intrat, & sic non potest venire ex persona eius matris, id est, ex eo gradu in quo erat mater. Secun
13 do † oppono licet ista filia, materque nepotum verè non fuerit mortua tempore mortis patris, fictè tamen videtur per dictam repudiationem cum iuramẽto, & sic videatur quod filij ex ea statim fuerint ingressi locum eius, & sic possunt venire ad successionem cũ patruo eorum, etiam si mater eorum naturaliter viuat. vt l. 1. §. fi. ff. de bon. possess. contra tab. sed respondeo ibi loquitur quando filius, qui superuiuit, & tenet primum locum, fuit passus maximam capitis diminutionem, vt quia deportatur, vel damnatur in metallum in vita patris, quo casu licet non fuerit mortuus naturaliter, quia tamen perdit ea quæ sunt iuris ciuilis, ergo statim perdit gradum agnationis & suitatis. l. tutelas. de capit. diminut. merito igitur nepos ex ea ingreditur locum eius, & potest succedere cum patruo, etiam viuente ea, cum pro nihilo reputetur.

14 Sed in casu nostro fuit exclusa per repudiationem, † per quam caput non minuitur, nec perdit gradum agnat. vel filiat. ideo cum tẽpore mortis patris reperitur viuere, & primum gradum tenere, licet sit inhabilis ad succedendum, impedit sequens in gradu, locumque eius retinet occupatum. C. de naturalib. liber. auth. licet.

Tertio oppono, nam videtur, quod iuramentum non noceat fi-
15 lijs, quia ex eius persona non possint venire cum † sit personale ex parte iurantis, vt in c. veritatis, extra de iureiur. & ibi per Innoc. Re-
16 spõdeo illud verum, quando post iuramentum. † remanet aliquod ius penes iurantem, quod ad hæredes suos transmittit, puta cum iurauit rem suam à me possidente non repetere, nam nihilominus remanet dominus. C. de trãsac. l. si p fundo. & illud dominiũ transmittit ad hæredem. potest ergo hæres rem illam vendicare non obstante iuramento, quia habet in quo se fundet (scilicet) dominium, & iuramentum illud est personale, secus est quando post illud iuramentum nullum ius remanet penes iurantem vt in casu nostro. Nã propter dictum iuramentum & repudiationem ius successionis nõ fuit filiæ delatum, sed totum fuit delatum fratri suo vt dictum est. Filij ergo ex ea nõ habent in quo se fundent, cũ nihil sit ad eos transmissum, & ideo magis excluduntur ex defectu iuris, quàm ex naturâ iuramenti. Cõcluditur ergo quod dicti nepotes ex filia, non possunt ex persona filiæ eiusdemque matris eorum succedere cum patruo. Si verò in primo gradu non erat nisi filia exclusa, si bene stabant nepotes ex filio in eodem gradu cum nepotibus ex ista filia. Successio
17 † primo gradu non fuit delata, quia in eo non reperit aliquem habilem, ideo delata fuit secundo gradui in quo reperit nepotes ex ista filia, & nepotes ex alio filio non possunt simul venire, quia veniunt ex persona propria. Sed contra hoc oppono. Immo videtur quod isti nepotes ex ista filia, semper veniãt ex persona filiæ, quod patet, qa succedunt in stirpem. C. de legit. hæred. authe. cessante. nam si venirent ex propria persona succederent in capita. si ita est, ergo non possunt succedere cum nepotibus ex alio filio, quia mater ex cuius per-
18 sona venirent, erat exclusa. Respondeo † quod nepotes ex filia possunt dici venire ex persona filiæ altero de tribus modis. Primo ex eõ gradu in quo erat filia decessit in vita patris aliàs ex dicto gradu nõ venirent, vt d. l. si quis filium, isto ergo modo non venirent hic cũ filia superuixerit. Secundo modo intelligitur ex persona filiæ. s. ex iure transmisso in eos per ipsam filiã, tunc oportet, quod ius sit radicatum in ipsam filiam, & in eius personam, quod ab alio iure filia non fuerit exclusa, alias isto modo non possunt venire d. l. si quis filium. Isto modo non possunt etiam venire isti nopotes ex persona filiæ à qua descendunt, vt sicut ipsa filia erat vna, ita oẽs filij descendentes ab ea censeãtur vnus, vt insti. de hæred. ab intesta. §. eum autem, & d. authen. cessante, & isto modo ij veniunt ex persona filiæ, cum repudiato & iuramentum filiæ non noceat, quia volunt venire ex eo gradu in q̃ erat filia, nec ex iure in eos transmisso per ipsam filiam, sed ex iure principaliter delato licet veniant tanquam vnus
19 sicut ipsa filia erat. Tertio casu principaliter, † quando repudiauit post mortem, dico q̃ statim portio sua accreuit patri, si patrem habebat, vt C. quando non peten. pat. pet. accresc. l. 1. vnde dico, quod tunc ipsi filij ex ea non possunt venire per ea quæ supradixi. Sed si
20 vero † habebat defertur sequentibus in gradu. ff. de succ. edic. l. 1. §. quibus. Vnde tunc filij ex ea possunt venire cum alijs nepotibus ex
21 persona filiæ, † sed tunc oppono, quod exclusa filia sunt exclusi oẽs descendentes ex ea vt in prima constit. feud. §. cum vero Corradus. & quod not. pet. Cy. in auth. post fratres de legi. hære. solutio illa iura loquuntur q̃n filia excluditur contemplatione lineæ fœmininę, nam in succes. feudi filia excludit cõtemplatione lineæ fœmininę. ideo exclusa filia fœmina omnes descendentes ex ea excluduntur, & si moriatur in vita patris, quia ista exclusio concernit totam li-
22 neam. Idem † in statuto quo cauetur, quod extante masculo, fœmina non succedat. Nam istud statutum est factum contemplatione masculorum, & in odium lineæ fœmininę, vt l. . de ventr. inspic. quia vult quod hæreditas deferatur in agnatos non cognatos, ideo tota linea fœminina excluditur, & ita loquit̃, q̃d no. in d. auth. post
23 fratres. Sed † in casu nostro, filia excluditur facto suo per repudiationem. Vnde non debet alijs sequentibus nocere, qui veniunt ex persona propria, vt l. pater filium, de inoff. test. & l. si is qui. & l. 1. §. quibus. de succes. edic. Sed quæro si ista filia viuat vtrum possit venire vna cum filijs ex ea ex sequenti gradu, eo casu quo dixi nepotes posse venire ex propria persona non obstantibus patruis, vi quod sic, per l. 1. §. sed videndum. ff. de succes. edic. Contra dico. Nam ibi loquit̃, quando filius fuit exclusus ab vno capi. s. liberorum, & sic hæreditas fuit delata in secundum caput, s. agnatorum, in casu nostro filia fuit exclusa à capite liberorum, & in eodem capite subintrant filij ex ipsa, & ideo non est locus capiti agnatorum. Nec ergo ex capite liberorum poterit venire, quia exclusa, nec ex capite agnatorum quia illi non est delata hæreditas. Constat autem de gradu in gradum locum esse hodie successorio edicto, vt insti. de success. agnatorum. §. placebat.

DEO gratias. Amen. Paulus de Castro.

ADDITIONES.

Mortua in vita prĩs. Adde † renunciatio filiæ etiam cum iuramen
24 to, non nocet nepoti seu nepotibus, si viuo prẽ filia præmoriat̃, secundum Bal. in l. fi. C. de pact. nu. 16. & in l. pactum. C. de colla. nu. 2. quæst. 2. in fi. Oldra. con. 40. Breuit vĩ nu. 1 Alex. in d. l. pactum. nu. 7. Paul. de Cast. ibi. nu. 7. Bar. in l. liberorum. ff. de verb. sig. num. 16. Ias. in l. ait prætor. ff. de iureiur. nu. 16. Alex. con. 75. lib. 1. nu. 14. Visis & diligent perspectis. Crau. consi. 127. nu. 1. Diuino subsidio Dec. con. 181. nu. 6. satis nota, vbi testatur de communi opinione.

FINIS.

INDEX LOCVPLETISSIMVS OMNIVM RERVM PRAECIPVE NOTATV DIGNORVM EORVM QVAE IN OMNIBVS CONSILIIS

tertij voluminis Pauli Caſtrenſis continentur, nunc primum in lucem editus.

A

A Sententia commiſſariorum electorum ex forma ſtatuti nō datur appellatio à libris quinquaginta infra.con.35.nu.23

Actio de peculio eſt perſonalis.conſi.18.nu.2

Actio perſonalis pro vſufructu conſtituendo non tollitur per lōgi temporis non vſum.con.2.nu.6

Actio ad ſupplemētum legitimæ competit ante ſolutionem legatorum. cōſil.27.nu.17

Actio de dote eſt communis patris & filiæ, exercitium vero eſt patris. con. 41.nu.12

Actio hypothecaria datur contra quemcunque poſſeſſorem bonorum. con. 6.num.1

Actio hypothecaria non datur contra habētem priorem niſi ſit principaliter obligatus.con.6.nu.2

Actio hypothecaria viro vergente ad inopiā eſt de iure ſpeciali.con.6.n.3

Actio quæ competit de iure communi potētior eſt quam illa quæ competit de iure ſpeciali.con.6.nu.4

Actio quæ non datur de iure communi neque daretur de iure ſpeciali.con. 6.num.5

Actio depoſiti eſt bonæfidei.con.23.nu.10

Actio mutui eſt ſtricti iuris.con.23.nu.11

Actio de dote non datur niſi poſt annum.con.24.nu.7

Actio ad ſupplementum legitimæ datur contra vniuerſalem hæredem.co. 27.nume.26

Acquiſitio poſſeßionis requirit patientiam, & ſcientiam venditoris.co.7. num.4

Actore nō probante neceſſaria ad acquiſitionem dominij etiam ſi probet vēditionem ſuccumbit.con.7.nu.3

Actor iuſtè inſiſtit vt reus det confidatum conſultorem.con.34.nu.3

Actus facti coram incompetēti iudice ante litem conteſtatam, ſunt reuocabiles ſecus poſt.con.3.nu.15

Actus ſubijcitur legibus & ſtatutis loci in quo celebratur. conſil.13. numero 26

Actus iurisdictionis voluntariæ poſſunt per contrahētes exerceri extra iuriſdictionem exercentis.con.16.nu.7

Actus cenſetur factus ad inſtantiam eius cuius vtilitatem concernit.con. 19.nu.36.& 37

Actus qui non poteſt fieri citra ius & nomē hæredis, habetur pro additione hæreditatis.con.23.nu.4.& 5

Actus tutoris confirmatiinducit immiſtionem & pro hærede geſtionem. con.30.nu.6

Actus pure in eſſe productus aſſumit vires ad repellēdum omnem modum ſibi contrarium.con.42.nu.5

Actus ſuperuenies illius propter quem fuit facta finalis prohibitio an faciat ceſſare prohibitionem.con.39.nu.5

Actum exercēte in præiudicium eccleſiæ debet ei eccleſia gremium claudere.con.16.nu.8

Ad exequutionem fiendam requiruntur litteræ iudicis.con.22.nu.4

Ad impoßibile nemo tenetur.con.35.nu.10

Adulterinus is dicitur qui natus eſt ex coniugata con.19.nu.1

Aedificare in ſuo quilibet poteſt.con.49.nu.1

Aedificare in ſuo ad æmulationem pro iniuriando vicino non licet. co.49. num.5

Aedificare in ſuo ad æmulationem, quando præſumantur.conſilio 49.n.6

Aequitas ceſſat vbi tractatur de lucro captando ſecus ſi de damno euitādo con.12.nu.59.& 6

Affinitas de iure communi non eſt in conſideratione.con.39.nu.26

Agens ex numeratione & probans de confeßione obtinet & quando.con. 13.nu.22

Agnatus quando recaperet feudum venditum à feudatario.con.45.nu.4

Agnationis & cognationis differētia hodie eſt ſublata quo ad ſucceßionē. con.54.nn.2

Allegatio quod actor non intendit diuidere actionem aduerſus reos debendos non negat fieri id quod de iure eſt faciendum.con.34.nu.17

Alimenta decidentia quæ dicantur.con.41.nu.22

Alimenta ex quibus cauſis poßint denegari filio.con.41.nu.23

Aliud eſt facere aliud facienti conſentire, ita aliud eſt compromittere aliud compromittenti conſentire.con.2.nu.29

Animus demonſtratur ex ſequentibus qualiter fuerit in præcedentibus.cōſi.29.nu.16

Appellatio à ſentētia ſub cōditione interponitur infra decenniū.cō.1.n.50

Appellatio à ſententia excommunicationis ſub conditione debet ſtatim interponi infra decennium, & ratio.con.1.nu.52

Appellatio ab interlocutoria non ligat manus iudicis.con.23.nu.24

Appellatio ab interloquutoria ſimplex grauamen dūtaxat deuoluit.conſ. 23.nu.26

Appellatione interpoſita per reum extinguitur ſententia vel ſuſpēditur & quando.conſi.1.nu.29.& 56

Appellans videtur ſe facere contumacem quo ad iudicem à quo. con. 23. num.25

Aquam de flumine publico nō nauigabili ſine iniuria vicinorum quis extrahere poteſt iure naturali vel gentium.con.8.nu.3

Arbitris licitum eſt in modica quantitate lædere.con.19.nu.61

Arbitramentum ſuper lite reputatur tranſactio.con.2.nu.2

Argumentum de viro ad extraneos non eſt bonum.con.6.nu.19

Argumentum de exhæredatione teſtatoris ad exhæredationem ſtatuti valet.con.25.nu.21

Argumentum à communiter accidentibus valet.con.7.nu.11

Aſcendentes antiqui ex contractu feudi quærunt nō conceptis.co.45.n.16

Aſſaßini poſſunt impune occidi à priuato.con.21.nu.52

Aßignatio conditionalis aßignatio eſt.con.25.nu.18

Aßignatio dotis dicitur dos etiam ſi conditionaliter ſit facta. co.25.n.22

Auctoritas cum auctoritate debet concordari.con.6.nu.29

Augumentum dotis lex præſumit eſſe potius figuratum quam verum. cō. 37.nu.4

Augumentum dotis non habet priuilegium, ſicut ipſa dos etiam ſi creditores confiterentur eſſe factum augumentum.con.37.nu.20

Augumentum dotis fuiſſe factum non refert & ratio.con.37.nu.23

B.

B Annitus allegans ſibi licuiſſe committere delictum pro quo bānitus eſt debet audiri non obſtante banno.con.3.nu.7

Bannitus poteſt appellare, & appellatio reſcindit fictam confeßionem reſultantem ex banno.con.3.nu.4

Bannitus poteſt realiter & perſonaliter offendi ſtatuto permittente.con. 3.nu.28

Bannitus auditur per procuratorem, quādo principaliter nō tractatur de nocentia vel innocentia.con.3.nu.33

Bannitus allegans exceptionem ſibi licuiſſe committere delictum debet audiri & talis exceptio impedit litis conteſtationem.con.3.nu.34

Bannitus qui debet rebanniri non poteſt offendi.con.21.nu.12

Bannitus poteſt impune offendi.con.21.nu.54

Bannito comparente infra tempus præfixum in bāno extinguitur bannū. con.3.num.1

Bannito comparente infra tempus præfixum in bāno extinguitur bannū. con.3.nu.1

Bannito comparente infra tempus, bannum reſoluitur in vim ſimplicis citationis.con.3.nu.2

Banniti ex forma ſtatutorum Italiæ habentur pro confeßis,con.3.nu.3

Banniti allegantes ſibi licuiſſe delictum committere non infringunt bannum & fictam confeßionem, ſed confirmant.con.3.nu.11

Bannitum occidere publice intereſt.con.3.nu.35

Bannitum ad pœnæ impoſitionem non reſoluitur per comparitionem.cō. 3.num.31

Bannum nocet ad ſuccedendum, quando bānitus poſſet impune offendi.cōſi.22.num.4

Barattaria eſt crimen capitale & punitur ſicut falſitas.con.9.nu.26

Barattaria eſt vocabulum inuētum ab vſu loquendi ſicut contractus permutationis.con.9.nu.7

Barattaria proprie cōmittitur cum officialis pecunia corruptus aliquid facit vel non facit.con.9.nu.6

Baſtardi & naturales ſiue ſpurij non dicuntur de domo.con.19.nu.70

Bellum licitum vel illicitum quid ſit.con.21.num.55

Bellum motum per ciuem contra ciuitatem eſt illicitum. con.21.nu.21

Beneficium quod competit filio legitimo non competit illegitimo.con.19 num.19

Bona materna filius recipit tanquam prælegata & præcipua.co.39.n.19

Bona vſurarij ſunt tacite obligata per legis diſpoſitionem pro reſtitutiōe vſurarum.con.30.nu.10

Bona tranſeunt in emptorem cum ſua cauſa obligationis.con.40.nu.3

Bona mariti an ſint obligata pro alimentis vxori.con.40.nu.1

Bona mariti sunt obligata pro alimentis vxori debitis constante matrimonio.con.40.nu.1
Bona mariti sunt obligata pro alimentis vxori per statutum taxatis.consi. 40.nu.13
Bona fides sufficit ad præscriptionem.con.49.nu.4
Bona defuncti sunt tacitè obligata vxori pro alimentis.con.53.nu.4

C.

Carcer ad custodiam non ad pœnam datur.con.4.nu.5
Carcerari non debent diu detineri macerandi.con.4.nu.4
Carcerati liberatio dicitur restitutio de se ipso.con.4.nu.7
Casus aduersaque fortuna non sunt in consideratione. con. 2. nu. 16
Causa vna intentata & probato de altera intentans succumbit.co.23.n.7
Causa quæcunque etiam iniusta excusat à dolo & mala fide.con.17.nu.12
Causa inhabilis annullat actum.con.21.nu.28
Causa habilis ex post facto effecta inhabilis in sciente facit eum teneri deculpa.con.21.num.30
Causa adiecta legato in fauorem legatarij legatum non restringit. consilio 26.nu.26
Causa restringit legatum.con.26.nu.34
Causa alteri commissa ad consulendum iudex non potest sibi committere. con.34.nu.14
Causa conuentionis,& reconuentionis iudex debet eadem sententia terminare,& qua forma.con.44.nu.42.& 43
Causæ magni & finalis præiudicij sunt ordinariæ.con.34.nu.24
Causæ modici præiudicij,& non perpetui sunt summariæ. consilio 34. numero 25
Causæ ordinariæ sunt duplicis generis.con.35.nu.26
Causæ videntur summariæ fauore personarum puta pupillorum viduarũ & similium.con.34.nu.41
Causa exequutionis est summaria & causa pœnæ est ordinaria,& nil commune habent.con.20.nu.17
Causæ cognitio ibi requiritur vbi requiritur partis præsentia vel citatio. cõsil.41.num.4
Causæ cognitio in legitimatione tunc requiritur quando legitimatur in p̃iudicium legitimorum.consi.71.nu.7
Cautio præstita sub conditione, quod non habeat effectum nisi post mortem præstationis operatur simplex mandatum quæ non operatur testamentum vsurarij valere.con.39.num.11.& 12
Cautio de restituendis vsuris debet esse talis vt præstans in vita possit ex ea conueniri.con.36.nu.13
Cautio de restituendis vsuris factis, & faciendis,si post testamentum fœneratus est præstans facit testamentum inualidum.con.39.nu.15
Cautio de restituendis vsuris carens vitio an faciat conualere testamentũ vsurarij.con.79.nu.16.& 17
Cautio idonea illa dicitur cum datur pignus vel fideiussor. con.39.num.27
Citatio regulariter quo ad valorem iudicij derigitur contra eum cui datur libellus,secus quo ad interesse.con.5.nu.1
Citatio contra pupillum vel absentem debet fieri de propinquis & amicis ad hoc vt valeat.con.5.num.2.& 3
Citatio peremtoria requiritur ad valorem primi decreti.con.5.nu.7
Citatio quotuplex sit & quæ in vnaquaque requiratur remissiuè. consi. 5. nu.17
Citatio quando possit omitti & quando non.con.5.nu 18
Citatio consanguineorum & amicorũ in quib.casib.requiratur. cõ. 5.n.19
Citari is debet qui ex actu fiendo lædi potest.con.41.nu.24
Clausula petens in prædictis &c. omni meliori modo,&c. quid operetur. con.11.nu.13
Clausula petens in prædictis,&c.omni meliori modo, &c.tunc operatur, quando quis habet actionem agendi.con.11.num.18
Clausula petens iustitiæ complementum operatur contra petentem, qui nõ habet actionem.con.11.nu.20
Clausula omni meliori modo quid operetur.con.11.nu.23
Clausula omni meliori modo aliquando nil operatur, & quomodo procedat.con.11.nu.24
Clausula sine præiudicio venientium ab intestato vendicat sibi locum quando nullum fuit conditum testamentum.con.26.nu.13
Clausula petens iustitiam ministrari,quid importet. con.29.nu.21
Clausula quæ non potest opponi in legitimatione vitiatur potius quam ipsa legitimatio.con.42.nu.4
Clausula non obstante effectus.con.43.nu.17
Clausula non obstante non ampliat regulã,sed tollit obstãtia. cõ. 43. nu.13
Clausula saluo iure tertij vel cuiuscunque impedit præscriptionem & facit conditionem.con.44.nu.28.& 42
Clausula semper vel perpetuo rata & grata quid operetur.con.45.nu.33
Clerici quando possint per iudices laicos citari & ratio.con.4.nu.9
Coactio quælibet impedit iurisdictionem dari nec refert fiat à competente vel incompetente iudice.con.19.nu.42.43.& 45
Coactè soluit qui iussu superioris soluit.con.13. nu.80
Coitus quamquam non punibilis est illicitus & improbatur.con.19.num.5
Commissio nulla facit sententiã nullam & ratio.con.35.nu.27.& 28
Commissio facta amicis tantum vnius partis non valet altera parte non existente contumace.con.35.nu.20.& 21
Commissio generalis dotando non includit potestatem obligandi puellam ad successionem ipsius & ratio.con.12. nu. 13
Cõparuisse non præsumũtur hi q. non reperiuntur notati in actis.cõ.3. n.20
Compromissum sine clausula quod transeat ad hæredes cõpromittentis expirat eius morte.con.2.nu.1.& 28
Compromisso morte compromittentis expirato intelligitur expirata promissio de iterum compromittendo.con.2.nu.3
Compromisso morte expirato aliud per compromittentem fieri non potest. con.2.num.10
Compromissum cum promissione compromittendi totiens in quo appositus est terminus illa clausula totiens quotiens potius refertur ad tempus, quam ad mortem compromittentium.con.2.nu.15
Compromisso expirato compromittens potest disponere de re de qua cõpromiserat.con.2.nu.23
Compromissum sponte factum iudicis officio rescinditur.con.19.nu.36
Compromissum vt valeat requirit eandem solennitatem quam requirit vẽditio & quare & quomodo intelligatur.con.35.nu.28
Concessio legitimandi dicitur beneficium contra ius cõe.con.42.num.11
Concessio legitimandi propriè comprehendit legitimandi impropriè. consi. 42.nu. 42
Conditio vitiat legitimationem cum sit actus legitimus.con.42.nu.6
Conditio in legitimatione apposita eam non vitiat.con.42.nu.6
Conditio quæ non conuenit vni specie legitimationis facit eam transire in aliam speciem cui congruit.con.42.nu.8
Conditio apposita debet intelligi possibilis.con.2.nu.22
Conditio belli debet esse æquæ.con.21.nu.3
Confessioni marini nõ debet stari quia potest fieri in fraudem.con.37.n.24
Confessio facta in primo testamento non censetur repetita in secundo. con. 50.nu.6
Confessio facta parte absente in testamento habet vim vltimæ voluntatis. con.50.nu.5
Confessio ficta non debet operari plus quam vera.con.3.nu.8
Confessio ficta operatur circa factum & non circa ius.con.3.nu.9
Confessio erronea præiudicat reuocabiliter.con.3.nu.16
Confessio aduocati parte præsente & tacente præiudicat.con.3.nu.17
Confessio qualificata non inducit intentionem aduersarij. con.31.nu.8
Confessio filij vel serui in causa noxali nocet domino vel patri.consilio 3.numero 18
Confessus in iudicio semel coram iudice non potest contradicere.consil.20. nu.33
